B.a.5
3

Nº 3
27.9527

3
25 – 82

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 20
Número 103

del Collegio de la Compañía de Jesús Granada — 11-106

# FLAMINII PARISII
## I. C. CONSENTINI
## ET IN ALMO VRBIS GYMNASIO
Iuris Pontificij Primarij interpretis.

# DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM TRACTATVS,

*Complectens totam fere praxim Beneficiariam.*

## TOMVS PRIMVS.

Deciſionibus Rotæ Romanæ, & receptis Doctorum opinionibus vbique hoc Aſteriſco * notatis.

*Indice primo Quæſtionum, altero deinde ſententiarum, ac Verborum copioſiſſimo adiecto.*



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

VENETIIS MDXCV.
*Apud Hæredem Hieronymi Scoti.*

# PAVLO CAMILLO SFONDRATO S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI AMPLISSIMO

## FLAMINIVS PARISIVS FELICITATEM.

*VEL familiaritas ea, quæ maxima Franciſco Sfondrato Cardinali Auo tuo, cum Petro Paulo Cardinali Pariſio, gentili meo interceßit, hortatur me, vt, quæcunq; à me profici poſſunt, ea Illuſtr. nomini tuo dicata eſſe velim. Nihil enim vel laboribus meis honeſtius, vel conſentaneum magis officio meo eſſe poteſt, quam quòd te mihi patronum videar adoptaße. Nam de Gregorio XIV. Pont. Max. Patruo tuo, quid dicam? Is me, Cardinalis cum eſſet, ſemper fouit: neque nunc negligit, in Auguſtißima ſede collocatus, vt iure, meritoq. tanti viri iudicio, & amore gloriari poßim, nihilq. antiquius mihi ducã, quàm, vt is intelligat, cupere me, hanc obſeruantiam, quàm eius ſummis virtutibus, & maximis erga me beneficijs debeo, ad ſuos quoque transferre. Aditum igitur mihi ad tuam gratiam patefaciendum exiſtimaui per hoc primum volumen de reſignatione beneficiorum. Quod ipſum deſtinatum amplitudini tuæ, cũ à me nihil habeat, præter ſingularem quendam cultum quo te proſequor, nõ prorſus fortaſſe inutile erit, ob rei materiem, quæ & Romæ quotidie in vſu eſt, neque adhuc quidem ab alio quopiam eſt pertractata. Ego vero apud te grauißimis diſtentum negotijs, in arenis maximiſq. rebus ſemper occupatum, longior non ero, quod ſatis in præſentia eſſe arbitror hac ratione declaraſſe meam erga te obſeruãtiam, ortam videlicet à maioribus meis, auctam à meritis tuis, cumulatam denique, ab aßiduis ſermonibus quos de te, deq. tua mira in agendo prudentia, cũ admirabili commendatione reliquarum virtutum tuarum, habet vir ſapiens, et alta quadam mente, ac iudicio præditus Vincentius Laureus Cardinalis Montis Regalis, cuius patrocinium iamdiu amplißimum mihi eſſe atq; ornatißimũ intelligo. Accipe igitur munus hoc Princeps Illuſtrißime meæ in te, & in omnem familiam tuam obſeruantiæ pignus. Quod ſi amplißima dignitate tua metieris, tenue, ſi ex ingenio meo, mediocre, ſi ex animo, per magnum eße reperies.*

*Vale 10. Julij MDXCI.*

# INDEX LIBRORVM, ET QVAESTIONVM HVIVS PRIMI VOLVMINIS COMPLECTENTIS LIBROS SEPTEM.

*Ac centum, & Quatuordecim Quæſtiones principales.*

## Liber Primus.

Quid ſit reſignatio, Quotuplex, Quid per eã amittat reſignans Quid conſequatur Reſignatarius, & ad quid teneatur, & quando vacet beneficium, & quando licita ſit pœnitentia. Decem & octo continet Quæſtiones.


1 *QVID ſit Reſignatio expreſſa, & quid tacita, quæ differentia ſit inter verba renunciare, & reſignare, & cedere, & quid vnumquodque importet.*

2 *Quotuplex ſit reſignatio expreſſa, & dantur exempla conditionalis reſignationis.*

3 *Quæ differentia ſit inter ſimplicem, & conditionalem reſignationem, & plene ponitur materia, quando abdicetur ius per reſignationem conditionalem, & quib. caſibus non abdicetur.*

4 *Quando vacet beneficium per reſignationem, etiam conditionalem, vbi vacet, an poßit libere conferri, quibus, a quo, & quando, & an poſſeßio dicatur vacans.*

5 *Quid amittat reſignans per reſignationem, quid de proprietate beneficij, & de poſſeßione ciuili, vel naturali, diffuſe ponuntur pertinentia ad hanc materiam.*

6 *An reſignans poßit percipere fructus, vſq; ad quod tempus illos capiat, & quando incipiant deberi reſignatario, & quid in renunciatione ſimplici, & ad quos ſpectent fructus pendentes.*

7 *An reſignans poſt admißam renũciationem poßit incũbere poſſeßioni, & omnia pertinentia ad illud beneficium reſignatum exercere, & gerere, donec alter capiat poſſeßionem.*

8 *An reſignans poſt receptam reſignationem teneatur ad penſiones impoſitas beneficio reſignato, & quando teneatur reſignatarius ad illas penſiones, & quæ ad hanc materiam pertinent explicantur.*

9 *An reſignans poſt admißam renunciationẽ teneatur recitare horas canonicas, & quando reſignatarius incipiat teneri.*

10 *An reſignans poſt reſignationem teneatur reſidere in beneficio reſignato, & hac ſumpta occaſione, ponuntur, qui teneantur ad reſidentiam, & quibus pœnis afficiantur non reſidentes, & quæ priuilegia habeant reſidentes.*

11 *An quis poſt renũciationem Canonicatus poſſit cognoſcere de cauſa ſibi commißa a Sede Apoſ. dum erat Canonicus, vel illa cauſa veniat decidẽda per reſignatarium.*

12 *An reſignans beneficium poßit pœnitere, & late explicatur, quid coram Ordinario, & quid coram Papa, & latißime ponitur, & cõprobatur licitam eſſe pœnitentiam, donec conſenſus ſit extẽſus in Camera, vel Cancellaria, & quid in renunciatione tacita.*

13 *An reſignans poßit repetere beneficium reſignatum, pluribus modis ampliatur, & limitatur concluſio negatiua firmata, & comprobata.*

14 *An in caſibus, in quibus reſignãs per reſignationem nõ abdicat ius a ſe, poßit redire ad beneficium reſignatum abſque noua collatione.*

15 *An reſignans ſemel poßit vlterius reſignare, ampliatur; & limitatur multis modis negatiua opinio.*

16 *Quæ tranſeant in reſignatariũ, ponitur regula omnia tranſire cum pluribus ampliationib. & dubitatur, an ſententia lata contra reſignantem noceat reſignatario, an reſignatarius teneatur purgare attentata per reſignantem, & an teneatur ſtare locationi, & conductioni factæ per reſignantem, an reſignatarius teneatur ad debita cõtracta per reſignantem, an ſpoliatus poßit agere contra ſucceſſorem ſpoliantis per reſignationem, an tranſactio facta per reſignantem noceat reſignatario.*

17 *An reſignans poſt renunciationem aliquid retineat, & ponitur de Epiſcopo renunciante, an retineat ea, quæ ſunt dignitatis, vel ordinis, & de Abbate renunciante, an remaneat monachus.*

18 *An reſignatio ſit fauorabilis, vel odioſa, & quid de renunciatione prophana*






## Liber Secundus.

Quæ beneficia poſſint reſignari vigintiſeptem continet Quæſtiones.


1 *AN omnia beneficia poßint reſignari, & an Papatus, Cardinalatus Patriarchatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus. Abbatia, Prioratus, & alia.*

2 *An beneficia conſiſtorialia poßint reſignari, & quæ ſint conſiſtorialia.*

3 *An beneficia litigioſa poßint reſignari, & quando, ac quomodo, coram quo, & diffuſe pertinentia ad hanc materiam ponuntur, & de ſubrogatione notatu digna explicantur.*

4 *An beneficia iuriſpatronatus poßint reſignari, & an renũciatio facta ſpreto patrono ſit nulla ipſo iure, an Papa deroget iuri patronatus, & in quibus caſibus, nouem cauſæ ponuntnr.*

5 *Beneficia electiua, an poßint reſignari.*

6 *An poßit reſignari beneficium, ad cuius titulum, quis eſt promotus, & quando, & quomodo, & de promoto ad titulum patrimonij, & ad titulũ beneficij aliqua ſcitu digna ponuntur.*

7 *An beneficia exempta poßint resignari.*

8 *An beneficium ſine redditibus poßit resignari.*

9 *An beneficia vnita poßint resignari, antequã vnio ſortiatur effectum, & quid de resignatione, quæ fit in fauorem, & an ſit ſienda mẽtio vnionis*

10 *An beneficia, ſuper quibus conceſſæ ſunt expectatiuæ a Sede Apoſt. poßint resign.*

11 *An beneficia manualia poßint resignari.*

12 *An beneficia patrimonialia poßint resignari.*

13 *An beneficium extinctum, & ſuppreſſum poſſit resignari.*

14 *An Hoſpitalia poßint resignari, & quomodo dentur.*

15 *Penſio, an poßit resignari, ſeu transferri, & an sit beneficium.*

16 *An beneficia reſeruata poßint resig. & quæ beneficia sint reſeruata diffuſe ponitur.*

17 *An beneficia commendata poßint resign.*

18 *An beneficium, ſuper quo reſeruatus eſt regreſſus poßit resignari.*

19 *An beneficia, in quibus Cardinales habent indulta poßint resignari.*

20 *An beneficium, quod cadit ſub cõſuetudine optandi poßit resignari.*

21 *An poßit resignari, in fauorem ius quod prætẽditur in aliquo beneficio.*

22 *An poßit resignari beneficium nondũ collatũ.*

23 *An poßit resignari beneficium ſuper quo volens resignare habet ius ad rem, & qui habeant tale ius.*

24 *An poßit resignari beneficium Bullis non confectis.*

25 *An poßit resignari beneficium litteris non plumbatis.*

26 *An poßit resignari beneficium ante habitam poſſeßionem.*

27 *An poßit resignari beneficium ante factam publicationem.*


## Liber Tertius.

Qui poſſint reſignare beneficia, decem & octo continet Quæſtiones.


1 *AN omnes poßint beneficia resignare, An habentes dignitatem, an priuatus ipſo iure, & qui priuentur ipſo iure, an promoti ad incõpatibilia, & hac ſumpta occasione ponitur tota fere materia Beneficiorum compatibilium, & incompatibilium.*

2 *An conſecutus parochialem eccleſiam, ex qua tenetur ſe promoueri facere intra annum poßit illam resignare in ſine anni, agitur de materia c. licet Canon de elect. lib. 6.*

3 *An poßit resignare beneficium non ſoluens penſionem.*

4 *An poßit resignatarius resignare non facta intimatione resignanti, vt ex litteris tenebatur.*

5 *An impetrans beneficium per annum pacifice poſſeſſũ ab alio poßit illud resignare, hac orta occaſione ponitur tota fere materia regulæ de annali, & examinantur nouem quæſtiones ad illam pertinentes.*

6 *An promouendi ad eccleſias cathedrales ſeu Metropolitanas poßint resignare, & p ſexdecim quæſtiones interpretatur regula Cancellariæ de beneficijs vacaturis per promotionẽ ad eccleſias, & monaſteria, ſcilicet an ſit odioſa. Quæ differẽtia ſit inter primam partem, & ſecundam regulæ, an comprehendat resignationes, quæ ſiunt in curia, an ſi vſu recepta, an habeat locum in resignationibus in fauorem, an comprehendat commendas, an loquatur etiam in beneficijs iuris patronatus, an habeat locum in beneficijs promouendorum ad partes inſidelium. Quomodo fiat derogatio, an comprehẽdat beneficia familiariũ Cardinalium, an comprehendat promouendum ignorantem ſe promouendum, an fraudis præſumptio excludatur, ex eo, quod ſupplicatio ſit manu Papæ signata, an ex poſſeßione decennali inſurgat præſumptio derogationis, an comprehendat resignationem, in qua fuit præſtitus conſenſus poſt pmotionẽ, an habeat locum in beneficijs electiuis, an deroget concordantes.*

7 An minor 25.ann.maior autem 14.poßit reſignare beneficiũ,quod obtinet, & poßit reſignare beneficium,quod obtinet,& poßit procuratorẽ ad hoc conſtituere, & an ſit reſtituẽdus aduerſus renunciationem ab ipſo factam,& quando poteſt dici læſus in ea,& quæ læſio requiratur,& cui incumbat onus probandi illam,& quomodo conſideretur dolus tertij.Et quid de minore 14.an.& an requiratur auctoritas tutoris, & an requiratur noua collatio in reſtitutione,quæ ſit minori,& infra quantum tempus.

8 An mente captus,furioſus,habens dilucida interualla poßint reſignare, & qũo probetur furor.

9 An reſignatarius poßit reſignare,ponitur regula affirmatiua cum multis ampliationibus, & limitationibus.

10 An infirmus poßit beneficia,quæ obtinet, reſignare.

11 Exemptus an poßit reſignare,& qui ſunt exẽpti,& hac ſumpta occaſione ponuntur caſus, quibus exempti ſubijciuntur ordinarijs locorum ex Concilio Trid.& qui ſint ordinarij.

12 Fœmina an poßit reſignare, & plene agitur de renunciatione abbatiſſatus.

13 An volẽtes ingredi religionem poßint renũciare,& quando,an in anno probationis.

14 Non habentes,vnde viuere,an poßint renunc.

15 An poßit renunciare habens reficere eccleſiam vetuſtate collapſam,& deſtructam.

16 An criminoſi poßint reſignare,an lite pẽdẽte,an poſt concluſum in cauſa,an poſt ſententiam latam in reſignatione debeat fieri mentio inquiſitionis,quid in crimine grauißimo,quid poſt impetrationem beneficij,& quid in reſignatione in fauorem,ac plures limitationes ponuntur.

17 Senex an poßit reſignare.

18 Qui poßint cogi ad reſignandum, & quid in criminoſo,illiterato,ſcandaloſo,irregulari,priuãdo,& alijs caſibus,& plene diſſeritur,an petens licentiam cedendi illa obtenta poßit cogi etiam ſi ſit epiſcopus iuxta textum in ca. quidam de renũ. & ſi inter Cardinales exiſtentes in conclaui fuit factum pactũ,vt qui aſſumeretur ad ſummũ Pontificatũ teneatur renunciare infra certũ tẽpus,an creatus poſtea Papa teneatur renũciare, & an Papa teneatur renunciare ſi detegatur habere vxorem,& an renunciatio coacta ſit nulla.

## Liber Quartus.

Quibus perſonis poſſint beneficia reſignari.Vndecim complectitur Quæſtiones

1 An omnibus poßint beneficia reſignari, & qui ſint idonei ad ea.

2 An renunciatio facta in fauorem laici ſit nulla,& quid de Hoſpitali,& quid ſi fiat cum clauſula quamplurimum clericali charactere fuerit inſignitus,& circa hanc clauſulam aliqua dubia explicantur,& agitur de ordinato a non ſuo epiſcopo,vel ab hæretico,vel ante legitimam ætatem.

3 An poßit beneficium reſignari criminoſo,homicidæ,periuro,ſchiſmatico,hæretico,ſimoniaco,ſacrilego,falſario litterarum Apoſtolicarum, vſurario publico,apoſtatæ,irregulari,Bannito, notorie infami,Excommunicato, Inſordeſcenti,ſuſpẽſo,Luſori.

4 An poßit reſignari Furioſo,Illiterato,Illegitimo,Bigamo,Neophito,& filio Iudæi.

5 An beneficium ſæculare poßit reſignari Regulari,& e contra.

6 An Fœminæ poßit beneficium reſignari.

7 An beneficia poßint reſignari exteris a Regno & his,qui non intelligunt Idioma loci, vel non ſunt de ciuitate,vel oppido,& illegitimo.

8 An beneficia poßint reſignari infirmis ſenib. habentibus dignitatem,affinibus, ſeu conſanguineis.

9 An beneficium poßit reſignari minori 25.annorum & maiori 14-& minori 14.anno. & quid de dignitate,& an aliter facta ſit nulla, & quid ſi beneficium eſt ſacerdotale, & reſignatarius nõ ſit ſacerdos, & an minor poßit acceptare beneficium ſine Curatore.

10 An beneficium poßit reſignari in fauorem Capituli,ſeu conuentus.

11 An bona conſcientia poßit aliquis procurare, vt ſibi beneficium reſignetur, & reſignans, an peccet reſignando in fauorem idonei indigni, atque digni,& minus digni.

## Liber Quintus.

Ex quibus cauſis reſignentur Beneficia. Sex continet Quæſtiones.

1 An cauſa in dubio præſumatur. Et quæ cauſa requiratur in renunciatione Papatus.

2 Quæ cauſa requiratur in renunciatione Cardinalatus.

3 Quæ cauſa requiratur in renunciatione Epiſcopatus. Diffuſe explicantur ſex cauſæ relatæ in cap.niſi cum pridem de renunc.propter conſcientiam criminis,debilitatem corporis, defectũ ſciẽtiæ,malitiam plebus,graue ſcandalum,irregularitatemque perſonæ.Et an liceat Epiſcopo deſerere eccleſiam propter perſecutionem,& an poßit illam reſignare ratione ocij,vel ob labores, aut ratione inſpirationis,vel humilitatis, ſiue ratione ingreſſus Religionis, & ob intemperiem aeris,& inimicitias.

4 Quæ cauſæ requirãtur in Reſignatione dignitatis eccleſiaſticæ,aut Beneficij curati.

5 Quæ cauſa requiratur in Reſignatione,Beneficiorum ſimplicium.

6 Quæ cauſa requiratur in Reſignatione,quæ fit coram ordinarijs, & ex quibus cauſis ipſi poßint recipere renunciationes. Ponitur conſtitutio 58. Pij V.illaque diffuſe interpretatur explicãdo plures cauſas ibi contentas ex quibus ordinarijs id licet,ſcilicet ob ſenectutem,ob valetudinem ob impedimentum corporis,ob vitium corporis, ob crimen,ob cenſuras,ob ſcandalum ob incompatibilitatem,& ponitur,quæ pœna ſit impoſita aduerſus dictam conſtitutionem contra facientes, & quibus,&c.

## Liber Sextus.

De reſignatione cum reſeruatione omnium fructuum,vel medietatis Penſionis,Regreſſus,Acceſſus,& Tranſlationis Penſionis. Quinque continet Quæſtiones.

1 An fiat Reſignatio cum reſeruatione omniũ fructuum,vel medietatis, Quando, vbi, & quomodo fiat,& hodie an ſit in vſu plene omnia pertinentia ad hanc materiam explicantur.

2 An concedatur reſeruatio Penſionis in Reſignatione,& ex qua quantitate in quibus beneficijs. Quid tunc ſit exprimendum, Quæ clauſulæ dentur in huiuſmodi reſeruatione, & quando extinguatur penſio ita reſeruata plenißime omnia pertinentia ad hanc materiam ponuntur.

3 In quam pœnam incurrat Reſignatarius non ſoluens Penſionem Reſignanti reſeruatam in ipſa Reſignatione,& traditur exactißime materia Regreſſus reſeruati ob non ſolutionem Penſionis. Quando,& quomodo reſeruetur, ac remittatur.

4 An penſionarius poßit transferre pẽſionem, & hac ſumpta occaſione, quindecim fere Quæſtionibus tota materia translationis ponitur, & plures caſus vtilißimi explicantur.

5 An reſignanti reſeruetur Regreſſus, & ſumma diligentia explicatur huiuſmodi materia, Quid ſit Regreſſus, Quando concedatur, & quibus cauſis prohibeatur, & aliæ vtilißimæ Quæſtiones.





## Liber Septimus,& vltimus huius primi Tomi.

An reſignatio debeat fieri in manibus ſuperioris.Quibus cauſis aliter facta ſuſtineatur.Qui dicatur ſuperior, & plene agitur de Papa,Cardinale Epiſcop. Abbate, & alijs inferioribus Vigintinouem continet Quæſtiones.

1 An resignatio facta coram non ſuperiore ſit nulla,& an præiudicet renunciãti, & quid de ratificatione ſubſequuta per ſuperiorem, & quid in beneficijs cum acquiritur tantum ius ad rem,vt in electo,præſentato & ſimilibus, & quid in beneficijs litigiosis,& quid de intrusis.

2 An criminosi & irregular es poßint renũciare abſque auctoritate ſuperioris.

3 An renunciatio tacita,quæ fit per adeptionẽ ſecundi curati poßit fieri abſque auctoritate ſuperioris.

4 An ingredientes Monaſteria debeant renũciare coram ſuperiore.

5 Papa cum non habeat ſuperiorem coram quo resignabit Papatum?

6 Hoſpitalia an poßint renunciare abſque ſuperioris auctoritate.

8 Conclauiſtæ an teneantur renunciare corã ſuperiore, & quæ sint eorum priuilegia.

8 An resignatio poßit fieri in nullius manibus.

9 Coram quo ſuperiore facienda eſt resignatio, & an beneficium poßit renunciari coram Imperatore,Rege,Duce,& alio quocunque.

10 Coram Papa,quæ beneficia resignantur,& quãdo,& quæ beneficia non poſſunt,nisi coram eo renunciari,& quid de reſeruatis.

11 Coram Cardinalibus an poßint beneficia resignari. Quæ,quando,& ponitur cuius vigore fiat resignatio,an tituli,epiſcopatus,Indulti, & quid de Cardinalibus,Presbyteris,& Diaconis.

12 An legati a latere poßint resignationes recipere,& an legati nati & mißi.

14 An Archiepiſcop.& epiſc.habeant facultatẽ recipiendi resignationes,& quid in beneficijs reſeruatis,iuriſpatronatus,electionis,comprehensis indulto Card.volentis intrare religionem, alterius epiſcopi,& in beneficijs,quorum collatio ſpectat ad inferiorem.

15 An coram abbatibus poßit fieri resignatio, & quid de abbate non exempto.

16 An præpositus poßit renunciationes beneficiorum

rum recipere, & quid in archidiacono, archipreſbytero, priore, & alio inferiore.
17 An renunciatio beneficij poſſit fieri corā Cardin. Vicecancel. & quid ſeruetur hodie.
18 An auditores Rotæ poſſint recipere renunciationes beneficiorum, & quando.
19 An Referēdarij vtriuſque ſignaturæ habeant facultatem recipiendi reſignationes.
20 An coadiutor datus epiſcopo poſſit renunciationem beneficij recipere, explicatur materia coadiutorum, ſcilicet quando fuerunt inſtituti. Quando dentur, & quæ ſit eorum iuriſdictio.
21 An Oeconomus habeat facultatem recipiendi reſignationes, explicatur, quando detur Oeconomus. Quibus caſibus, & quid poſſit facere.
22 An reſignatio poſſit fieri coram exequutoribus gratiarum deputatis a ſede Apoſt. ad prouidēdum de beneficijs vacantibus.
23 An Capitulum Metropolitanæ, vel Cathedralis eccleſiæ ſede plena, vel vacante habeat facultatem recipiendi reſignationes, vt poterat archiepiſcopus, vel epiſcopus, & quorum beneficiorum.
24 An vicarius epiſc. poſſit renunciationes beneficiorum recipere. Quorum beneficiorum, quādo, & quomodo. Hæc materia diffuſe tractatur, nam ponitur regula cum multis ampliationibus, & limitationibus, & quamplures Rotæ Deciſiones in caſibus occurrentibus factæ referuntur.
25 An Notarij poſſint reſignationes beneficiorum recipere.
26 An reſignatio poſſit fieri coram iudice.
27 An data facultate recipiendi reſignationes beneficiorum veniat facultas recipiendi renūciationem beneficiorum reſeruatorum.
28 An in reſignatione beneficij, quæ fit in vrbe habeat locum regula Cancellariæ de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, vt impetrans beneficium vacans per obitum familiaris Cardinalis teneatur exprimere nomen, & titulum ipſius Card. & ſi ille in Curia fuerit eius ad id accedat conſenſus alias gratia ſit nulla.
29 An inferiores, a Papa habentes facultatem cōferendi, & recipiendi reſignationes beneficiorū, poſſint committere receptionē reſignationis, & collationē, & ponitur quomodo probetur collatio.

F I N I S.



# FLAMINII PARISII IVRE CONSVLTI CONSENTINI DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM.

## LIBER PRIMVS.

### PRIMAE QVAESTIONIS.

SVMMARIVM.

1 DEfinitio debet præcedere omnem tractatū.
2 Aequiuoca prius ſunt diſtinguenda, & poſtea definienda.
3 Renunciatio beneficij duplex, tacita, & & expreſſa.
4 Renunciatur tacitè, & expreſsè iuri patronatus nominationi, ſententiæ, rei iudicatæ, fideicommiſſo, appellationi, inſtantiæ hæreditati, exceptionibus, attentatis, & priuilegijs.
5 Quiſque poteſt renunciare iuri ſibi competenti in ſpiritualibus, & temporalibus.
6 Quiſque poteſt renunciare expreſsè, & tacitè.
7 Renunciatio tacita tantum operatur quantū expreſſa.
8 Taciti & expreſſi eadem eſt virtus.
9 Renunciatio tacita, inducit priuationem beneficij vt expreſſa.
10 Tacita renunciatio quid ſit.
11 Clericus contrahens matrimonium tacite videtur renunciare beneficijs.
12 Matrimonium ēt nulliter contractū, priuat beneficijs.
13 Priuatio quæ fit per contractum matrimonij inducitur ipſo iure.
14 Clericus contrahens matrimonium, videtur renunciare regreſſui, & liti ad beneficia.
15 Clericus contrahens matrimonium uidetur renunciare penſioni.
16 Per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, videtur renunciari primo.
17 Primum beneficium vacat per translationem ad incōpatibile.
18 Beneficium primum vacat per electionem ad incompatibile.
19 Expectatiua gratia amittitur per aſſecutionem incompatibilis.
20 Liti renunciatur per aſſecutionem incompatibilis.
21 Poſſeſſio pacifica quæ remiſſiue.
22 Clericus effectus Miles ſecularis amittit beneficium.
23 Conſentiens vt beneficium ſuum alteri conferatur videtur illud renunciare.
24 Conſentiens vt ſuum beneficiū poſſideatur ab alio per triennium videtur illud renunciare.
25 Rei iudicatæ renuntiatur, patiendo, vt producantur iura, & dentur articuli.
26 Decimæ renunciatur patiendo vt alius illas exigat.
27 Appellationi renunciatur ſi appellans petit prorogationem à iudice à quo.
28 Appellationi renunciatur ſi cauſa non committatur infra decem dies.
29 Expreſſa renunciatio fit verbis expreſſis.
30 Renunciationis beneficij definitio.
31 Definitio debet exprimere quiditatem rei definitę.
32 Definitio debet eſſe congrua materiæ ſubiectę.
33 Definitio debet conuerti cum ſuo definito.
34 Renunciare eſt cedere, dimittere, & derelinquere.
35 Renunciatio eſt donatio.
36 Donatio excedens ſummam quingentorum aureorum debet inſinuari.
37 Renunciatio excedens ſummam quingentorum aureorum debet inſinuari.
38 Renunciare eſt diminuere reditus.
39 Renunciatio eſt alienatio.
40 Verbum dimittere, eſt admodum generale.
41 Dimitto idem eſt quod relinquo, & derelinquo.
42 Verbum dimittere proprium eſt etiā in permutatione.
43 Renunciatio beneficij debet ſponte fieri.
44 Renunciatio coacta non eſt proprie ceſſio.
45 Actus nullus non eſt proprie actus.
46 Actus renunciationis debet eſſe voluntarius.
47 Dimiſſio quæ fit per priuationem non eſt ſpontanea.
48 Renunciatio debet fieri libere, & pure abſq. pactione.
49 Renunciatio ſimoniaca, & confidentalis, eſt prohibita
50 Beneficium nondum collatum non poteſt renunciari.
51 Beneficium alteri collatum non poteſt renunciari.
52 Iuri alieno renunciari non poteſt.
53 Non poteſt reſignare qui beneficium non habet.
54 Nemo poteſt dare quod non habet.
55 Priuatio præſupponit habitum.
56 Cardinalatus, Epatus, & Abbatia ſunt beneficia.
57 Renunciatio facienda cum cauſa.
58 Beneficium renunciandum coram ſuperiore.
59 Renunciatio tacita non requirit auctoritatē ſuperioris.
60 Definitio optima eſt quæ habet genus, differentias, & conuertitur.
61 Renunciatio poteſt fieri in curia & extra curiam.
62 Renunciatio ſimplex & in fauorem.
63 Renunciatio in fauorem fit libere.
63 Reſignatarius habet ius a Papa, & non reſignante.
65 Origo ſpectanda.
66 Verbū renūciare eſt æquiuocū, & capitur multis modis
67 Verbū cedere eſt æquiuocū, & capitur multis modis.
68 Verbum reſignare eſt æquiuocum, & habet plures ſignificationes.
69 Reſignare beneficium, pro dimittere.
70 Renunciatur beneficium, ceditur Iuri.
71 Renunciare, cedere, & reſignare inter ſe cōfunduntur.
72 Vocabulorū diuerſitas non ſemper diuerſum oſtendit.
73 Eiurare, pro renunciare.
74 Eiurare eſt renunciare cum iuramento.

DE Reſignatione beneficio-
rum eccleſiaſticorum tra-
1 ctaturis † a definitione in-
cipiendum erit iuxta Cice
ronis præceptum lib. pri-
mo officiorum relatum a
Bal. in præludijs Feud. nu.
2 8. Et quia † æquiuoca prius
ſunt diſtinguenda teſte phi
loſopho; Ideo in primis ſci
3 re oportet renunciationem beneficii, † vel eſſe tacitam
vel expreſſam vt ſcriptum reliquerunt Hoſt. in cap. ve-
niens num. 1. de renunc. Ant. de Butr. in cap. ex tranſ-
miſſa num. 1. & 10. & in cap. quod in dubijs numero 1.
eo. tit. Abb. in cap. ex ore ſedentis. num. 10. de his quæ
fiunt a mai. part. capit. Io. And. in c. clerici numer. 6. de
cleric. coniug. Card. Alexand. in cap. qualiter num. 4. 7.
q. 1. Rot. deciſ. 15. de off. deleg. in nou. Rebuff. in prax.
beneficiar. tit. de renunc. tacit. num. 1. Chriſtophorus
Roffiniacus in tract. de benef. c. 14. num. 3. Petrus Gre
gorius lib. 17. ſyntag. iur. c. 17. num. 21. Fuſcus. de viſita
* tione c. 20. num. 20. & * communiter ab omnibus paſ-
ſim receptum eſt vt egregie oſtendit D. meus Card. Pa
riſ. conſ. 76. in princ. vol. 4. Ita tacite & expreſſe renun-
4 ciatur Iuri patronatus † vt tradit, idem Card. Pariſ. cõ-
ſil. 144. num. 8. vol. 4. ac Nominationi Rebuff. in tract.
de nominat. q. vlt. num. 18. & 19. & Regreſſui Card. Pa
riſ. dic. conſ. 76. nu. 7. vol. 4. Caputaq. deciſ. 12. in prin.
p. 3. & Sententiæ. Card. Pariſ. conſ. 5. nu. 42. vol. 1. Rei
iudicatæ. Corn. conſ. 148. num. 20. vol. 2. Appellationi
Caputaq. deciſ. 29. & deciſ. 31. p. 1. Roland. a Vall. con-
ſil. 51. num. 22. vol. 4. Alexand. in l. 1. num. 4. C. de in in-
tegr. reſtit. fideicommiſſo Bal. conſ. 450. num. 2. lib. 3.
& conſ. 440. num. 3. eod. lib. 3. Caputaq. deciſ. 20. p. 2.
Inſtantiæ. Paul. de Eleazar. in c. finem litibus num. 39.
de dolo & contum. Io. Crot. in c. cum ſit Romana nu
mer. 24. de appellat. Hæreditati. Bal. conſ. 196. num. 7.
lib. 4. Dec. conſ. 89. num. 5. & conſ. 266. num. 4. Card.
Pariſ. conſ. 12. num. 53. vol. 1. & conſ. 69. num. 7. vol. 3.
Roland. a Vall. conſ. 99. num. 4. lib. 4. Menoch. conſ. 6.
num. 9. vol. 1. Gabriel. conſ. 60. num. 2. vol. 1. Exceptio-
nibus. Bal. conſ. 210. num. 4. lib. 5. Card. Pariſ. conſ. 20.
num. 37. vol. 1. Feriis. Alex. in l. 1. num. 8. de ferijs Attẽ
tatis D. Rober. Lancelot. de atten. p. 2. c. 4. limit. 15. &
p. 3. c. 3. num. 53. & Priuilegiis. Rolan. a Vall. conſ. 2. n.
31. lib. 4. Melchi. Palaez. in tract. Maiorit. p. 1. q. 38. nu.
1. Port. Imol. conſ. 22. num. 15. & plures caſus refert Ia
cobus Butrigarius in tract. de renunciatione iuris, &
5 omnibus alijs rebus, cum quiſque † poſſit renunciare iu
ri ſibi competenti in ſpiritualibus & temporalibus. Ar
chid. in c. quam periculoſum. num. 4. 7. q. 1. & in c. de-
nique num. 4. 6. q. 3. Iacob. de Arena in tract. de poſit.
§. 5. num. 2. Alex. conſ. 116. num. 2. lib. 3. D. meus Card.
Pariſ. conſ. 65. num. 24. vol. 2. Cor. conſ. 109. nu. 1. vol.
1. & conſ. 239. num. 2. vol. 3. Roland. a Vall. conſ. 85. n.
63. lib. 2. Rot. deciſ. 32. num. 3. de appell. in nou. & de-
ciſ. 1. num. 3. de iureiur. per Biſignett. & deciſ. 31. nu.
4. de re iud. in antiq. Socc. iun. conſ. 50. nu. 2. vol. 2. Me
noch. conſ. 57. num. 15. & conſ. 84. num. 61. vol. 1. con
6 ſil. 89 num. 7. eodem vol. non ſolum † expreſſe ſed etiã
tacite. Cephal. conſ. 18. numero 5. Menoch. conſil. 78.
7 num. 22. vol. 1. & idem † effectus reſultat ex utraque ca.
* ex ore & ibi gloſſ. & * omnes de his quæ fiunt a maio.
part. cap. Cardin. Pariſ. conſ. 76. in princ. volum. 4. cum
8 † taciti & expreſſi eadem ſit virtus l. cum quid ff. ſi cer.
pet. quæ ad hoc ſemper allegatur vt ibi ſcribit Iaſ. nu. 5.
Card. Pariſ. conſ. 69. num. 11. vol. 3. & faciunt not. per
gloſ. Bal. & alios in l. emancipata C. de iur. & fact. igno
ran. Ioan. Andr. in c. clerici. num. 6. de cler. coniug. cum
alijs vt per Card. Pariſ. conſil. 19. numero 153. cum ſe-
quen. volum. 2. Io. Crot. in cap. perſonas num. 3. de ap-
pell. Dec. conſil. 166. num. 2. Robert. Lancelott. de at-
tenta. p. 2. cap. 4. lim. 15. num. 20. ideo dicimus vtram-
que inducere priuationem beneficij Card. Pariſ. in ca.
* cum eccleſiæ num. 1. de excep. & eſt * communis opi-
nio teſte Alfonſ. Hoied. in tract. de incompat. benefi-
cio. p. 1. c. 13. & c. 4. num. 7. Mandoſ. in addic. ad lap. al-
leg. 16. lit. A.
9 Tacita renunciatio † eſt, quæ ipſo iure fieri intelli-
gitur abſque verborum expreſſione, cũ deducatur ex
* quadam iuris interpretatione clem. gratiæ vbi * omnes
de reſcript. not. in c. de multa de præben. tradit Roffi-
niac. dict. c. 14. de benef. ſub. num. 3. Quæ primo exem
11 plificari poteſt † in eo qui in minoribus ordinibus cõ-
ſtitutus contrahit matrimonium: nam iſte tacite vide-
tur renunciare beneficio quod obtinet. cap. 1. & cap.
* quod a te vbi gloſ. Hoſtienſ. Imol. & alij * omnes de cle
ric. coniug. Doct. in cap. 1. eod. tit. lib. 6. Card. Pariſ. cõ
ſil. 40. num. 30. volum. 4. Caputaq. deciſ. 215. num. 2. p.
1. Cappell. Tholoſan. deciſ. 239. Maſcard. de prob. con
cl. 182. num. 3. Nauarr. conſ. 3. num. 1. de renunc. & eſt
* * communis opinio teſte Euerardo conſ. 11. circa prin
12 cipium etiam ſi matrimonium ſit nullum † ex cauſa cõ
* ſanguinitatis, vel affinitatis * communis opinio teſte
13 Imol. in cap. Ioannes nu. 24. de cleric. coniug. & † ipſo
* iure priuatur * communis opinio, de qua atteſtatur Mẽ
chiaca lib. 3. de teſtam. §. 22. num. 45. in fin. Clar. lib. 5.
recep. ſenten. §. vlt. q. 73. verſ. clericus. ac etiam videtur
14 renuntiare † regreſſui & omni iuri competenti ad be-
* neficium eccleſiaſticum * communis opinio teſte Co
15 uarr. ſuper 4. decret. p. 2. c. 6. §. 3. num. 5. & † etiam pen-
* ſioni ex cauſa ceſſionis ſibi reſeruatæ * communis opi
nio teſte Gig. de penſion. q. 54. ſecundum quam opi-
* nionem fuit concluſum in Rot. * Roman. coram Io.
Paulo in vna Adiacen. penſionis 4. Iunij 1546. teſte
Put. deciſ. 459. li. 2.
16 Secundo exemplificatur in eo qui cõſequitur † poſ-
ſeſſionem ſecundi beneficii incompatibilis: nam vide
tur eo ipſo renuntiare primum c. De multa ca. quia in
tantum c. ad hæc c. præterea de præben. cap. ſancto-
rum diſt. 70. c. 1. & 2. 21. q. 1. clem. Gratiæ de reſcrip. c.
4. ſeſſ. 7. Conc. Triden. de reform. & c. 17. ſeſſ. 24. etiam
de reform. Io. de Lignano in tract. de pluralit. benefi.
in prin. Gemin. in c. beneficium num. 4. de regular. in
6. & in c. pauper num. 3. de præben. eo. lib. Ber. q. fami-
liar. 80. num. 1. late Duenas reg. 71. Coraſius tract. de
benef. c. 5. num. 59. latiſſime Maſcard. de probat. con-
* cl. 183. Petr. Greg. lib. 17. ſyntag. iur. cap. 17. num. 22. *
communis opinio, de qua atteſtantur Alfonſ. Hoied.
tract. de incompat. benef. p. 1. cap. 4. in princip. Burſat.
17 conſilio 353. numero primo volum. quarto ſicuti † per
translationem ad beneficium incompatibile uacat pri
mum cap. in apibus 7. quæſt. prima Rebuff. in prax. tit.
requiſita ad collationem numero 52. Ferrett. conſilio
18 29. numero 13. ac † per electionem * communis opi-
* nio teſte Burſat. dic. conſilio 353. num. 6. & † per aſſe-
19 cutionem incompatibilis perditur etiam gratia expe-
ctatiua cap. ſi pauper clericus de præbend. libro ſex-
* to vbi * omnes Roman. conſilio 356. numero pri-
mo Calder. conſilio quinto de præben. Anchar. conſi
lio 214. numero quarto Moedan. deciſ. manuſcr. 130.
20 & videtur † renunciari liti ſuper alio incompatibili
gloſ. in dic. clem. Gratiæ vbi Card. Zabarell. Gam-
mar. deciſ. decimaſeptima manuſcr. & hæc procedunt




quoties poſſeſſio fuit pacifica, nam alias ſecus vt fuit
* reſolutum in Rot. * in vna Florentin. canonicatus & p̃
ben. die. 11. Martii. 1558. coram. R. P. D. Proſpero de
ſancta Cruce, nunc Cardinali Ampliſſimo. teſte Capu
* taque deciſ. 415. lib. 1. in manuſcr. & fuerat * idem reſo
* lutum coram Veſtan. 10. Ianuarij 1552. * in vna Barchi
nonen. beneficij teſte eodem Caputaq. deciſ. 294. p. 2.
impreſſ. & † quæ dicatur poſſeſſio pacifica docet ex plu
ribus Maſcard. in alleg. concl.
22 Tertio exemplificatur in † eo qui eſt effectus mi-
les ſecularis, nam videtur tacite renunciare beneficio
quod obtinet gloſ. in c. vlt. verb. redierint de cleri. non
reſidi Barb. conſ. 11. col. vl. verſ. preterea facit lib. 1. Gi.
de penſ. q. 55. num. 2. Curt. ſen. conſ. 80. Rebuff. de no-
* minat. q. vltima * communis opinio teſte Imol. dic. c.
vlt. num. 6. de cleric. non reſiden. de communi etiam
atteſtatur Clar. lib. 5. recep. ſent. §. vlt. quæ. 73. verſ. item
clericus.
23 Quarto poteſt exemplificari † in eo qui conſenſit
vt beneficium ſuum cõferatur alteri, nãq. videt̃ tacite
renuntiare illud gloſſ. in c. beneficium verb. aſſenſu de
regular. in 6. Card. Alexan. in c. quamuis. n. 17. q. 1. Ab.
in c. ex ore n. 5. & 9. de his quæ fiunt a maior. part. ca-
pit. Moedan. dec. manuſcr. 335. incip. an indultum, &
24 † patitur vt ab alio poſſideatur per triennium. Rot. de
ciſ. 3. de renunc. in nou. Imol. in dic. ex ore. Maſcard. de
probat. concl. 1263. nu. 28. nam videtur illud habere,
pro derelicto Hoſtien. in c. veniens. 2. de renunc. Ita
25 † tacite renunciatur rei iudicatę patiendo vt poſt illam
producantur iura & dentur articuli pro vt fuit reſolu-
* tum in Rot. * in vna Tiraſonen. ſeu. Valconen. canoni
catus & præbendæ coram Moedano die. 23. Martij.
* 1547. teſte eodem Moedan. deciſ. 39. in manuſ. & in *
alia Placentin. coram Io. Paulo teſte Peregrin. deciſ. 39
26 & deciſ. 114. lib. 1. in manuſcr. & † renunciatur tacite
decimis patiendo vt alius illas exigat vt per Calb. tra.
præſcriptio. p. 5. q. 7. rubr. de decim. Caputaq. dec. 242.
27 p. 1. & † tacite videtur renunciatum appellationi, quo-
ties appellans comparet coram Iudice a quo & petit
* prorogationem vt fuit reſolutum in Rot. * in vna Lu-
can. Charitatiui ſubſidij coram Accorombono die.
28 27. Aprilis. 1551. teſte Caputaq. deciſ. 29. p. 1. ſicuti † re
nunciatur appellationi ſi cauſa non fuit commiſſa in-
* fra decem dies vt fuit concluſum in. Rot. * in vna Aliſ-
bonen. coram Reumano. 18. Octobris. 1551. teſte Ca
putaq. deciſ. 31. & 32. p. 1. Et de hac renunciatione ta-
29 cita non erit noſter tractatus ſed de expreſſa † quæ fit
verbis expreſſis & explicitis vt ſcribit Petrus. Gregor.
* dic. lib. 17. ſyntag. in c. 17. nu. 23. & eſt communis * opi
nio omnium doct.
De expreſſa igitur reſignatione beneficiorum eccle
* ſiaſticorum loquuturi, Primo Quæro quid ſit * commu
30 nis reſponſio ita ſe habet † Renunciatio eſt iuris pro-
prij ſpontanea refutatio ſeu dimiſſio. Hoſt. in ſum. ti.
de pact. & trãſact. §. 1. num. 6. Vitalis de Cambanis tra.
clauſularum in verbo clauſula renunciauit Cardi. quẽ
refert & ſequitur Petr. Gregor. ſyntag. iur. lib. 17. cap.
17. num. 13. Caccialup. tract. de tranſact. quæſt. 3. num.
10. Moedan. in recollectis manuſcr. deciſ. 72. Chriſto
phorus. col. 2. ſed hæc definitio mihi non probatur,
nam congruit renunciationi in genere vt tradit Man-
doſ. in trac. de ſignat. grat. verbo reſignationes col. 2.
vbi dicit quod ita diffinitur renunciatio in ge
nere ſumpta, & in his terminis loquuntur Speculat. Vi-
tal. de. Camban. & Caccialup. vnde cum non ex
31 primat † quidditatem naturam, & ſubſtantiam,
rei definitæ non eſt bona. Bal. in l. maximum vitium C.
de lib. præt. Bart. in l. prima ff. de teſtament. Iaſ. in l. ſi is
qui pro emptore num. 88. ff. de vſucap. Alciat. lib. 6. pa-
32 radox. cap. 9. & regulare eſt vt definitio † quæ non con-
gruit proprie ſubiectæ materiæ rei definitæ nõ ſit bo-
na l. ſi vno ff. locat. c. ſolitæ de maior. & obed. Angel. in
l. damni infecti ff. de damno infec. cum alijs vt per Se-
baſt. Medic. tract. de diffin. p. 1. quæſt. 4. num. 44. Vnde
ſecunda datur definitio. Renunciatio eſt iuris proprii
ſpontanea; & libera dimiſſio ſeu ceſſio. ita Rebuff. in
praxi beneficiorum titul. de reſignat. in princip. Seba-
ſtian. Medic. dic. tract. de diff. p. 2. diffinit. 96. vbi expli-
cat verba, ſed hæc etiam definitio eodem morbo labo
rat, congruit enim, quemadmodum & ſuperior, gene-
rali renuntiationi, & non conuertitur cum ſuo defini-
to, datur namque ſpontanea & libera ceſſio iuris pro-
prij, & tamen non eſt renunciatio de qua loquimur &
quando fit de iure temporali, vel quando fit de iure
ſpirituali, vel quando fit de beneficio coram non ſuo
ſuperiore. cap. quod in dubijs de renunciatio. & cla-
rum eſt non eſſe bonam definitionem, quæ cum ſuo
33 definito † non conuertitur gloſ. in l. vlt. ff. de verb. ſi-
gnific. & in l. prima ff. de cap. dimin. gloſ. Inſt. de oblig.
in princ. Petr. de Bellapert. in §. ſupereſt. nume. 6. de a-
ction. Bart. in l. prima §. dolum vbi Angel. num. 1. ff. de
dol. Paul. de Caſt. in l. ſi quis ſeruo nu. 4. C. de furt. Gel
lius lib. 4. cap. 1. noct. act. Alexand. in l. 1. num. 4. ff. de
* acquirend. poſſeſſ. & eſt communis * opinio omnium
Doctor.
Quare ita definirem ſeu magis deſcriberem. *Renun
tiatio*, de qua nos agimus, *eſt dimiſſio ſpontanea, & li-
bera beneficij obtẽti facta cum cauſa coram ſuperiore.*
34 Dico dimiſſio quia renuncians † cedit dimittit dere-
linquit & donat ius ſuum l. hoc iure §. 1. ff. de donat. l.
ſi quis delegauerit cum ibi notat. ff. de nouat. Bald. in l.
venditrici in fin. C. de reb. eccl. non alien. Alexand. con
35 ſilio 22. num. 7. volum. 5. & propterea † renunciatio ap
pellatur donatio. Alexand. conſ. 115. num. 1. volum. 5.
Card. Pariſ. conſil. 26. num. 58. & conſil. 65. num. 57. vo
lum. 3. Rolan. a Vall. conſ. 64. num. 20. vol. 2. Menoch.
conſ. 80. num. 57. & conſ. 1. num. 211. & 214. vol. 1. &
36 ſicuti donatio † excedens ſummam 500. aureorum de
37 bet inſinuari l. ſancimus C. de donat. ita † renunciatio
prophana excedens dictam ſummam Bald. in l. illud C.
de ſacroſan. eccleſ. quem refert & ſequitur Afflic. in
tract. de iur. prothomis. in princ. legis num. 3. Card. Pa-
riſ. dic. conſ. 26. numer. 58. Hinc ſcribit idem D. meus
38 Card. Pariſ. conſilio 127. numero 16. volum. 1. † quod
39 renunciare eſt diminuere redditus, Hinc capitur † pro
alienatione Menoch. conſilio 80. numero 21. & 56. &
40 hoc verbum *dimiſſio* erit loco generis, nam † comple-
ctitur quemcunque actum per quem quis a ſe ius pro
prium abdicat, vt colligitur ex Mandoſ. in reg. Can-
cell. de infir. quæſt. 13. numero 8. in fin. & nume. 9. tam
in temporalibus quam in ſpiritualibus. Petr. Gregor.
41 dic. libro 17. cap. 17. numero 14. nam † dimitto idem
eſt quod relinquo & derelinquo. Cic. in 4. Academ. &
5. Matth. cap. quinto l. meminiſſe §. legatum ſuum ff.
de off. proconſ. c. ex parte prima de off. deleg. & eſt ver
bum proprium huic materiæ, nam de dimiſſione be-
neficij habemus plures canones, cap. ſi beneficia. ubi
pluries reperitur huiuſmodi verbum de præbend. li-
bro ſexto extrauag. execrabilis Ioa. 22. & Mandoſ. dic.
quæſt. 13. cum illa reg. cancellariæ loquatur de dimiſ-
42 ſione beneficij, † eam interpretatur habere locum etiã
* in permutatione quod fuit etiam deciſum in Rot. * plu
ries, vt *infra* ſuo loco dicetur.
Dico *ſpontanea* quia reſignatio beneficiorũ debet

43 ſponte † fieri.Hoſt.in ſumm.tit.de renunc.§.qualiter.
Geminian.in c.in ordinarijs §.in conferendis num. 3.
de off.ordinarij lib.6.Rot.deciſ.5.num. 2. de renunc.
in nou.& deciſ.6.num.2.eo.tit.in antiq.Io. Monac. in
c.licet num.5.& ibi Franc.& Gammar.&communiter
* * alij*de rer.permut.lib.6.&ita tota die practicatur * &
ſic hoc verbum excludit vim dolum metum & poni-
44 tur ad differentiam renunciationis coactæ†quæ nõ eſt
proprie ceſſio.not.in c.ſuper hoc de renun.c. ad audiẽ
* tiam ꝙ met.cau.& eſt communis opinio*nanq;eſt nul
* la vt omnes* ſcribunt & actus nullus † non eſt proprie
45 actus l.4.§.condemnatum ff.de ſent.& re iudic.c.illud
46 de iur.patron.cum actus renũciationis debeat eſſe†vo
luntarius Lambertin.de iur patr.in 6.art. 6.q.princ.p.
2.lib. 1.num.21.& dicetur infra & ad differentiã dimiſ
47 ſionis,quæ fit per priuationem † nam illa non eſt ſpon
* tanea vt omnibus*notum eſt.Dico *libera* quia reſigna
48 tio beneficij debet libere & pure fieri† abſq; aliqua pa
ctione conditione,& modo c.cum pridem de pact.c.
* ex parte 1.de off.deleg.vbi omnes*Oldrad.conſ. 324.
ſub num.5.Calderin.in c.mandatum nu.4. de reſcript.
Crauett.conſ.122.num.2.Maſcard. de probat. concl.
* 1395.nu.10.& eſt communis* opinio omniũ Docto,
vt ſuo loco infra dicetur, & ex hoc excluduntur renũ
49 ciationes † ſimoniacæ,& confidentiales, quæ prohibi
tæ,& nullæ ſunt, & etiam ponitur ad differentiam litis
cui ceditur ob rationem c.finem litibus de dol.& con
tumac.& tradit Sebaſt.Medic.loco citat.

50 Dico *beneficij obtenti* nam beneficium nondum †
collatum renunciari minime poteſt Rot. deciſ. 26.de
procur. in antiq.Ioan.de Graſſ. de reſcrip. apoſtol.nu
mero 88.Boer.deciſ.205.num.4.& 308. Roffiniac.de
* benef.c.14.nu.43.& eſt*communis opinio de qua di-
51 cetur ſequenti libro,nec etiam poteſt † renunciari be-
neficium alteri collatum vt communiter omnes doct.
52 affirmant,quia iuri alieno † non poteſt renunciari. ca.
dilecto in fi.de præben.toto tit.C. res inter. ali.act.Et
53 quia † qui beneficium non habet reſignare nõ poteſt.
* Put.deciſ.166.in princ.lib.1.& eſt*communis opinio,
54 cum † nemo poſſit dare quod non habet.l. traditio ff.
de acquiren.rer.domin.l.nemo ff.de regul.iuris, priua
55 tio † enim præſupponit habitum l.qui decẽ ff.de verb.
56 oblig.& hoc verbum *beneficij* eſt genericum aptũ†cõ
prehendere Cardinalatum Epiſcopatum Abbatiam &
alia beneficia vt infra ſequenti libro dicetur.

57 Dico *facta cum cauſa* quia in reſignatione† requiri
tur cauſa.c.ſuper hoc de renunc. vbi Ant.de Butr. In-
* noc.Card.Abb.Imol.& alij* omnes & dicam infra.

Dico *coram ſuperiore* nãque beneficium debet re-
58 ſignari † coram ſuperiore Abb.in c.audita nu.3. de re
ſtit.ſpoliat.Turrecrem.in c.denique num.2.6.q.3.Caſ
ſad.deciſ.2.num.3.de renunc.D.meus Pariſ. conſ.93.
* num.25.vol.4.& alij* omnes,& hoc ad excludendum
59 renunciationem tacitam † quæ non requirit auctorita
tem ſuperioris.Benedic.Capr.in clement. Gratiæ nu.
60 5.de reſcript.Et hæc definitio cum habeat † genus &
differentias ac cum ſuo definito conuertatur erit opti
ma.Bart.in l.prima in princ.ff.de teſtamen. & in l.1.§.
dolum ff.de dol.Ber.in Rubr.de conſt.num. 76. Eue-
rard.in loco a defin.num.3.Dec.& Cagnol.in l.omnis
definitio ff.de regul.iur.Alciat.libr. 6. paradox.cap.9.
61 Ac comprehendit non ſolum † renunciationem factã
coram ordinarijs,ſed etiam illam quæ fit coram ſum-
mo Pontifice.Fuſc.de viſit.lib.2. cap.28.num.12.Roſ
ſiniac.de benef.cap.14.nu.21.comprehendit etiam re
62 gnationem † ſimplicem & reſignationem in fauorem
factam cum reſeruatione fructuum,vel penſionis, nã
63 hæc † quoque libere fieri dicitur & conditio apponi-
tur de voluntate Papæ,qui ex cauſa hoc facere conſue
64 uit.Card.Pariſ.conſ.76.vol.4. & ab eo † reſignatarius
habet ius & non a reſignante.Caſſador.deciſ. 15. ſub
num.1. de præben. quem refert & ſequitur Mandoſ.
regul.33.de ſignat.per fiat.q.7.num.8.ideo attenta na
tura originaria,poteſt,dici pura,quæ in vnaquaq; ma-
65 teria † eſt ſpectanda l.3.C.ad Macedon.l.ſi procurator
1.reſponſ.ff.mandat.l.clam poſſidere ff.de acqui. poſſ.
Marian.Socc.ſen.in c.veniens num.52.de accuſat.Gra
uett.conſ.318.num.4. Et dixi in principio definitio-
nis,*renunciatio expreſſa beneficij eccleſiaſtici* tum ad
66 excludendam tacitam tum etiam quia† verbum renũ-
ciare eſt æquiuocũ vt tradit Mandoſ.tract.ſignat. gra
tiæ.verb.reſignationes verſ.reſignare:renunciare. 1. ar
canum deferre l.ſi quid aliquid ff. de pæn.renunciare.
1.Referre.Cicero 8.Philipp. cum legati renunciarint
&c.Cæſar in coment.1.& lib.4.& habetur in l.cum in
plures §.mand.ui tibi ff.locat.l.qui fundum 1. reſpõſ.
ff.de contrahen.empt.& ibi Bud.renunciare ideſt de-
clarare.Teren.in Andria Cic.pro lege Manlia & lib.9.
epiſtol.renunciare ideſt remittere.Quintil.lib.10.Bud.
in annot.pandect.in l.minor ff.de minor.Renunciare
ideſt cedere & ius ſuum repudiare l.ſi quis in conſcri-
bendo iunctis his quæ ibi ſcribit Alcia.C. de pact.l.de
ſtitiſſe ff.de iudic.l.ſi filius ff.de minor.l.ſi mandauero
§.vlt.ff.mandat.l.poſtquam liti C.de pact.Alciat. in l.
deteſtatio col.4.in princ.ff.de verb.ſignif.& hoc mo-
do ſumitur in tit.de renunc.extr.in 6.& in clem.& nos
67 accipimus.Ita etiam † verbum cedere eſt æquiuocum
ſecundum Bonifac.de Vitall.in clem. vnica num.6.de
renunc.nam aliquando vt ipſe dicit ſumitur pro per-
cutiente aliquando pro incidente aliquando pro dan-
te locum aliquando pro renuntiante, cedere tempori
Cicer.famil.4.ibi te cedentem tempori. cedere inter-
ceſſioni,vel prouocationi.Bud.in pandect.ſuper l.2.ff.
de orig.iur.cedere legibus cedere patriæ cedere vitæ
cedere oneri vel honori Bud.in l.hominem.§.quoties
ad fi.ff.de poſitio.cedere fortunæ.Cæſar. in commen.
lib.6.belli Gallici prope finem.cedere amicitiæ Virg.
lib.11.Aeneid.& lib.12.cedere obſequiis.Virg. lib. 3.
Iouian.Maius in ſuo repertorio verbo cedere, cedere
cauſæ Caſſador.deciſ.12.num.7.de appell.cedere liti l.
ſi filius ff.de min.Rot.deciſ. 309. in nou.cedere diẽ l.
cedere diem ff.de verb.oblig.cedere iuri,cauſæ,priui-
legio,actioni,c.2.de alien.mutan.Iud.cau.fact.cedere
beneficio ideſt a beneficio diſcedere Mandoſ.in praxi
ſignat.gratiæ in verb.ceſſionis in principio,& ex toto
illud dimittere vt tradit Card.Zabarell. in clem. vnica
nu.4.de renunc.ſicuti cedere bonis eſt a bonis diſce-
dere & illa tradere creditoribus,vt habetur in Rub.&
tot.tit.C.qui bonis cedere poſſ.Roffred.in tract.libel.
in rub.de off.Iudic.A.22.in ſumm.in tit.qui bon.ced.
poſſ.Bald.in l.vltim.eo.tit.in princ. Alberic.de Roſat.
in l.penul.cod.tit.late Roland.a Vall.conſil.7.libro 2.
& conſil.87.eo.lib.Mact.Brun.de ceſſio. bonor. q.1.
& cedere iuri eſt diſcedere a iure & illud alteri trade-
re cap.4. Ruth. ibi cedo iuri propinquitati, & tradit
Lucill.libro 28. relatus a Iouian. loco citat. & cedere
poſſeſſionem,vel vſufructum eſt alteri poſſeſſionem,
& vſum tradere l.& ſimiliter ff.de leg. ſecunda l. ſæpe
ff.de acquir.poſſeſſ.& hoc modo accipitur in materia
noſtra.
68 Ita etiam verbum † reſignare eſt æquiuocum vt tra-
dit Mandoſ.d.tract.ſignat.grat.verb.reſignatiões ver.
* reſignare & eſt communis * doctorum ſententia reſi-
gnare quod ſignatum erat aperire l.ſi teſtamentũ ff.de
teſtam.



teſtamen.l.2.ff.de falſ.Plaut.in Trinum.Horat. 1. epi-
ſtol.7.& in epiſtol.ad Mæcenatem lib.1.l.ſi teſtamẽto
quod ſiguauerit & ibi gloſſ.ff.qui teſtamen.facer.poſſ.
Rebuff.in l.39.ff.de verb.ſign.fol.294.litt.M.reſigna-
re pro perfecte ſignare Columel.lib.3. Mandoſ. loco
citat.reſignare.i.claudere Virg.lib.4.æneid. & lumina
morte reſignat.reſignare pro abrogare ſiue diſſolue-
re.Cicer.in oratione pro Archia Poeta. Hic autem ſu
69 mitur reſignare † beneficium pro dimittere Mandoſ.
in reg.de Infirmit.13.num.10.& penitus abdicare ius
* a reſignante.Innoc.Hoſt.& Abb.& alij*omnes in c.ꝙ
in dubijs de renunc. Rota deciſ.6.de rerum permut.
in nou.& deciſ.4.de renunc.eo.lib.& deciſ.5.nu.2.eo.
tit.per Biſignet.Caſſador.deciſ.2.n.3.de renunc. & de
ciſ.4.num.3.de reſt.ſpoliat.Card.Pariſ.conſ.39.nu. 3.
* vol.4.& eſt communis* opinio omnium Doctorum.
Et quamuis Alfonſ.Sot.ſuper reg.43.Cancell.Inno
70 cen.VIII. verſ. Nam. conſideret differentiam † inter
renunciare & cedere vt renuncietur beneficium quòd
poſſidetur & cedatur iuri competenti ſuper aliquo be
neficio,quem videtur ſequi Petr.Greg.lib.17. ſyntag.
iur.c.17.num.21.Mandoſ.dict.tract.de ſigna.grat.tit.
71 ceſſiones,ver.ceſſiones,tamen verius eſt hæc† tria ver
ba ſcilicet renunciare cedere & reſignare inter ſe con
fundi & vnum accipi pro alio vt in loco citat. firmat
Alfonſ.Sot.Rebuff.ſuper concordant.rubr. de reg.ad
prælat.nominat.facien. §.Monaſterijs in verſ. ceſſio-
nem.Mandoſ.in dic.trac.ſignat.gra.tit. regreſſus & ac
ceſſus col.2.verſ.illa verba.Bonifac.de Vitallin. in clc.
1.num.6.de renunc.doct. in c. ſuſceptum per illũ tex.
* de reſcrip.lib.6.& ſequuntur * omnes,ac ita practicari
* videmus,quandoquidem vocabulorum diuerſitas† nõ
72 ſemper diuerſum oſtendit,vt docte & eleganter expli-
cat Excellentiſſimus D.& præceptor meus D. Cinus
Campanus in l.contractus,num.105.ff.de reg. iur. ad-
73 dunt quidam † quartum ſcilicet Eiurare. Chriſtopho-
rus Roſſiniac.de benef.c.14.c.15.16.17.19.& 20.Pet.
74 Greg.ſyntag.iur.lib.17.cap.18. quod verbum † oſten-
dit renunciationem factam cum iuramento vt ſcriptũ
reliquit Nauarr.in cap.accepta oppo.decuplex . num.
10.de reſtit. ſpol.Achill.de Graſſ.in recoll. manuſcr.
deciſ. 317.

## SECVNDAE QVAESTIONIS.

### *SVMMARIVM.*


1 *Renunciatio duplex pura & conditionalis.*
2 *Reſignatio pura quæ ſit.*
3 *Reſignationes antiquo tempore fiebant pure.*
4 *Renunciatio conditionalis quæ ſit.*
5 *Renunciatio debet eſſe libera.*
6 *Papa permittit fieri coram eo reſignationes ſub conditione.*
7 *Quotidie fiunt hodie renunciationes cum conditione.*
8 *Stilus curiæ ſeruatur pro lege.*
8 *Conditiones permiſſæ a iure poſſunt apponi in collatione.*
9 *Conditiones permiſſæ de ſtilo tolerantur in renunciatione.*
10 *Papa admittendo reſignationes ſub conditione, habet reſpectum ad ſupplicationem humiliter ſibi factã.*
11 *Clauſula non alias, nec alio modo apponitur a Copiſtis.*
12 *Ronunciatio dependet a voluntate ſuperioris.*
13 *Reſignatarius habet ius a Papa.*
14 *Renunciatio in fauorem dicitur conditionalis.*
15 *Renunciatio in fauorem recipit cõditionem,ſi reſignatarius acceptet.*
16 *Reſignatarius debet acceptare.*
17 *Clauſula,& non alias de ſtilo,in renunciationibus ſolet apponi.*
18 *Clauſula & non alias, nec alio modo conditionem inducit.*
9 vnde ſufficiet vt huiuſmodi qualitas affuerit tempo-
re† quo diſpoſitio ſumpſit effectum l. 2. de auro &
argent.legat.l.ex facto.§.ſi quis ff.ad Trebell. 2. quia
cum dict.cap.ſtatutum requirat vt cauſæ committan
tur habentibus dignitatem eccleſiaſticam videtur
requirere dignitatem in tempore commiſſionis,nam
10 qualitas†iuncta verbo vel participio verbi eſt intelli-
genda ſecundum tempus verbi vel participij.l. in deli
ctis §.extraneus.ff.de noxal.vbi Alex.l. Titius. de teſt.
militar.late Bartol.in l.ex facto in principio ff. de vul-
gar.& pupillar.idem Bald.in l.pręcipimus. §. ſane. C.
de appell.& ibi Bald.in fin.idem Bald.in l.prędia co-
lum.vlt.verſic.extra quæro.C.de fideicommiſſ. & per
11 conſequens ſufficiet quod dicta dignitas† ſemel exi-
ſtat licet poſtea deficiat l.in ſubſtitutione ff.de vulga.
& pupillar.l.heredi.ff.ad Trebel.cum alijs vt per Ar-
cihidiacon.in dict.cap.ſtatutum nume.5.in fin. Bald.
in l.generaliter colum.6.verſicu. & ex prædictis C.de
epiſc.& cleric.
Non obſtant argumenta in contrarium adducta
nam ad primum reſpondetur quod fuit contemplata
dignitas vt ille ſit capax commiſſionis;data igitur ca-
pacitate ab initio licet deficiat poterit tamen de ea
cauſa cognoſcere vt ex ſupradictis liquet,eoque ma-
12 gis,quia quoties†exprimitur in commiſſione nomen
proprium & dignitatis ſiue nomen proprium præce-
dat vel ſubſequatur, delegatio v detur perſonalis &
non realis vt tenuit Imola.dict.capitul.quoniam Ab-
bas column.penultim.qui dicit fuiſſe opinionem Ab-
bat.& Ioann.Alexand.conſilio centeſimo,ſeptuageſi-
moquinto.column.penultim.libro quinto.Bernar.in
dict.capitul.quoniam Abbas.numero 91. & numero
92. dicit eſſe in puncto iuris veriorem & ſuſtenta-
13 bilem†& ſi præcedit nomen proprium abſque dubio
delegatio dicitur perſonalis Abba.in ca.mandato.co
lumn.ſecunda.de pręſumpt.Bartol. in l. ſi communis
* ſeruus ff.de ſtipulat.ſeruo.communis.* opinio teſte
* Ber. dict. numero 91. Deciſ.numero 41.& alij *
omnes.Ad ſecundum argumentum reſponſio colli-
gitur ex ſuperius adductis & dicit Imola. in clement.
& ſi principalis columna quarta.de reſcript.quod prę
allegata ratio non videtur finalis,ſed impulſiua,ratio
14 enim † finalis illa eſt quia conſtituti in dignitate
præſumuntur periti & honeſtiores argument.capitu.
cum in cunctis de electio. vnde licet ceſſet dignitas
præſumptio peritiæ remanet propter qualitatem
præcedentem ac etiam honeſtatis Geminian.dict.ca-
pitul.ſtatutum ſub numero 8. Ad tertium reſponde-
tur differentiam eſſe inter legatum finita legatione
& hunc,quia ibi nulla eſt iuriſdictio hic vero ſecùs.
Accedat quia legatus legatione finita cognoſcit de
cauſa ſibi commiſſa expreſſo nomine proprio Ab-
bas dict.capitul.quoniam Abbas numero vndecimo.
* verb.dubitatur verſicul.quæ opinio & eſt* communis
opinio teſte Bero.ibi num.102.verſicu. in hac tamen
quæſtione.
Concludendum igitur eſt reſignantem & non re-
ſignatarium poſſe cognoſcere de illa cauſa ſecun-
dum quam opinionem fuit iudicatum in Sacra con-
* gregatione * Concilij die 21. Maij 1587. in qua fuit
propoſitum dubium hoc. An ſi is qui tempore
commiſſionis reperiatur conſtitutus in dignitate &
deſignatus inter iudices ſynodales ſi eam dignitatem
reſignauerit poſſit de eadem cauſa cognoſcere vel po
tius is qui eam dignitatem poſtea obtinuit vel neu-
ter? Congregatio cenſuit reſignantem poſſe co-
gnoſcere etiam poſt renunciationem.
15 Hanc autem concluſionem † limita non procede-
re ſi ille qui reſignauit eam dignitatem accepit qua-
litatem repugnantem & effectus eſt incapax illius de-
legationis vt quia contraxit matrimonium vel quid
ſimile fecit, nam hoc caſu non poterit de illa cau-
ſa cognoſcere Cardinal.Zabarell. in dict. clement. &
ſi principalis in quæſt.6.vbi Imol.colum.4.& eſt cõ-
* munis*opinio.
Quando autem ille, cui cauſa fuit delegata mori-
* 16 tur communis* diſtinctio eſt † quod aut delega-
tio fuit facta expreſſo nomine dignitatis aut expreſſo
nomine proprio. Primo caſu tranſit ad ſucceſſo-
rem. Secundo caſu extinguitur morte vt egre-
gie probat dict.capitulo.quoniam Abbas de officio.
delegat. Speculat.in eodem titulo.§.vltim. Bald. in l.
more in tertia.quæſtione ff.de iuriſdictio. omnium.
Iud.Gemin.conſilio ſexageſimo quarto.columna ſe-
* cunda.communis opinio * vt per Dec. qui alios ci-
tat in dict.capitulo.quoniam Abbas in tertio. notab.
numero decimo tertio. & ratio eſt quia dignitas
nunquam moritur capitulo ſi gratioſe de reſcript.
libro ſexto. quod exemplificatur in Epiſcopo Ab-
17 bate ac ſimilibus. Ita etiam commiſſio facta† Vi-
cario Epiſcopi expreſſo nomine dignitatis tranſit
ad ſucceſſorem vt tenuit Paul. de Eleaz. in dict. cle-
ment.& ſi principalis de reſcript.Abbas.in dict.capi-
tulo.quoniam Abbas.numero vndecimo. & fuit re-
18 ſolutum in Rota in vna † Senen. Canonicatus &
præbendæ coram D. Reumano die 25. Octobris
1546.teſte Put.deciſ.487.libro 2. Cætera vero perti-
nentia ad hanc materiam late deduxi in interpretatio
ne dict.cap.quoniam Abbas.





## DVODECIMAE QVAESTIONIS.

### SVMMARIVM.

1 *Reſignans non poteſt pœnitere.*
2 *Renuncians tacite non poteſt pœnitere.*
3 *Reſignans poſt admiſſam renunciationem non poteſt contrauenire.*
4 *Admiſſa reſignatione dicitur res perfecta.*
5 *Admiſſa reſignatione vere vacat beneficium.*
6 *Proponens reſignare & conſtituens procuratorem poteſt pœnitere.*
7 *Proponens donare poteſt pœnitere.*
8 *Confeſſio acceptata reuocari non poteſt.*
9 *Renunciatio primæ genituræ non poteſt reuocari.*
10 *Litteræ renunciationis non præſentatæ non præiudicant.*
11 *Nuncius antequam præſentet quæ habet in mandatis non nocet.*
12 *Renunciatio præſentata ſuperiori poteſt reuocari.*
13 *Renunciatio præſentata ſuperiori antequam ſit acceptata non nocet.*
14 *Renunciatio conditionalis poteſt reuocari.*
15 *Ordinarius admittens renunciationem ſtatim facit vacare beneficium.*
16 *In renunciatione quæ fit coram ſummo Pontifice licita eſt pœnitentia poſt admiſſionem vſque ad præſtitum conſenſum in Camera vel Cancellaria.*
17 *Signatura Papæ perficit reſignationem.*
18 *Signatura Papæ habet tacitam conditionem quatenus ſupplicantes perſiſtant in eadem voluntate.*
19 *Conſenſus retrotrahitur ad diem datæ & ſub dicta data expediuntur litteræ.*
20 *Ante præſtitum conſenſum in Cancellaria vel Camera reſignatio non dicitur in totum perfecta.*
21 *Litteræ reſignationis non expediuntur niſi fuerit datus conſenſus per principalem vel procuratorem.*
22 *Conſenſus attendendus eſt quia perficit actum.*
23 *Sine conſenſu reſignatio eſt nulla.*
24 *Conſenſus præſtitus alibi quam in Camera vel Cancellaria non prodeſt.*
25 *Dum ſupereſt aliquid agendum nihil dicitur actum.*
26 *Poſt porrectam ſupplicationem per reſignantem licita eſt pœnitentia.*
27 *Poſt ſignatam ſupplicationem reſignationis licitum, eſt reſignanti pœnitere.*
28 *Sola ſignatura Papæ datius in beneficio.*
29 *Reſignans priuatur beneficio præſtito conſenſu.*
30 *Conſenſus non retrotrahitur ad diem datæ quando medio tempore ſuperuenit pœnitentia reſignantis.*
31 *Reſignans poteſt pœnitere quamuis data ſit ſupplicatio reſignationis.*
32 *Paruæ datæ effectus.*
33 *Supplicatio ſignata in vita reſignantis poteſt perfici per legitimum procuratorem poſt mortem.*
34 *Pręlatus fit ex ſola pronunciatione Papæ.*
35 *Parua data remanet pœnes pares vt plurimum.*
36 *Pontifex concedit beneficia.*
37 *Procurator poteſt conſenſum extendere poſt mortem reſignantis ſi eo viuente fuit ſignata ſupplicatio.*
38 *Gratia dicitur informis literis non expditis.*
39 *Reſignans poteſt pœnitere etiam poſt ſolutam compoſitionem.*
40 *Solutio compoſitionis non abdicat ius.*
41 *Reſignans poteſt pœnitere etiam poſt regiſtratam ſupplicationem.*
42 *Reſignans poteſt pœnitere,etiam poſt extenſum paruum conſenſum.*
43 *Reſignans poteſt pœnitere etiam ſi iurauerit conſenſũ præſtiturum.*
44 *Procurator conſtitutus ad renunciandum cum iuramento de non reuocando poteſt reuocari non obſtãte iuramento.*
45 *Reſignans poteſt pœnitere etiam ſi ſe obligauit in forma Cameræ dare conſenſum.*
46 *Conſenſus qui præſtatur in Camera vel Cancellaria dicitur formalis.*
47 *Reſignans poteſt reuocare procuratorem conſtitutũ, ad reſignandum,et reuocare paruum conſenſum*
48 *Reuocatio conſenſus etiam nulliter facta tenet.*
49 *Reſignans poteſt pœnitere etiam in præiudicium reſignatarij in cuius fauorẽ erat ſignata ſupplicatio.*
50 *Reſignans poteſt pœnitere,& retinere beneficium vel in fauorem alterius reſignare.*
51 *Litterę ſine conſenſu expediri non poſſunt.*
52 *Permutantes poſſunt pœnitere & cum alÿs permutare ante conſenſum datum.*
53 *Permutantes non poſſunt pœnitere poſt præſtitum cõſenſum in Camera vel Concellaria.*
54 *Reſignante mortuo poſt ſignatam ſupplicationem,ante vero conſenſum præſtitum beneficium vacat per mortem.*
55 *Inter duos reſignatarios præfertur anterior in conſenſu quamuis poſterior in data*

DVodecimo Quæro, an
1 reſignans†beneficium
poſſit pœnitere? com
* munis,* Et vulgaris
concluſio Doct. eſt
negatiua, quam te-
nent paſſim Doctores
infra citandi Rebuff.
conſil.38.num.10.
Quæ etiam proce-
dit in renunciatione
2 † tacita,vt in facti cõ-
tingentia reſpondit Rebuff.conſ.36.nu. 12. Declara
3 hanc concluſionem communem procedere † dum-
modo fuerit admiſſa reſignatio per ſuperiorem,nam
tunc†præiudicat,& incipit pręiudicare,& non poteſt
reſignans pœnitere,& reuocare reſignationem,An-
tonius de Butr.in cap.quidam,num.7.& 9.de renunc.
Put.deciſ.523.num.1.lib.2.Cel.Vgo conſ.43.num.2.
& conſ.78.num.etiam 2.Burſat.conſ.393.num.12.li.
4.Gemin.cap.2.col.2.verſ.quid ſi clericus de renunc.
lib.6.Tiraquel.de iur.primigenit.q.28.num.1.in fin.
Nauar.in cap.accepta,in 7.oppo.num.26.cum ſeq.de
reſt.ſpol.Menoch.de Arbit.Iud.Caſ.201.num.47.&
plures alios allegat idem Menochius de rec.poſſ.1.
remed.num.303.& communiter per omnes eſt rece-
ptum,& rõ eſt quia tunc eſt res pfecta,& eſt ammiſ-
5 ſũ oẽ ius not.in c.qd in dubijs de ren.& tunc†vere va
cat beneficium Card.Par.cõſ.76.n.4.vol.4.Por.Imo.
conſ.131.nu.3.Rebuff.conſ.21.n.11.& conſ. 192.n.
4.cum alijs adductis,ſupra.
6 Ex quo.1.infertur†quod ſi quis proponat renun-
ciare,etiam ſi hoc redigat,in ſcriptis vel conſtituat p
curatorem ad renunciandum poteſt pęnitere,ex quo
non eſt admiſſa adhuc renunciatio a ſuperiori, nã res
adhuc dicitur integra,arg,l.ſi pecuniam, ff. de cond.
ob cap.vbi Bart.numer.12.quia remanet aliquid fa-
ciendum, Dec.in vlt.numerum.4. Cap.de pact.

7 ita quoque proponens † donare poteſt pænitere, &
etiam poſt quam donauit antea, tamen quam dona-
tarius acceptet Caſtrenſ.conſilio 195.libro ſecundo.
Tiraquell.in tractat.de conſtitut limitat.30. numero
octauo.cum ſequent.Cephal.conſilio.382.ſimilia ad-
8 ducit;Poſt ea vero † ſecus.Hinc confeſſio accepta
ta amplius reuocari non poteſt. Bald.in l.Gallus.§.
quidam recte.ff.de libe.& poſt.Roman.in leg.prima.
§.ſi quis ſimpliciter, & ibi Aretin. de verborum.
9 oblig.Alex.conſ.9.col.1.lib.1.Ita†renunciatio 1.geni
turę acceptata non pôt reuocari Traq.de iure prim.
10 q.28.Ex quo 2.infertur,quod ſiquis ſcribat literas †
per quas renunciet ſi litteræ non ſunt præſentatæ ſu
periori,& per eum admiſſæ nõ amittitur ius,Anton.
de Butr.in cap.2.n.5.Gemini.n.9.de renunc.li.6.Ita,
11 †&etiam ſi Nuntius nondum præſentauit quæ in mã
datis habebat Anton.de Butr.ibidem dicto cap. 2.n.
12 6.Gemin.ſub.n.decimo†3.Infertur quod ſi renuncia
tio fuit præſentata ſuperiori,coram quo fuit de hoc
inſtatum vt.ſ.admittator antequam admiſſio fiat po-
* teſt renuncians pœnitere,communis* opinio, vt per
Nauar.in cap.accepta.oppoſ.7.n.28.de reſtitut. ſpol.
13 4.Infertur quod†ſi renunciatio fuit præſentata ſupe-
riori,& per eum non fuit admiſſa,renuncianti tamen
hic actus non nocet,quapropter poteſt continuare
ſuam poſſeſſionem & ſine nouo titulo adminiſtrare
* communis* opinio de qua atteſtatur Nauarr.in cap.
accepta.oppoſ.7.n.28.de reſtitut.ſpoliat.tradit Bur-
ſat.conſ.393.num.30.volumine. 4. vbi dicit rem eſſe
integram,& ratio eſt quia cũ non admiſerit ſuperior
renunciãs, nihil perdidit neque proprietatem,neque
vero poſſeſſionem.Innocen.in cap.quod in dubijs de
renunciat.Abb.in cap.vltimo eod.tit.Mil.in reper.in
ver.renunciatio.n.6.Gig.reſp.19.Hinc dicit Iacuba.
14 de Conc.lib.9.ar.11.n.3.†quod renunciatio conditio
nalis poteſt reuocari,anteaquam perficiatur.

Quid autem ſi ſuperior reſpondit remittendo con
ſcientiæ ipſius vide Butri.in d.c.quidã.n.9. de renun.

Et hoc quod diximus vt poſt admiſſionem reſi-
gnãs nõ poſſit pœnitere procedit in renunciatione q̃
15 ſit coram ordinarijs,nam†ſtatim quod admittit ordi
narius renunciationem beneficium vacat,& res cum
non ſit amplius integra,non poteſt renuncians pęni
* tere,& habere beneficium,vt eſt Communis*opinio
Doctorum in ſtylo etiam recepta,vt omnes ſciunt.
In reſignatione vero quæ ſit coram ſummo Pontifi
16 ce non ſufficit†quod ſupplicatio fuerit Papæ præſen
tata,& per eum admiſſa,ideſt ſigna ta,nam poteſt ni-
hilominus,pœnitere,donec fuerit conſenſus præſti-
tus in Cancellaria vel Camera,& extenſus; poſtea ta-
men,nequaquam licitum erit reſignanti pœnitere,vt
eſt per oẽs receptum,Anton.Aug.dec.259.li.3. & de
ciſ.186.eodem.li.Sarn.deciſ.20.lib.1.Cott.deciſ. 16.
Put.deciſ.29.de renunc.Accorambo.deciſ.48.Mohe
da.dec.11.Cardinalis Paleot.dec 70.& deci.11.Capu
taq.deci.55.li.1.omnes in manuſcript.Put.deciſ.106.
li.3.Gabrielli.conſ.393.volumine.4.per totum,&fuit
pluries reſolutum in Rota,in vna Compoſtellan. Ca
* nonicatus,& in alia*Camaricenſ.Canonicatus corã.
* Quiroga,de menſe Octobris.1556.& in vna*Gerun
* den.coram Capizucco, de anno.1558.& in vna† Pla
centi.coram Oradino, de anno.,1557.& in alia corã.
Cardinale Paleott.die.21. Octobris.1558.vt ipſe atte
ſtatur,in deciſ.manuſcr.257.vbi dicit rem non habe
* re difficultatẽ,& ſæpius fuiſſe deciſum,&in vna*Abu
len.Segobien.de villa caſtri teſte Caputaq.dec. 55.li.
1.& in vna*Acherontin.coram.R.P.D.Brauo.19. Iu
nij.1579.vt habetur in lib.2.diuer.deciſ.74.manuſ c.
17 & ratio eſt quia admiſſio,& ſignatura gratiæ quæ p
ficit reſignationem,Puteus deciſ.94.libro.2.habet ta
18 citam conditionem†quatenus ſupplicãtes in eadem,
ſpontanea voluntate perſiſtant,Abb.in cap. ſup eod.
num 8.& in fin. de cond.appoſ.quẽ ad hoc citat Bur
19 ſat.dict.conſ.393.nu.9.& ob id†conſenſus,retro tra-
ditur ad diem Datæ ſupplicationis,& litteræ ſub tali
die expediuntur,Caſſad.deciſ.1.& 2. n. 6. de renunc.
20 Moheda.deciſ.189.vnde ante præſtitum dictum†cõ
ſenſum reſignatio nõ dicitur in totum perfecta,Put.
deciſ.106.li.3.& per conſequens cum res ſit integra,
Reſignans poteſt pœnitere.

Secũda Ratio colligit̃ ex regula Cancellarię Xyſti.
21 V.40.†ex qua prohibentur reſignationes expediri,niſi
prius conſenſus fuerit extenſus,& præſtitus expreſſe
per principalem,ſi fuerit pręſens,vel per procurato-
rem ſuum ad hoc ſpecialiter conſtitutum,& ibi Al-
fon.a Sot.in Comm.dict.reg.Franc.de March.deciſ.
Delphin.622.num.9.p.2. & deciſ. 168.par.1.& deci.
1180.par.1.& Deciſ.160.n.2.ead.par.Boer.dec.248.
n.1.cum ſeq.ex quo expreſſe colligitur poſſe variare,
& ſi pœnitere ante extenſum,& præſtitum dictũ cõ-
ſenſum ita colligunt Paleott.dicta.deciſ. 70. Anton.
Auguſt.deciſ.250.li.3.Sarn.dicta deciſ.20.lib.1.& cõ
* muniter*alij Doct.ſupra citati,namque hic conſen-
22 ſus†attendendus eſt tamquam cauſa formalis,per quẽ
actus reſignationis perficitur & recipit robur .arg.c.
ſi tibi abſenti,de pręb.lib.6.Sarn.de infir.reſign.q.31.
23 col.2.& ſine†quo,actus ipſo iure annullatur vt tradit.
Alfon.a Sot. dict. regul. ſecundum ipſum in ordine.
24 43.verſiculo item ponderandum.Adde quod †conſẽ
ſus aliter pręſtitus quam in Camera vel Cancellaria,
* non prodeſt vt fuit tentum *coram Ant.Auguſt.die.
5.& 16.Martii.1548.teſte Mandoſ. de Inf. reſign.q.
19.num.5.ergo ante conſenſum,licet pœnitere†quia
25 dum ſuper eſt aliquid agendum,nihil dicitur actum,
cap.cum ſuper de offic.deleg.l.vl.C.ad ſillan. Sar. de
ſubrog.conlit.q.10.& alias rationes ad cõprobandũ
adducit Burſat.d.conſ.393.

26 Ex quibus.1.deducitur poſt†porrectam ſupplica-
tionem per reſignantem coram ſummo Pontifice eſ
ſe licitam pænitentiam vt eſt communiter ab omni-
bus receptum,& obſeruatum in praxi ac pluries deci-
* ſum*in Rota.

27 Secundo deducitur poſt admiſſam † renuncia-
tionem,a ſummo Pontifice eſſe licitam pœnitentiam
* vt eſt communis*opinio ſecundum quam Rota plu-
** ries*reſoluit,&*ſtylus admiſit.

Tertio Deducitur poſt ſignatam ſupplicationem,
manu ipſius ſummi Pontif. per verbum fiat vt peti-
tur, vel fiat motu proprio poſſe reſignantem pœnite
re,Put.deciſ.38.parte.2.& fuit reſolutum in Rota
Coram Thom.de Tanſ.teſte Anto.Auguſtino deciſ.
** 186.libro.3.& alias * pluries,& ita*de ſtylo obſerua-
tur.quod eſt notabile, nam dicunt. Doct. quod ſola
28 †ſignatura admiſſionis reſignationis, priuat reſi-
gnantem beneficio.Rebuff.in prax. titulo de ſimon.
reſign.numero.42.Card. Pariſ.con.9. num.3.volum.
4.Put.deciſ.94.num.2.libro.2.late Caputaquen. de-
29 ciſ.88.par.2.quod verum eſt, † ſi poſtea fuerit præ-
ſtitus conſenſus,& ſic reſignans in eadem voluntate
perſeuerauerit Abb.in d.cap.ſuper eo.nume. 8. & in
fin.de condition. appoſit. vnde quamuis conſenſus
retrotrahatur ad diem Datæ Caſſador. deciſion. ſe-
cundo.de renunci.&*communiter Doctores, tamen
30* non poteſt † retrotrahi quando ante conſenſum
ſuper-



ſuperuenerit pœnitentia,& ſic extrema non ſunt ha-
bilia vt eſt expeditum,& probatur ex his quæ not. in
l.bonorum.ff.rem.rat.habere.Decius l. contract. nu.
23.ff.de reg.iur.

31 Quarto deducitur quod etiam† ſi ſit datata ſuppli
catio per Papam ſignata poteſt reſignans pœnitere,
ante tamen conſenſum præſtitũ in Cancell.vel Came
* ra vt fuit reſolutum in vna*Regien, Abbatiæ,corã Ca
pizucco,die 2.Decẽbris.1552.teſte Caput.deciſ.237.
* p.1.vbi atteſtatur hunc eſſe*ſtilũ notiſſimũ Curiæ, &
** in vna*Place.Coram Oradi.de anno,1557.& in alia*
Camaricẽ.de anno.1556.pro vt atteſtatur ipſe Oradi
nus,in ſuis recoll.manuſcri.tit.de reſig. vbi atteſtatur
** hunc eſſe*ſtylum,&*mentem Rotæ.Pute.deci.94.li.
2.& alias die.16.Decembris.1560.corã eodẽ Oradi-
* no.teſte.Cotta dec.16.in vna Gadicen.& in vna*Cõ
poſtellanea.Corã Paleott.de anno,1558. teſte Eodẽ.
Paleott.deciſ.71.Burſatus dict.cõ.393.vol.4.& eſt cõ
*32 munis†omni.Doct.ſententia,nã*quãuis ex paruæ da
tæ annotatione poſt porrectionem ſupplicationis vi
deatur datus conſenſus dans valorem gratiæ Caſſ. de
* ciſ.1.de renunc.& fuit*reſolutũ in Rota die.16: Mar
tij teſte Moeda.in recollec.manuſcr.in titulo de ren.
in deciſ.quæ incipit,in eadem parochiali,vbi atteſta-
tur praticari,quod quandocumque interueniat con-
ſenſus ſufficiat ad not.per Bar.& Sarn.in l.ſi quis mi-
*33 hi bona.§.iuſſum.ff.de acquir.hær.& ob id ſæpe†fuit*
deciſum in eodẽ auditorio Rotæ,quod porrecta ſup
plicatione, p ſimpliciter reſignantem,vel pcurato-
rem legitimum, & annotata cum data, poſſe præ-
ſtari conſenſum in Cancellaria vel Camera poſt mor
tem reſignantis Creſcent.deciſ.210.220.& 37.lib.1.
in manuſcript.Mandoſ.de infirm.reſign.quæſt.9.nu.
5.late Boer.dec.340.p totã in ſecunda parte, & quã
34 uis†ex ſola pronunciatione Papæ aliqs platus fiat Io.
Andr.Archid.Geminian. phemio.6.Abb.in cap.no-
ſtri,de elect.Sel.de beneſ.p.2.q.15.num.4. & 5.& p. 3.
q.23.per totam Rebuff.de pacif.poſſ.n.51. nihilomi-
nus vera eſt ſententia poſſe reſignantẽ etiam poſt par
35 uam datã pœnitere, quia parua data deſcribitur ano-
tarijs,& vt plurimum remanet penes impetrãtes ſe il
lorum procuratores,quibus licet eas lacerare, & pro
arbitrio retinere,vt tradit Burſat.dict.conſ.393.n.7.
verſ.1. & n.14.verſ.3.& ſupplicatio datatur per Data
36 rium,& tamen non Datarius & Notarij†ſed Pontifex
beneficia concedit.Caſſad.deciſ.2.num.6.de renunc.
Franc.de March.deciſ.120.nu.8.p.1.Cott.deciſ. 16.
Paleot.deciſ.71.vnde adhuc res dicitur integra poſt
paruam datam,& per conſequens licita erit pœniten-
tia,& illud quod dictum eſt quod conſenſus præſtat̃,
per procuratorẽ mortuo reſignante, ſi in uita ſigna-
37 ta fuit ſupplicatio,procedit dũmodo† principalis ce-
dens perſtiterit in eadem voluntate cedendi tempore
mortis,alias ſecus Menochi.de recup.poſſ.rem. 1.n.
* 243.& fuit deciſum*in Rota teſte.Mohed.dec. 189.
ſub titul.de renunc.& illud quod dictum eſt ſolo ver
38 bo perfici gratiam,hodie non procedit † quia gratia
dicitur informis literis non expeditis Rota deci.20.
num.5.de conceſſ.præben.in non.Gig.reſpo. 42. nu.
11.& patet ex conſtitutione Iulij 3.edita ſub die.27.
Maij.1553.

39 Quinto deducitur,vt etiam†poſt ſolutam compoſi
tionẽ poſſit reſignans pœnitere,ante tñ pſtitũ,& extẽ
* ſũ cõſenſũ in Camera vel Cancellaria ut fuit pluries*
reſolutũ in Rot.vt atteſtat̃ Mohed.dec.189.de renũ.
* & pſertim die 23.Ianuarij.1544.& in vna*Plac.cano
nicatus die.8.Octob.1548.& in alia Salamantin. die.
29.Ianuarij.1543.teſtẽ Put.deciſ.29.in titul.de renun
ciat.in manuſcrip.Accoramb.deciſ.48.Mohed. dec.
11.Cott.deciſ.16.lib.diuer.deciſ.103.in manuſcr.Et.
40 †ratio eſt quia ſolutio illius compoſitionis nullũ ius,
abdicat a reſignante vt per Put.deciſ.106.lib.3.

41 Sexto deducitur quod†reſignans poteſt pœnitere,
etiam ſi ſupplicatio ſignata per Papam,& datata fue-
rit regiſtrata,& hæc eſt communis*cõcluſio,recepta
* per omnes Doctor.ſupra allegatos,& ita fuit ſæpius*
* in Rota iudicatum,& nouiſſime ſeruatur * de ſtilo,
* & pluries*vidi praticari,nam poſt regiſtratam ſuppli
cationem licita eſt pœnitentia vſque ad præſtitum,&
extenſum conſenſum in Camera vel Cancellaria.

42 Septimo deducitur †licitam eſſe pœnitentiam.etiã
poſt præſtitum paruum conſenſum Paleott. deciſ.
71.Cott.deci.16.& communiter* D.D.Burſat.in dic.
conſ.393.vbi atteſtatur ita pluries fuiſſe determinatũ
*** in Rota,& ita*praticatur ex his quæ dicta ſunt ſup.in
4.illatione.

43 Octauo deducitur quod†licet reſignans poſt ſi-
gnatã ſupplicationem ac datatam iurauerit. ſe pręſti
turum conſenſum,in ea, nam nihilominus poteſt pę
nitere,& aliã ſupplicationẽ porrigere,& in ea præſta-
* re conſenſum,pro vt eſt*communis opinio, & colli-
gitur ex Burſat.d.conſ.393.ſub num.21.verſ.ecundũ
* & fuit alias reſolutum in*Rota die.6.Octobris.1535
44 nam†procurator conſtitutus ad nunciandum cum iu
ramento de non reuocando,poteſt reuocari Boer.
deciſ.322.communis opinio teſte Villalob. comm.
op.verbo procurator.nu.322.

45 Nono deducitur†quod licet reſignans,poſt ſigna
tam ſupplicationem iurauerit ſe præſtaturum conſẽ-
ſũ,& nõ contrauenire p inſtrumẽtũ in forma Came
ræ, poteſt nihilominus renunciare ante præſtitum,
& extenſum conſenſum in Camera vel Can-
cellaria, vt fuit reſolutum per Rotam*in vna Vrgel.
& Val.benefic.die 6. Octobris. 1535.vt refert Sarn.
de inf.reſig.q.31.col.3.ex not.per Abb.in cap. ſuper
eo de cond.appo.nam huiuſmodi conſenſus præſtã-
dus in Cancellaria vel Camera eſt formalis Doc.oẽs
46 †in c.cũ vniuerſorũ de rerũ.perm.& fuit tẽtũ in Ro-
ta in vna Placent.& in alia Toletan.de anno.1539.te
ſte eod.Sarnen.dict.quæſtione.31.

47 Decimo deducitur q†ſi quis conſtituit procura-
torẽ ad reſignãdũ,q pcurator porrexit ſupplicationẽ
quæ fuit ſignata, & per dictum procuratorem fuit p
ſtitus paruus conſenſus poteſt dominus reuocare pro
curatorem intimãdo in Camera vel Cancellaria dictã
reuocationem,& licet nihil de reuocatione cõſenſus
* exprimat,tamen id ſufficit,vt fuit reſolutum in * Ro
ta coram Oradino in vna Gadicen.canonicatus 16.
Decẽ.1561 Mohed.deciſ.179.in manuſcrip. Burſat.
* conſ.393.col.vltima in fin.& eſt*communis opinio,
48 vt late dicam ſuo loco,quod†procedit etiam ſi reuo
catio conſenſus eſſet nulliter facta,dummodo cõſtet
de mente reuocantis,Paleott.deciſ.257.incip.Gome
ſius in manuſcrip.Burſat.dict.conſ.393.in fin.

49 Vndecimo deducitur†quod ſi reſignatio erat facta
in fauorem alicuius quamuis fuerit ſignata ſupplica-
tio,& datata,ac præſtitus paruus conſenſus ſoluta cõ
poſitio,& regiſtrata,nihilominus poteſt in præiudi-
cium reſignatarij pœnitere reſignans,vt omnes*Do
* ctor.ſupra alleg.loquunt̃,& fuit pluries, & ſepiſſime
** per*Rotam determinatum,& ita de ſtilo*praticatur.
50 Duodecimo deducitur†quod talis reſignans poteſt
pœnitere,& retinere beneficium ſi vult, alias poterit
reſignare,in fauorem alterius porrigendo aliã ſuppli-

cationem & ſuper ea conſenſum præſtando in Ca-
mera vel Cancellaria,nam quamuis prima ſupplicatio
fuerit ſignata,& regiſtrata,hæc tamen ſecunda attien
ditur,cum ſit reuocatoria primæ,& ſuper ea ſint ex-
51 peditæ literæ,†quæ ſine cõſenſu expediri nõ poſſunt.
Et ſic iſte ſecundus.reſignatarius conſequetur bene
* ficium reſignatum,vt fuit pluries reſolutum*in Ro-
ta teſte Moed. dict. deciſ. 186.de renunciat.die. 23.
* Ianuarij.1544.& in vna * Placentin.canonicatus. 8.
* Octobris.1548.& in vna*Salamantin.etiam canoni-
catus.59.Ianuarij.1543.teſte Put.deciſ.79.tit. de re-
nũciat.in manuſcript.Accoramb.deciſ.48.Cotta de
ciſ.161.& die 6.Octobris.1535.teſte Sarn.de inf.re
* ſig.q.31.col.2.ac ſæpiſſime,& hæc*eſt communis o-
** pinio,ſecundum quam vidi pluries* praticari,&*iudi
cari,adeo quod nullam habet difficultatem.
52 Ita etiam ſi fuit porrecta † ſupplicatio cauſa per-
mutationis ante præſtitum conſenſum,in Cancella-
ria vel Camera poteſt aliquis ipſorum pœnitere, vel
ſimpliciter renunciare,quæ ſecunda permutatio ſeu
reſignatio erit valida,& habebit effectum,aut retine-
* re penes ipſum,vt fuit deciſum in*Rota coram. Put.
16.Ianuarij.1545.teſte Ptolom. deciſ. prima de re-
* nunciat.& ita eſſe de*ſtilo atteſtatur.Oradi.in recoll.
manuſcript.vbi atteſtatur alias ita fuiſſe deciſum.Pu.
53 deciſ.204 lib.2.ſecus†vero poſt præſtitum dictum,
conſenſum,nam tunc non poſſet pœnitere,& minus
X variare Ferr.conſ.207.n.19.& eſt Cõis* opinio.
54 Vnde ſcias ad†corroborationem ſupradictorum
quod ſi reſignans moriatur poſt ſignatam ſupplicatio
nem,antè præſtitum conſenſum in Camera vel Can-
cellaria beneficium vacat per obitum,& non per reſi
gnationem Put.dec.92.nu.6.lib. 2. & dicetur in ſuo
* loco.Idem Put.deciſ.94.lib.2.vbi dicit fuiſſe* reſolu-
tum die.4.Februarij.1544.
55 Et his accedat caſus†pulcherrimus in Rota reſolu
tus in vna Gueſnen.cuſtodiæ coram Domino Camil
lo:namque quis bis reſignauerat in fauorem diuerſo
rum,primus erat anterior in data,cõſenſus autem in
eius fauorem,erat præſtitus poſt præſtitum in fauo
rem ſecundi , quærebatur quis ſit prę ferendus,
an anterior in Data , cui eſt præſtitus conſenſus
poſtremo, an ille,q eſt in data poſterior, & anterior
* in conſenſu,*Rota concluſit anteriorem in conſen-
ſu eſſe præferendum licet in Data ſit poſterior,ex eo
cum liceat pœnitere,anteaquam præſtetur conſenſus
in Cancellaria vel Camera poterit reſignans ſecundo
loco reſignare quod cum fecerit & conſenſum ſuper
ſecunda præſtiterit ſtatim ſecunda reſignatio eſt per
fecta , & reſignatarius ſecundus acquirit ius iuxta
communes concluſiones ſupra relatas.Vnde quando
ſecundo loco primæ ſupplicationi conſenſit res non
eſt integra,nec poteſt ius per illam.1.reſignatario ac
quiri,quia iam erat ius alteri quæſitũ ad not.per Pau.
de Caſtr. conſ.228.p.1.& hanc reſolutionem refert.
Creſcen.deciſ.74.libro primo in manuſcrip.

## TERTIAEDECIMAE QVAESTIONIS.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſignans non poteſt beneficium reſignatum repetere*
2 *Per renunciationem abdicatur omne ius.*
3 *Renuncians videtur habere beneficium pro derelicto.*
4 *Superior non debet illudi.*
5 *Variatio prohibetur.*
6 *Viris eccleſiaſticis prohibetur inconſtantia.*
7 *A principio voluntarium ex poſt facto efficitur ne-
ceſſarium.*
8 *Renunciantibus actiones ſuas ad illas non datur re-
greſſus.*
9 *Renunciantibus beneficia ad illa obtinẽda non datur
regreſſus.*
10 *Tacite renuncians non poteſt pænitere & redire ad
beneficium renunciatum.*
11 *Tacita renũciatio in prę iudicium renunciantis idẽ
operatur quod expreſſa.*
12 *Tacitæ & expreſſæ renunciationis,idem eſt effectus.*
13 *Tacitum habetur pro expreſſo.*
14 *Tacitum idem operatur quod expreſſum.*
15 *Per renunciationem tacitam inducitur vera vacatio.*
16 *Renuncians electioni aut iuri ad rem non poteſt pæ-
nitere.*
17 *Iuri ad rem & in rem poteſt renunciari.*
18 *Ius ad rem non eſt ita plenum.*
19 *Argumentum a maiori validum eſt.*
20 *Electores poſſunt præcedere ad electionem poſtquam
quis renunciauit electioni.*
21 *Renuncians electioni poteſt de nouo eligi.*
22 *Non poteſt quis appellare ne eligatur.*
23 *Qui renunciauit electioni ſi eligatur poteſt cõſentire.*
24 *Renuncians per procuratorem nõ poteſt redire ad be
neficium renunciatum.*
25 *Factum a procuratore videtur factum a domino.*
26 *Renunciatio per literas per nuncium, parificatur re-
nunciationi per procuratorem.*
27 *Non figura literarum,ſed obligatione obligamur.*
28 *Verba ſunt nuncia cordis.*
29 *Qualitas verborum ſcriptorum eſt mentis noſtræ teſti
monium.*
30 *Renuncians ẽt abſque iuramento nõ poteſt pænitere.*
31 *Dictio maxime eſt implicatiua.*
32 *Iuramentum addit efficax vinculum ad excludendũ
renunciantem.*
33 *Iuramentum ſequitur naturam actus ſuper quo in-
terponitur.*
34 *Petenti reſtitutionem beneficij obſtat exceptio ſpon-
taneæ renunciationis.*
35 *Defectus notorius proprietatis repellit a reſtitutione*
36 *Renunciatio inducit defectum proprietatis.*
37 *Exceptio ceſſionis operatur idem quod exceptio litis
finitæ.*
38 *Renuncians perfecte non poteſt pænitere.*
39 *An renuncians inconſulte poſſit repetere antequam
collatio alteri fiat.*
40 *Renuncians dolo vi metu poteſt repetere.*
41 *Furioſus renuncians poteſt repetere.*
42 *Nõ amittitur poſſeſſio ſi renunciatio nõ eſt ſpontanea*
43 *Renũcians poteſt beneficium reſignatum repetere ex
noua cauſa.*
44 *Poteſt alicui conferri beneficiũ quod alias reſignauit*
45 *Poteſt conferri beneficium ei qui iurauit non habere
illud.*
46 *Iuramentum non extenditur ad ea de quibus non fuit
cogitatum.*
47 *Reſcripta ad lites non extenduntur ad lites quæ non
extabant tempore impetrati reſcripti.*
48 *Tranſactio non extenditur ad ea de quibus non fuit
cogitatum.*
49 *Ea quæ de nouo fiunt nouo indigent auxilio.*
50 *Non dicitur rumpere pacem offendens ex cauſa ſuper
ueniente.*
51 *Renuncians ob crimen numquam poteſt repetere be-
neficium*



*neficium reſignatum.*
52 *Epiſcopus renuncians vt Monachus fiat numquam,
poteſt redire ad epiſcopatum.*
53 *Renuncians ſpoliatus eſt reſtituendus.*
54 *Renuncians poteſt repetere beneficium reſignatum ſi
non ſeruentur conditiones.*

DEcimotertio quæro an re
ſignans beneficium poſ-
1 ſit † illud repetere redeũ
do ad beneficiũ reſigna-
tum?negatiue reſpondẽt
* omnes*Doct.glo.in ver-
bo quam,Gemin. Turre
cremata nu.4. & alij om-
nes in c.quam periculo-
ſum.7.q.1.Gl.Butr.nu.1.
* Abb.Bald.& * communi
ter in c.ex tranſmiſſa de renunc.idem Ant.de Butr.in
c.ſi te præbendam nu.3.gl.in ver. habita Gemin. nu.
9.Franc.in verſ.in gl.1.de renunc.lib.6.idem Ant. de
Butr.in c.cum vniuerſorum nu.2.de rer. permu. Spe-
cul.de renun.ſub nu.6.Abb.in c.ſuper hoc nu.7.de re
nun.Docto.omnes in c.accepta.de reſtit.ſpol. Pet.de
Vbal.de permut.benefic.verſ.quam nu.83.Card. Pa-
riſ.67.nu.5.& quam nu.83.Cardin.Pariſ.conſ.67.nu-
mero 5.& conſ.135.num.2.volu.4.Burſat. conſ.393.
num.2.vol.4.& hoc eſſe planum*atteſtatur Gem. in
d.c.ſi te præbendam num.9.Crauet.conſ.24.nu.4.Re
buff.conſ.4.nu.4 & conſ.192.nu.4.
Et hæc concluſio primo probatur in c. quam peri
culoſum.7.q.1.*quam periculoſum ſit in diuinis rebus
vt quis cedat iuri ſuo & poteſtati,ſcriptura ſancta de
clarat,cum in geneſi Eſau primatum ſuum inde per
diderit,nec recipere id poſtmodum potuerit quod ſe-
mel ceſſit.*
Secundo probatur in c.ex trãſmiſſa de renũ.Ibi,*ve
rum quoniam iam dicta Eccleſia ab eo iam ſoluta di
gnoſcitur ex quo ea,quæ ſibi contulerat adpetitionem
ſuam reſignauit.eidem mandamus quatenus & ſi res
ita ſe habet prædictum Abbatem,& ſocios eius ad re
ceptionem P.nulla ratione compellas inuito &c.*
Tertio probat̃ in c.ſi te p̃bẽdã in fi.de ren.li.6.vbi
poſtq̃ ſum.Pont.loquutus fuit de cõiecturis ad dete
gendam renunciationem fraudulentã in fraudem ex
pectãtis,ſubdit in vltimis verbis. *Ceterum ſi prædicto
renũcianti,huiuſmodi præbẽda vel dignitas pinguior
forſitan conferatur eo ipſo dicta fraus intelligatur eſ
ſe probata,& idem renuncians habita omnino careat
& ambita.*verbum enim habita refertur ad benef.re
* nunciatum,& ibi glo.&*cõiter Doct.declarant,aliud
vero verbum ambita,ad ambitum per cupiditatem &
fraudem,vt in c.licet de tranſ.c.quanto.7.q.1.& ratio
2 †eſt quia renunciando abdicauit a ſe omne ius,quod
* habebat.Innoc. cõiter *receptus in c.quod in dubiis
3 de renũ.& videtur*habere rem pro derelicta,Ant.de
* Butr.etiam*cõiter receptus in ca.2.nu.de renunc.li.
6.vnde non poterit repetere arg.c.1.de reg.iur.lib.6.
4 & ne†illudatur ſuperior qui renunciationem admi
ſit arg.c.bon.2.§.nec nocebat de elect. & propter vti
litatem Eccleſiæ ob quam forſan fuit admiſſa renun-
ciatio has rationes ad hoc deducit Hoſt. in ſũma de
5 renun.ſub nu.6.& vt illuſio & variatio † prohibeatur
ad not.in c.bonæ.2. de poſt.prel.in c.cum olim de a-
lien.mut.ind.cauſ.c.1.de appel.c.ſuper geſtum de prę
b.c.vnico.de rer.perm.l.ſi prætor.ff.de re iud.& max.
6 uilis † Eccleſi.c.cum autem de iur.patr. c. publicato
de elect.c.nulli eod.tit.li.6.c.dilectiſſimi.8.q.2.& hoc
eſt quod dicit Bonif. Octauus in c.1. de renun.li.6.
*cum illuſio,& variatio in perſonis Eccleſiaſticis ma
xime ſint vitandæ,&c.*
7 Accedat præterea quia a principio†reſignãs nõ co
gebatur ſuum benef.reſignare,ergo poſt reſignatio
nem illud non poterit repetere,quãdoquidem quod
a principio eſt voluntarium ex poſt facto efficitur ne
ceſſarium,reg.quod ſemel.de reg.iur.in 6.cum con-
cordantijs adductis ibi a Dino.l.ſicut.C.de act.& ob
lig.& hanc rationem in his terminis aſſignat Philip-
pus.Probus de iur.regal.q.5.n.1.& de conſenſu requi
ſite,in contractibus tradit Ang.conſ.290.col.3.verſ.
præterea late Tiraq.leg.connub.glo.9.q.1.4.nu.125.
Caſſan.in conſuet.Burg.Rub.4.§.1.& de aſſenſu dato
per partem filio teſtandi ad pias cauſas Peruſin. in
Rub.de teſt.col.20.li.6.& de aſſenſu mariti dato vxo
ri,Burſat.conſ.393.num.7.vbi alios adducit.
8 Hinc renunciantibus†actiones ſuas per viam ceſ-
ſionis nõ eſt dandus ad illas regreſus,c.ſi ille 23.q.4.
l.1.§.qui ſemel ff.de ſucc.edict.l.poſtquam C. de pa-
ctis l.quæritur §.ſi venditor.ff.de edil.edi.cap.ſi quis
Epiſcopus diſt.92.c.dudum.19.q. vlt.c.deniq. 6.q.3.
9 Et hoc eſt quod dicunt Doct.mox citandi,quod †
renunciantibus ſua beneficia ad illa obtinenda nõ da
tur regreſſus Crauett.conſ.511.nu.3.& conſ. 856.n.
12.& conſ.939.nu.1.Iacob.Emilian.conſ.92.nu.1.cũ
ſeq.& conſ.100.nu.4.& conſ.121.nu.9.11.12. Giga.
conſ.20.nu.10.Iacob.Meno.conſ.197.nu. 87.vol. 2.
Nauar.in c.accepta opp.7.nu.1.cum ſeq.de reſt. ſpol.
Card.Pariſ.conſ.69.nu.20.vol.3.idem Pariſ.conſ.5.n.
165.vol.4.Rebuff.conſ.36.n.12.Cephal.conſ.137.nu.
56.& conſ.284.nu.nu.6.& conſ.192.nu. 16. & conſ.
127.nu.6.vol.1.Soc.Iunior.conſ.94.n.31.& cõſ.129.
nu.1.volum.3.
10 Primo ampliatur,†& extenditur huiuſmodi con-
cluſio procedere etiam in renunciatione tacita ,vt ta
cite renuncians non poſſit pœnitere & redire ad bene
ficium tacite renunciatum,ita in terminis Archid. in
cap.denique num.3.6.q.3.& alios ad hoc citat. Card.
Pariſ.cõſ.76.n.1.2.& 3.cum ſequentibus vol.4.Dec.
con.166.n.2.Butrius in c.ex tranſmiſſa de renũ. gloſ
in clem.ne in agro.§.quia vero verſ.ipſo facto de ſtat.
monach.Bal.in Auth.habita C.ne filius pro pat. Ro.
conſ.427.col. 1. cum aliis infinitis allegatis per Alf.
Hoied.trac.de incomp.beneficiorum p.1.c.13.n.63.
* & eſt communis opinio idque probatur in c. ſi quis
11 presbyter.7.q.1.&†quia tacita renunciatio in præiudi
cium renunciantis idem operatur quod expreſſa pro
ut probatur de vtraque in c.exore,& ibi glo.in verbo
12 renunciaſſent,& alij†omnes,de his quæ fiu.a mai. par.
c.not.in c.cum veniſſent de inſt. Clement. Gratiæ de
reſcr.Rota deciſ.4.de ren.in nou.Bellamera deciſ. 1.
eundemque effectum inducit not. in c. ex literis de
tranſ.Io. And.in c.in noſtra vbi ſcribentes de reſcr.
13 idem Io.And.in c.veniens.vbi gl.de præſcr.† nam ta-
citum habetur pro expreſſo l.cum quod vbi Iaſ. &
14 Dec.poſt alios.ff.ſi certum pet.& eadem†eſt virtus Pa
riſ.conſ.59.nu.11.uol.3. & plura de renunc. tacita in
propoſito.q. noſtræ deducit Alf.Hoied.in tract.de in
compatibus.benef.par.1.c.13.& tandem circa rem no
15 ſtram per renunciationem†tacitam inducitur quoq;
vera vacatio beneficij tacite renũciati.7.q.1.§.ecce.c.
1.& 2.vt lit.pend.lib.6.Lap.alleg.14.Pariſ.d.conſ. 76.
* num.4.cum ſeq.vol.4.& fuit pluries*reſolutum in Ro
ta,ideo etiam renuncians tacite non poterit repetere
benef.ita tacite renunciatum.

16 Amplio

16 Amplio,&extendo ſecundo procedere † etiam in
renunciatione iuris ad rem,nam talis renuncians non
poterit repetere exemplum renuncians electioni de
ſe factæ non auditur amplius ita Abb.nu. 10. Ant.de
Butr.Card.Imol.& omnes*alii in c.in pſentia de renũ.
& præfatur in d.c.in præſentia vbi cum queſtio eſſet
inter duos electos ad quandam . Abbatiam fuit lata
ſententia contra vnum qui conquærebatur de iudi-
ce Papa reſpondit tantã eſſe iudicis authoritatem, vt
ſemper pro ipſo præſumi debeat , donec &c. ſubdit
in fin.*quia tamen præter iſta conſtitit de ipſius renũ
ciatione ſpontanea per quaſdam Epiſcoporum lite-
ras,& cõfeſſionem ipſius ei ſuper eadem Abbatia ſi
lentium duximus imponendum* & ſic non auditur re-
nuncians ſponte , electioni, de ſe factę, & ratio eſt
quia omne ius quod habuit ex ipſa electione,videtur
amiſſum per ſpontaneam renunciationem Innoc. in
d.c.q; in dubijs Abb.& alij in c.accepta de reſt.ſpol.
17 nam†iuri in re & ad rem poteſt renunciari.Pariſ. cõſ.
76.nu.1.vol.4.& ſi poteſt illi renunciari,ergo, & huic
cum facilius renuncietur†cum ius non ſit ita plenum
18 Rot.deciſ.31.de conceſſ.pręb.in antiquioribus . Put.
19 deciſ.106.lib.3.& argum.†a maiori validum eſt reg.
cui licet de reg.iur.in 6.l.iuris gentium.§. adeo. ff.de
pact.Roland.conſ.15.nu.41.vol.Crauett.conſ. 290. n.
20 7.& conſ.326.nu.10. vnde poſſunt poſt dictam†ele-
ctionem electores alium eligere,& qui renunciauit e
lectioni,ſi appellauit ab illa electione noua non audi
tur,vt probatur in c.cum inter.R. de elect. vbi idem
dicit de appellatione interpoſita,ne canonici acce-
21 dant ad electionem.Poteſt tamen†ille qui renuncia-
uit electioni de ſe factæ de nouo eligi,ad idem bene.
* vt docet Anchar.* communiter receptus in d.c.cum
inter R.nu.1.de elect.iure non prohibeatur arg.l.illã
22 C.de Coll.nec†ille poteſt appellare quo minus de no
uo non eligatur Anchar. in d.c.cum inter R. in eod.
23 nu.1.& ibi alij,& ſi†contingerit eum de nouo eligi po
teſt conſentire huic ſecundæ electioni,licet in in pri
ma renunciauerit,ita Anchar.in c.per ſuas nu.4.& 5.
locati quod eſt valde notandum quia poſſet in praxi
contingere.
24 Amplio 3 .procedere etiam†in eo qui renũciauit
per procuratorem habentem ad hoc ab ipſo ſpeciale
mandatum,namque poſt renunc.non poteſt repete-
* re benef.per procuratorem renunciatum,vt eſt*com
munis concluſio omnium. Docto.de qua dixi ſuo
25 loco quia†renunc.facta per procuratorem videtur p
ſe ipſum facta,iuxta vulgarem regulam qui per alium
facit per ſe facere videtur.
26 Amplio 4.procedere in eo†qui renunciauit per li-
teras miſſiuas,& per Nuntium quia ita poteſt fieri re
nunciatio,& operatur effectum vt renun.facta per p
curatorem.Ant.de Butr.poſt .Ioã.And.in.c.ſi te præ-
* bendam nu.3.& 4.Gem.nu.9.& alij*omnes de renun.
27 lib.6.arg.l.non ſolum ff.de election.& oblig.quia*nõ
figura literarum ſed oratione quam exprimũt literæ
obligamur l.non figura de act. & obli.cum verba ſint
28 nũtia cordis l.etſi labeo fin.ff.de ſupp.le.Dec.in l.ſem
per ſtipulationib.nu.4.ff.de reg.iuris Craue.conſ.20.
num.2.& conſ.290.in fin.Boer.deciſ.1.num.8. Tira.
qu.in l.ſi vnquam verbo liberis.nu.17.C.de reuo.do-
29 nat.&†qualitas verborum ſcriptorum eſt mentis no-
ſtræ teſtimonium Bal.in rub.C.de prob. Ceſ.Coſt. li.
3.var.amb.c.12.Menoch.de arbitr.iudi.q.7.nu.75.
30 Amplia,& extende.quinto tam†ſi renun. fuerit fa
cta cum iuram.quam ſine iuramento vt renuncians,
non poſſit repetere benef.renunciatum, ita extendit.
Abb.in c.ſuper hoc nu.7.in 1.lect.de renun.Nauar.in
* c.accepta in 7.op.de reſt.ſpol.in princ.& eſt*commu
* nis opinio recepta in praxi,*& probatur in c ſup hoc
de renun.Ibi.*maxime ſi non interuenerit iuramentũ,*
31 *&c.*dictio enim†maxime quam põderat. Abb.eſt im
plicatiua,quaſi dicat idem eſſet,ſi iuramentum ,inter-
ueniſſet gl.pen.in l.Illud.ff.ad l.aquil.Pariſ.conſ.65.n.
18.& 19.vo.1.ac etiam probatur in c.accepta,de reſt.
ſpol.vbi tex.loquitur de renunc.facta cum iuram . &
32 negat repetitionem,namque licet†iuram.addat effica
ce vinculum ad excludendum renunciantem Card.
33 Pariſ.conſ.26.nu.11.vol.3.tamen † ſequitur naturam
actus l.vlt.C.de non num.pecu.Card.Par.conſ. 86. n.
44.uol.3.deciſ.Pedemont.92.nu.6.cum alijs vt p Ga
briel.com.concl.lib.2.de iureiur.concl.10.cum infini
tis,cumulatis,per Burſat.conſ.361.nu.34.vol.4.atte-
* ſtatur de*comm.& hanc cõcluſionem confirmat Na
uarr.in d.c.accepta in confirmatione. decuplex.n.10.
34 Ideo dicimus,quod†petenti reſtitutionem benefi
cij obſtat exceptio,ſpontaneæ renunciationis ita.Io.
And.Bal.Ant.de Butr.Petrus de Anchar.Card.Zaba.
Abb.Nauar.& comm.Doct.in c.accepta de reſt.ſpol.
Rebuff.conſ.4.num.18.quod pbatur in d.c.accepta
in fi.Ibi *mandamus quatenus ſi vobis conſtiterit,qđ
præfatus.P.nullo metu,vel vi coactus ſed ſpontanee,
prælibatam eccleſiam taliter abiurauerit ei ſuper hoc
perpetuum ſilentium imponatis.*
Secundo probatur in c.ſuper hoc de ren. quatenus
habet ei qui benef.re poſcit,obſtare exceptionẽ ſpõ-
taneæ abiurationis.
Tertio,probatur in c.ex traſmiſſa, &c.in præſentia
de renun.vbi renunciatio ſimplex etiam non iurata
obſtat renuncianti.
Quarto c.ad aures de his quæ vi metuſue cauſa vbi
probatur quod qui ad populi clamorem renunciauit
electioni ſuæ ſibi præiudicauit.
35 Ratio quia defectus†notorius proprietatis quem
repellit a petitione qui beneficij c.quam &c.conſtitu
* tus de fil.præsb.Rot.deciſ.2.de reſt.ſpol.communis*
teſte Nauar.d.c.accepta,confirmatio.decuplex. num.
36 9.ac renũciatio inducit defectum†notorium Abb.cõ
37 muniter receptus in c.ſollicite de reſt.ſpoliat.& hæc†
exceptio ceſſionis operatur eũdem effectum quę ex
ceptio litis finitæ,& rei iudicatæ,vt fuit reſolutum in
* vna*Mediolan.penſionis.1.Iulij.1551.coram Reu-
man.teſte Caput. deciſ.320.p.1.
Amplia procedere,etiam in renunciatione non iu
rata.Nauarr.in d.cap.confir. decuplex.num.4. verſic.
5.Et hoc non habet dubium ex cap.ex traſmiſſa , &
cap.in præſentia de renunciat.Nec obſt.tex. in c . ſe-
cundo de reſt.ſpol.quia multipliciter reſpondetur vt
per Nauarr.in d.c.accepta opp.decuplex num.27.eo-
dem titul.
38 Declara.1.ſi†renunciatio fuit perfecta eo modo vt
dictum eſt late in præcedenti quæſtione.
39 Declara ſecundo†non procedere in eo qui incon-
ſulte renunciauit,namque iſte poteſt pœnitere, & re
petere antequam collatio alteri,ſit facta.Bartol.Brix.
in ſuis quæſtionibus dominicalibus. 6.Imol.in c.2.de
renun.lib.6.& ibi Gemin.nu.12. cum alijs allegatis p
* Boerium deciſ.150.nu.5.eſt communis*opinio teſte
Io.Fricar.in trac.comm. op. verbo renun.de comm.
etiam atteſtantur Villalob. renun. n.29.Burſat.conſ.
393.nu.10.vo.4.vt quãtum motus indignatione ſiue
ira renun.Dec. in c.ex par.1.n.24. de off.dele.& ratio
nes adducit Boer.loco citato.
* Hoc tamen hodie in praxi*non recipitur,loquen-
do de



do de renunc.quæ fit coram ſum. Pontif. namq; illa
nõ expeditur ſtatim,ſed cũ interuallo tẽporis,& cum
licita ſit pœnitentia vſq; ad conſenſum præſtitũ,& ex
tenſum in Cancellaria,& Camera,hoc non poteſt ca
dere,namque habet tempus pœnitendi.
40 Declarat tertio non pcedere†quoties renũciatio
fuiſſet facta vi,metu dolo,nã tũc poſſet reſignans,re-
petere beneficium reſignatum Abb. Ant.de Butr. &
* alij*omnes in cap.ſuper hoc de renunc.& in cap. præ-
ſentia,eo.titul.cum alijs citatis per Cardi.Pariſ.conſ.
66.nu.1.cũ ſeq.vol.4.Coraſ.ĩ tract. de benef.p.p.c.8.
n.9.& 10.vbi dicit has cauſas repetẽdi, eſſe approba-
tas a iure,& probatur in d.c.ſuper hoc de renun. Ibi
*Quam ſi forte probabilem ideſt non vi,nec metu,nec
oppreſſione,nec interuentu pecuniæ nec promiſſione
extortam iudex inuenerit,&c.*
41 Idemque poſſet†procedere in furioſo renunciante
Boerius deci.350.per totum & dicetur ſuo loco , &
hoc ſcribit Roſin.de benef.ca.37.num.5.in homine
bonefidei,renunciante,in fauorẽ hominis malefidei.
42 Immo ſecundum†aliquos ſi renunciato non eſt ſpon
tanea non amittitur poſſeſſio,Antonius de Burg . in
cap.ex parte nu.65.de reſcrip.& num.66.& 67.Card.
Pariſ.cõſ.143.nu.19.vol.4.Sebaſt.Medic.in l.vlt.glo.
3.num.305.de legibus.
43 Declara quarto vt†poſſit illud beneficium reſigna
tum habere,& repetere ex noua cauſa gloſſ. commu-
* niter*recepta in cap.ad noſtram el 2.verbo probarẽt
* verſic.ſi enim aliquis de iureiur . Doctor.* omnes in
cap.2.de renũc.vbi Abb.nu.1.in 2.not.Ant.de Butr.
* nu.4.quod de ſtilo*comm.eſt receptum,& quotidie*
* praticatur vt reſignans†aliquod beneficium poſſit il-
44 lud.iterum conſequi data vacatione,ex noua elect. p
ſentatione,poſtulatione,& collatione,ſeu confirma-
tione ſuperioris,Pariſ.in cap.cum venerabilis nu. 42.
de except.idque procedit†ẽt ſi ille iurauerit, vt tradit
45 gloſſ.in d.cap.ad noſtram , & probatur in d.c.2.Ibi.
*Ideoque vobis mandamus quatenus ſi pręfatum P.
inueneritis de conſenſu maioris partis capituli fuiſſe
de dicto beneficio authoritate Apoſtolica inueſtitũ
eum faciatis beneficium ipſum,pacifice poſſidere,ncn
n.videtur nobis impedimentũ afferre iuramẽtũ quod
de eodẽ nõ petẽdo vlterius proponitur præſtitiſſe,ſi cõ
ſenſus maioris,& ſanioris,partis canonicorũ Eccle-
ſię interceſit.* Et ibi Doct.tradũt poſt Abb.in 2.not.
Antonius de Butr.num.4.& eſt ratio quia iuramen-
46 tum†nõ extenditur ad ea de quibus non fuit cogita-
tum cap.clericus vbi cõmuniter* Doctor.de iureiur.
* ſicuti reſcripta ad lites non extenduntur†ad lites quæ
47 non extabant tempore impetrati reſcripti c.vlt.de re
ſcrip.& tranſactio†nõ extenditur ad ea de quibus nõ
48 fuit dictum & cogitatum l.ſide certa.C.de tranſ.& iu
ramentum regulariter non extenditur ad ea quæ de
nouo ſuperueniũt gloſſ.in d.cap.ad noſtram,2. verb.
probarunt, quia intelligitur in eſſe clauſula rebus ſic
ſtantibus cap.queadmodum de iureiur.l. vlt.ff.qui ſa
tiſda.cog.l.vlt.C.de nõ num.pec.l.ſi vnquam C.de re
uocã.don.Bart.in l.prima.§.& poſt.ff.de nou.op.nũc
49 Feder.de Senis conſ.281.incipit caſus talis, ea†enim
quæ denuo emergunt nouo indigent auxilio.l.de æta
te.§.ex cauſa.ff.de interrog.act.Vbi Bar.Doctores in
50 l.prima.ff.de ventr. inſpi. Et ideo†ſi quis offendit ex
cauſa ſuperueniente non dicitur rupta cautio data de
non offendendo.Bart.in l.aut facta.§.cauſa.ff.de pen.
& in l.quæro.§.inter locatorem.ff.loc.& in l.cũ quæ-
ritur ff.de excep.rei iudic.Bald.in cap . primo col.2
de pace tenen.in vſibus feud.Rom.Alexan.& alij in l.
ſemel mora.ff.ſol.matri.Rom.cõſil.184.Abb.in cap.
primo de treg.& pac.Alex.conſil.113.lib.2.cum alijs
vt per Marſ.in l.prima.§.vlt.num.152.ff.de quæſtio-
* ni.Dec.conſ.531.num.7.Afflict.deciſ,206.*.cõmunis
opinio de qua atteſtatur Alex.in l.inſula col.prima &
& 2.ff.de verb.obligat.Card.Pariſ.conſil.165.nu. 26.
volum.4.Dec.conſil.580.num.2.Peruſin.de . Cautio
ne cap. 13.num.3.quod pcedit etiam ſi in renuntia-
tione vel iuramento ponatur aliqua dictio tempus fu
turum reſpiciens vt de non repetendo vlterius,Abb.
d.c.2.ſub nu.1.verſ.& nota.Ant.de Butr.num.41.
51 Quod intellige non†procedere quoties ob crimẽ
reſignauit,Doctor.in cap.niſi de renũc.vbi Hoſtien.
& Abb.& in Epiſcopo†renunciante vt monacus fiat
52 nam ulterius ad epiſcopatum illum redire non poteſt
cap.hoc,nequaquã 7.quæſt.1.vbi Card.Alex.Archid.
Bellam.& alij omnes Doctor.in cap.poſt translatio-
nem de renun.Maiol.de irreg.lib.3.c.6.nu.7.
53 Declara quinto vt†renuncias poſſit repetere bene
ficium quod renunciauit poſtquam eo fuit ſpoliatus
nam eſſe reſtituendum hoc caſu ſcribunt Rot.deciſ.
6. de renunciat.in antiq.& deciſ.3.num.4.de renun
ciat.ĩ nou.& deciſ.8 in titul.de reſtitut.ſpoliat.Card.
Pariſ.conſil.primo num.151.volum.primo cum alijs
& per Menochiũ de recup.poſſ.prime.rem.nu. 263.
* & num.272.qui atteſtatur hanc eſſe* omnium cõmu
nem opinionem,& ita fuit reſolutum in vna*Melitẽ.
* abbatiæ corã Rubeo de anno 1557.6.Ianuarij teſte
Caputa quen.deciſ.10.lib.2.in manuſcr . Cott. deciſ.
* 320.& in alia*Abulen. ſancti Martini coram Aldo-
brãdino.29.Decembris 1557.teſte Cotta deciſ.319.
in manuſcript.& habetur in libro diuer.deciſ.309.in
manuſcri.etiam ſi renunciauerit in fauorem alterius,
* quã illius qui ſpoliauit,vt fuit reſolutum in vna *Bra-
chinonen. coram Cardinali ſancte Crucis de menſe
Nouẽbris 1546.vt ipſe teſtatur in recollectis manu-
* ſcrip.deciſ.273.& coram Pelegr.in vna*Imolen. præ-
ben.& canonicatus teſte eodẽ Pellegrino,deciſ.275.
lib.2.& Caputa q.deciſ.241.li.1.in manuſcr . de qua
re dicetur latius inſ.
54 Declara ſexto ſeu limita †non procedere quoties
ius non fuit quæſitum reſignatorio,vel ſi fuit quæſitũ
cõditiones nõ ſeruentur,nã hoc caſu poteſt reſignãs
repetere ſuũ beneficiũ,vt fuit pluries in diuerſis cau-
** ſis reſolutum in*Rota eſt*cõmunis opinio omnium
Doctor.vt ſupra late ſcripſi q.3.

## QVARTAEDECIMAE QVAESTIONIS.

### SVMMARIVM.

1 *Si permutatio non eſt ſortita effectum permutantes poſſunt redire abſque noua collatione & n.12.*
2 *Renunciatio debet præcedere collationem.*
3 *In renunciatione conditionali conſiderantur duo actus ceſſio & collatio.*
4 *Beneficium Eccleſiaſticum ſine collatione obtineri nõ poteſt.*
5 *Per renunciationem primus titulus eſt extinctus.*
6 *Quoties non abdicatur ius reſignãs poteſt redire ſine noua collatione.*
7 *Cum conditiones non ſeruantur ius non abdicatur & beneficium non vacat.*
8 *Cum non ſeruantur conditiones reſignatum non cenſetur.*
9 *Actus habetur ac ſi non eſſet factus cum non ſeruantur*

*tur conditiones.*
10 *Non impleta conditione titulus & poſſeſſio non dici tur dimiſſa.*
11 *Dimiſſio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
13 *Quoties renunciatio eſt ſimplex vacat beneficium in conditionali ſi conditiones ſeruentur.*
14 *Rebuſſus declaratur.*
15 *Reſignans ſi non ſeruentur conditiones poteſt agere ſpolio & requiritur declaratoria Iudicis.*
16 *Poſſeſſio occupata non poteſt propria authoritate apprehendi.*
17 *Renuncians mætu venit reſtituendus abſque noua col latione.*
18 *Quoties beneficium eſt reſignatum contra mandati formam reſtituitur reſignanti abſque noua colla- tione.*
19 *Si reſignatio conditionalis habuit effectum reſignans non poteſt redire abſque noua collatione.*
20 *Renuncias beneficium ſimpliciter non poteſt redire abſque noua collatione.*
21 *Requiritur noua collatio ſiue fuerit alteri collatum ſiue non.*
22 *Reſignans poteſt denuo reſignare cum non abdicatur Ius & ſecunda reſignatio erit valida.*
23 *Renuncians Valide non poteſt rurſus renunciare.*
24 *Renuncians duobus eſt periurus.*
25 *Reſignans recuperans beneficium cum noua collatio ne quamuis conſequatur omnia Iura non tamen prerogatiuam antiquitatis.*
26 *Recuperans beneficium ex noua collatione non habet Ius optandi.*
27 *Renūcias Canonicatum ſi ex collatione ad eundem re deat non habebit eundem locum.*
28 *Rediens ad beneficium reſignatum vigore regreſſus recuperat eundem locum.*
29 *Vbi reſignatio non tenet ſi reſignans non redeat, aut ſuperior non conferat collatio deuoluitur ad ſupe riorem.*

DEcimo quarto quæro an ſupradictis caſibusq; de quibus in vltima declara- tione præcedentis quęſtio nis reſignans poſſit redi- re ad beneficium reſigna tum abſque noua colla- tione?

Quod requiratur noua collatio uidentur affirma re infra ſcripti Doct. dum firmant, in permutatione†
1 inualida, que ſuũ nõ eſt ſortita effectum permutantes
non poſſe redire ad beneficia abſque noua collatio-
ne Rot. deciſ. prima num. 4. verſ. in 3. dubio, de rerum
* per. in nouis, vbi dicit ita* tẽtum, & deciſ. prima in fin.
de fil. presb. verſ. dicebam in nouis & deciſ. 16. nu. 6.
de rer. permu. in antiq. vbi dicit hanc opinionem eſſe
tutiorem, & veriorem. & deciſ. 3. eod. tit. in antiquiori
bus per Biſignetum Federi. de Sen. conſil. 156. Petr.
Antonius de Butr. Petrus de Peruſ.. & alij relati. a Fe-
ly. in cap. cum venerabilis. num. 11. de except. & pro ea
conſuluit Bar. Sozzi. vt refert Deci. in dic. cap. cum ve
** nerabilis nu. 73. dicenſ. hanc eſſe magis** communẽ
& Ibi Card. Pariſ. num. 40. tuetur hanc opinionem
* affirmans eſſe* communem, de magis com. atteſtatur
ſelua de benef. par. 3. quæſt. 24. num. 3. vbi dicit ab hac
opinione non eſſe recedendum, & dicit eſſe magis e
quam, & ſecuriorem Redoa. de ſimon. par. 1. c. 10. nu.
30, & num. 31. Maſcard. de proba. conclu. 1395. nu. 3.
Ita & renunciates in fauorem ſi renunciatio non
eſt ſortita effectũ nõ poterãt redire abſque noua col
2 latione, & ratio† eſt quia renunciatio debet precede-
re colletionem Abb. in cap. inter cetera in principio
de preb. Rot. deciſ. 7. de rer. per mut. in antiq. Gloſ. in
cap. ſi propter in verſ. vacabunt de reſcri. lib. 6. Card.
conſ. 62. ſigillatim colum. 2. verſ. ad tertiam, & eſt cõ-
3 munis* opinio, nã conſiderantur† duo actus, ceſſio re
* ſignãtis, & collatio, in fauorem reſignatarii, Boer. de-
ciſ. 2. num. 16. Mandoſ. de Inf. quæſt. 12. in fin. dicens
in permutatione conſiderari etiam duos actus, vnde
cum beneficium vere vacauerit per renunciationem
* vt eſt communis* opinio de qua late dixi ſupra ſequi
tur non poſſe redire† ſine noua collatione cum bene
4 ficium Eccleſiaſticum vacans ſine canonica inſtitu-
tione per eum qui in eo, ius non habet vel ſi ius ha
buit illud per priuationem, ſeu liberam reſignationẽ
perdidit recuperari non poſſit cap. ex ſequentibus de
inſti. cap. primo de reg. iur. in 6. nam primus tit. per
dictam renunciationem fuit extinctus† quo ſit, vt vir
5 tute dict. tituli extincti non poſſit venire vt late, &
Egregie comprobat Card. Pariſ. d. cap. cum venerabi
lis. num. 41. arg. l. 4. §. condemnatum. ff. de re. iud. cap.
illud de iure patro. & hãc opin. in indiuiduo videtur
tenere Rebuff. de paci. poſſ.
His tamen non obſtantibus contrariam opinionẽ
exiſtimo veriorem vt his caſibus reſignans, poſſit re-
6 dire ſine noua collatione vt tenet Rot. deciſ. 7. de
reſtitut. ſpolia. in antiquis, Creſcen. deciſ. 228.
lib. 2. in manuſcri. Celſ. Vgo. conſ. 43. nu. 5. Caputaq.
deciſ. 379. lib. primo in manuſcri. Mohed. deciſ. 323.
in manuſcri. Archid. in cap. ſi beneficio de preb. lib.
6. Card. Pariſ. conſ. 5. nu. 7. vol. 4. Gabriell. conſ. 185.
* nu. 2. vol. primo, & fuit pluries* reſolutum in Rota vt
patet ex deciſionibus citatis, quibus cauetur ius non
abdicari, a reſignante non ſeruatis conditionibus† er
7 go beneficium non vacat Rota deciſ. vltima in antiq.
de rer. perm. Put. deciſ. 523. lib. 2. & deciſ. 297. num. 5.
8 lib. 3. & reſignaſſe† non cenſetur Inno. in c. inter cetera
de præb. in princ. Rot. dict. deciſ. vlt. de rer. perm. in an
tiq. Put. deciſ. 247. nu. 2. lib. 2.
9 Nam actus† habetur ac ſi non eſſet factus non pu-
rificata conditione Cardin. Pariſ. conſil. 5. num. 6. cũ
ſeq. volum. 4; Soccin. Iun. conſil. 4. num. 15. volum. 2.
Ceſal. con. 17. num. 8. volu. primo Gabriel. con. 72.
num. 3. vol. 2.
10 Et titulus ac poſſeſſio† non dicitur dimiſſa niſi ad
impleta conditione gloſſ. in cap. olim de reſtit. ſpoliat
Innoc. in cap. inter cætera de præben. Cott. deciſ. 318.
* in manuſcrip. &* communiter Doct.
11 Nam dimiſſio† illa intelligitur rebus ſic ſtantibus
Card. Pariſ. conſ. 24. nu. 92. vol. 2. & conſ. 77. num. 70.
cum ſequenti. eod. vol. Vincentius Franc. deciſ. 181.
num. 12. Sarn. de trien. q. 24. Put. deciſ. 358. lib. 3. cum
nihil denuo videat acquirere ſed acquiſitum cõſerua
re arg. l. filio ff. de iniuſt. rup. teſt. l. peculium. §. ſi habe
re ff. de peculi. l. volũtate. ff. quib. mod. pig. vel hypot.
12 Et hanc opinionem videtur† tenere Io. Anan. in c.
primo de rer. per. Feder. de Sen. in tract. de permut. be
nef. in 3. quæſt. Rota deciſ. vlt. de rerum. perm. in anti
q. Card. & Imol. in cap. deuul. colum. vlt. in fin. erit. ſed
iuxta prædicta eodem titul. de rerum perm. Decius
in cap. cum venerabilis num. 73. dum tenent quod
ſi permutatio non habuit effectum permutantes poſ
ſunt redire ad beneficiũ abſque noua collatione Io.
And. in cap. primo de rerum perm. in 6. & hæc opi-
nio



* nio tenetur* de conſuetudine teſte Petro Greg. Sinta
g. iur. lib. 17. cap. 17. num. 33. vbi dicit ita fuiſſe* iudica
* tum in Senatu Pariſien. 2. Maij 1525. & in Vigilia Bea
tiſſimæ Mariæ de anno 1539. vt etiã refert Rebuff.
de pacif. poſſ. num. 166. adeo quod hodie hæc* cõmu-
* nis reſolutio, &* magis communis.
13 Non obſtat, quod renunciatio† debet præcedere
collationem, & per renunciationem vacat beneficiũ,
nam hoc eſt veriſſimum quoties renunciatio eſt ſim
* plex & libera, vt* communiter Doct. concludunt. de
quo dixi alias, in caſu autem noſtro renunciatio non
videtur libera ſed limitata caſu quo conditiones ha-
beant effectum, quæ ſi non ſequanturrenunciatio nõ
videtur libera ſed limitata caſu quo conditiones ha-
beant effectum, quæ ſi non ſequantur renunciatio vi
detur facta Innoc. in d. c. inter cætera in princ. de prę
bẽd. & quod ibi not. gloſſ. 2. Egregie Rota dict. deciſ.
vlt. de rer. perm. in antiq. vnde poterit redire ad ſuum
beneficium quod in effectu non renunciauit cum cõ
ditiones effectum nõ habuerint, nec obſtat† Rebuff.
14 loco citato, quia poteſt intelligi quando reſignatio
habuit effectum, & ita illum declaro procedere.
Concludendum igitur eſt non requiri nouam col
lationem, cum conditiones poſitæ in reſignatione
non habeant effectum quia reſignans poteſt redire
* abſque ea, & hæc opinio ſeruatur de* ſtilo, & eſt de
* mente* Rotæ.
15 Requiritur tamen declaratoria† ſuperioris, decla-
rantis ipſum poſſe redire vt tenet Vbertinus de Car-
pagiano in Rep. cap. vnici col. 17. verſic. quæro, ſepti
mo de rerum permut. lib. 6. quem refert Felin. in d. c.
cum venerabilis num. 11. de except. namque in caſib.
in quibus dictum eſt non abdicari ius reſignans põt
agere ſpolio, aduerſus reſignatarium, & reſtituetur, &
põt redire Mohed. deciſ. 81. & 93. & 325. Accoramb.
deciſ. 16. & 31. lib. 2. Caputaquen. deciſ. 347. lib. primo
Simonett. deciſ. 39. Pelegrin. deciſ. 70. Cott. deciſ. 321.
in fi. & deciſ. 400. Paleott. deciſ. 112. alias 136. in ma-
16 nuſcri. & Comm.* alij, & cum poſſeſſio† ſit occupata
* non poteſt propria authoritate illam capere, vt in ter
minis firmat Rota deciſ. 7. de reſtit. ſpoliat. in antiq.
prope finem ex Innoc. in cap. traſmiſſam de elect.
17 Ideo† qui renunciat metu venit reſtituendus abſq;
noua collatione. Abb. Fel. in cap. ſi vero num. 11. de Iu
reiur. Cardin. Pariſ. conſ. 5. num. 165. volum. 4.
18 Hinc quatenus† beneficium eſt reſignatum con-
tra mandati formam reſignans poteſt redire abſque
noua collatione Rebuff. in prax. titul. de publi. gloſſ.
vlt. num. 32. folio mihi 394.
19 Si uero† reſignatio conditionalis habuit effectum
tunc reſignans non poteſt redire ad beneficium abſ
que noua collatione vt tenet Rota vt refert & ſequi
tur Feli. in d. cap. cum venerabilis num. 11. de excepti.
Cel. Vgo. conſ. 43. num. 6. Rebuff. de pacif. poſſ. num.
164. Redoa. de Simo. p. 2. cap. 24. num. 3. Petr. Greg.
* Sintag. iuris loco citato, communis* opinio quæ quo
* tidie* praticatur.
20 Ita & etiam† ſi quis renunciat beneficium ſimplici-
ter non poteſt ad illud redire abſque noua collatione
Pariſ. in dict. cap. cum venerabilis num. 42. de except.
* & eſt* communis opinio, nam eſt extinctus titulus
quem habebat per renuntiationem, ideo nouus requi
ritur vt egregie probat Pariſ. d. c. cum uenerabilis. nu.
44. verſ. non propterea & hoc tenet Gloſſ. in c. quod
Dei de ſtat. mon. Nauar. in cap. accepta num. 31. opp.
7. de reſt. ſpoliat.
21 Ampliatur procedere† ſiue fuerit alteri collatum ſi
ue non, nam vtroque caſu uacauit beneficium Pariſ.
* d. c. cum venerabilis. num. 41. & eſt communis* opi-
22 nio, & regulare eſt† vt quoties non abdicatur ius, a reſi
gnante, & nulla eſt reſignatio vt poſſit reſignans de-
nuo reſignare in fauorem alterius, & hæc ſeconda re
ſignatio erit valida non obſtante prima vt fuit pluries
* reſolutum in Rota* in vna Iſpalen. canonicatus die.
9. Iulii 1568. coram Oradino, teſte eod. deciſ. 32. inci
pi. an ex præfatis lib. 2. & in vna* Burgen. canonicatus
coram R. P. D. Gipſio Auditore Rotædoctiſſimo 18.
Aprilis. 1586. & ratio colligitur ex ſupradictis, alias
23 autem non poſſet † poſt reſignationem renuncia-
* re cum nullum ius habeat* iuxta communes conclu-
ſiones infra ponendas, † & eſt periurus ob iuramen-
24 tum quod ſolet in reſignationibus præſtari ꝙ non in
teruenit dolus, neque Fraus, &c. limita tamen non ꝓ
cedere ſi reſignaſſet ius tantum quod præ tendit Put.
deciſ. 468. li. 2. etſi non dicat quod habet ius vt fuit re
* ſoluuum in vna* Brixien. fructuum coram Sarn. 27.
Febr. 1542. teſte Put. deciſ. 269. lib. 1.
25 Et quoties qs redit* ad beneficiũ cũ noua collatione
vt quia reſignatarius ei illud retrocedat aut alias, quã
uis recuperet omnia iura beneficii, & onera, & com-
moda, non tamen eandem prærogatiuam antiquitatis
* Hinc fuit reſolutum* in Rot. in vna Paduan. optionis
coram Accorambono 29. Nouembris 1557. teſte
Cotta deciſ. 337. in manuſcri. non competere ius op
tandi, nam quidam poſſederat canonicatum, per plu-
res annos poſtea reſignauerat, demum reſignatarius
26 retroceſſit, † quęrebatur an haberet prærogatiuam an
tiquitatis, ex qua poſſet optare vt ante reſignationem
poterat, fuit negatiue reſolutum, quia per renun-
ciationem amittit ius, & prærogatiuam antiquitatis,
Pariſ. conſ. 93. num. 11. vol. 4. quod etiam habetur
libro diuerſorũ deciſ. 83. in manuſcr.
27 Ita etiam† regulare eſt, vt ſi reſignans, canonicatũ
redeat ad eundem canonicatum, ex reſignatione non
habebit eundem locum vt antea vt pluries fuit deci-
* ſum,* in Rot. quod tamen limita non procedere† quo
28 ties quis redit vigore regreſſus vt late per Mohed.
deciſ. 72. in manuſcri.
29 Et vbi reſignatio† non tenet ſi reſignans non re-
deat ad beneficium reſignatum & ſuperior non con
ferat collatio deuoluitur ad ſuperiorem Rot. deciſ. 8.
num. 3. de renun. in nouis.

## QVINTAEDECIMAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.

1 *Reſignans ſemel non poteſt vlterius reſignare.*
2 *Per reſignationem amittitur titulus & poſſeſſio.*
3 *Non poteſt reſignare qui non habet beneficium.*
4 *Priuatio præſupponit habitum.*
5 *Nemo poteſt dare quod non habet.*
6 *Qui ceſſit vni alteri cedere non poteſt.*
7 *Venditio ecunda non valet in præiudicium primę.*
8 *Eccleſiaſticis perſonis probibita eſt variatio.*
9 *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt quam ip ſe habet.*
10 *Conſenſus primæ eſt validus.*
11 *Gratia ſubreptitia cum non exprimitur id quod mo uet concedentem.*
12 *Papa non ſolet, tollere ius quęſitum.*
13 *Collatio beneficij non vacantis eſt nulla.*
14 *Reſignatarius habens ius ab eo qui non habebat ſi capit*

*capit poßeßionem dicitur intruſus.*
15 *Beneficium eccleſiaſticum non poteſt obtineri ſine canonica inſtitutione etiam quoad poſſeßionem.*
16 *Reſignans non poteſt amplius reſignare etiam in fauorem primi.*
17 *Fieri non debet quod factum non releuat.*
18 *Reſignans non poteſt ſecundo reſignare eſto quod reſignatarius non ſit vſus reſignatione per duos annos.*
19 *Reſignans non poteſt ſecundo reſignare etiam quod reſignatarius ſit mortuus.*
20 *Reſignans non poteſt ſecundo reſignare etiam ſi prima reſignatio ſit nulla.*
21 *Reſignans ſine conſenſu Regis contra priuilegium eſt indignus.*
22 *Si procurator renunciat non poteſt dominus ſecundo reſignare.*
23 *Secundus Reſignatarius non poteſt ſe tueri regula de triennali aduerſus primum.*
24 *Literæquę non ualent non dicuntur literæ.*
25 *Poſſidens beneficium vnitum triennio non iuuatur regula de triennali.*
26 *Reſignans ſecundo tenetur crimine ſtellionatus.*
27 *Donans duobus eandem rem tenetur crimine ſtellionatus.*
28 *Renunciatio eſt donatio.*
29 *Quæ pęna imponatur pro crimine ſtellionatus.*
30 *Priuatio non fit niſi ex magno crimine.*
31 *Reſignans dicens in iudicio non reſignaſſe tenetur pœna falſi.*
32 *Falſum debet eſſe doloſum vt puniatur.*
33 *Falſum nociuum eſt punibile.*
34 *Renunciatione, non admiſſa poteſt reſignans rurſus reſignare.*
35 *Poſt reuocationem poteſt quis reſignare.*
36 *Reſignans poteſt rurſus reſignare in caſibus in quibus non abdicatur ius.*
37 *Reſignatio ſecunda tribuit titulum coloratum quando multa opponi poſſunt contra priorem.*

DEcimoquinto Quęro:
an q; reſignauit ſemel
poſſit vlterius idẽ be-
* neficium reſignare ?
1 Com.*opinio eſt† ne
gatiua ſecundum quã
in facti contingentia
reſpondit Rebuff.cõ-
ſil.4.per totum,& nu.
15.& conſ.38.num.1.
& 85.num.20.& cõſ.
90.ac conſ.93.nu.11.
2 verſ.quarta quęſtio.& conſ.185.num.6.& ratio † eſt
quia per primam reſignationem amiſit titulũ,& om
* nem poſſeſſionem beneficij reſignati DD.*omnes in
cap.ſollicite de reſt.ſpoliat.& in c. quod in dubijs de
3 renunc.vnde non poterit ſecundo reſignare quia,†q
non habet beneficium,non poteſt reſignare Rebuff.
4 d.conſ.38.num.1.2.& 3.cum† priuatio præſupponat
5 habitum.l.qui decem.ff.de verb.oblig.& nemo † po-
teſt dare,quod non hẽt.§.ſeruus.de cap.dim.Rebuf.
6 conſ.93.num.11.qui,enim†ceſſit vni,alteri nõ poteſt
idem ius cedere.l.non quocunq; §.qui Caium ff. de-
7 leg.primo vbi Bar.Iaſ.Alex.conſ.18.viſo.lib.5.&†ſiqs
vendit vni, & tradat,licet alteri vendiderit non valet
ſecunda venditio.l. quoties Cod. de rei vend. & quia
8 † prohibita eſt variatio ꝑſonis maxime eccleſiaſticis,
Clem.prima de renunc.vbi DD.ex quo ſequitur in ſe
cundum reſignatarium nihil trãſlatum fuiſſe vt voluit
expreſſe Rebuff.in cõſilijs allegatis, & eſt communis
9 * † opinio,tum * quia nemo plus iuris in alium trasfer-
re poteſt quam ipſe habeat.l.traditio.ff.de acqui. rer.
dom.ſed reſignãs nullum ius habet, ergo nihil trãſtu
lit Rebuff.conſ.85.num.11.& 12.tum etiam quia ꝓ-
uiſio, & collatio ei facta eſt nulla vt clare dicit in reg.
10 † 40.cancel.Ibi,*& ſeipſum reſignantem,ſeu cedentem
pluries ſuper vno,& eodem beneficio in fauorẽ diuer
ſarum perſonarum ſucceßiue conſentire contingerit,
voluit ſanctitas ſua quod primus conſenſus tenere de
beat,& alij poſteriores cõſenſus ac literæ illorum prę
textu,etiam ſub priori data expeditę pro tempore nul
11 lius ſint roboris,uel momenti,&c.*& ſubreptitia † qa
non fuerat expreſſum quod reſignans antea reſigna-
uerat,quod ſi eſpreſſiſſet non eſt veriſimile quod Pa-
pa contuliſſet,vt ſcribitur,in cap. poſtulaſtis in ſi. de
12 reſcrip.& voluiſſet † tollere ius quæſitum per primam
13 reſignationem c.quamuis de reſcr in 6.& quia† colla
tio beneficij non vacantis eſt nulla,Bellam. conſ.19.
col.2.Gemin.conſ.86. in princ. ſed hoc non vacabat
cum fuerat acquiſitum primo reſignatario,ergo nul
la collatio.
14 Vnde ſi cepit poſſeſſionem iſte†ſecundus reſigna
tarius dicetur intruſus,vt reſpondit Rebuff.d. conſil.
90.& primus reſignatarius aduerſus illum poterit age
15 re,& obtinebit,nam†beneficium eccleſiaſticum non
poteſt obtineri ſine canonica inſtitutione etiãquoad
poſſeſſionem Glo.pragm.in verbo inquirant.§.ordi-
narij,de pacifi.poſſeſſ.& hoc ne aperiatur via malitijs,
vt quis reſignet duobus, & ſecundus capiat poſſeſſio
nem,& tollat ius tertio, & ideo renunciatio facta co
ram Papa poſt renunciationem factam coram ordi-
nario non valet Rebuff in prax.gl.3.fol.362.
16 Amplia primo,vt qui† ſemel reſignauit non poſſit
vlterius reſignare etiam in fauorem primi,Sarn.de pu
blic.reſign.q.18.Caſſad. deciſ. 9.de conceſſ.præben.
Rebuff.conſ.4.num.5.& conſ.185.nu. 6. & eſt ratio
quia cum abdicauerit omne ius a ſe,per primam, ſe-
17 cunda non prodeſt,† & fieri non debet quod factum
non releuat.l.ſi quando.ff.ad velleian.
Amp.ſecundo procedere,etiam ſi primus reſigna-
18 tarius non eſt vſus reſignatione † per duos annos, nã
nihilominus reſignans non poterit alteri reſignare,
vt in facti contingentia reſpondit Rebuff. conſ. 85.
num.10.ex ratione ſuperius allegata.
19 Amplia tertio procedere † etiam ſi primus reſigna
tarius moriatur,nam tunc beneficium vacat per obi
tum,& reſignans non poterit reſignare cum nihil ha
beat Rebuff.d.conſ.85.num.10.in ſi.
20 Amplia quarto procedere,etiam ſi prima reſigna-
tio ſit nulla quia fuit facta ſine conſenſu Regis,vt re-
quiritur iux.priuilegia data Regi Franciæ,nam nihilo
minus non poteſt alteri reſignare etiam cum conſen
ſu Regis,vt reſpondit Rebuff.conſ.38.num.3.& cõſ.
21 93.num.14.quia tanquam†indignus priuatur,cum re
nunciatio videatur fraudulenta vnde non operaẽ hoc
caſu,clauſula, & non alias nec alio modo Rebuff. d.
conſ.38.num.6.& num.14.
22 Amplia quinto procedere†etiam in renunciatione
facta per procuratorem, nam poſtquam procurator
renunciauit,dominus non poteſt alteri cedere ita re-
ſpondit Rebuff.conſ.4.num.2.verſ. 1. & eſt commu-
* nis*opinio,vt ſuo loco dicetur.
23 Amplia.6.vt etiam † ſi ſecundus reſignatarius poſ-
ſederit.illud beneficium per triennium,nihilominus
præfer-



præfertur primus,aduerſus quem non poterit ſe tue
ri,regula de triennali poſſeſſ.vt in facti contingentia,
conſultus reſpondit Rebuff.conſ.185.& ratio eſt qa,
iſte ſecundus reſignatarius, vt conſtat ex ſupradictis
nõ habet titulum nec etiam coloratum, cũ ſit nullus.
c.factus in ſi.7.q.2.Fel.optime in c. in noſtra collor.
24 36.de reſcrip.† & literæ quæ non valent non dicũtur
literæ ſed nullæ Gloſ. in cap.cum noſtris in verſiculo
de facto,de conceſſ.præb.ergo non poterit vti reme
* dio regulę de triennali,iuxta communem*reſolutionẽ
firmatam quoque ſępius in Rota. Hinc dicit Sarnen.
25 detriennali.q.8.num.24.quod poſſidens† pacifice be
neficium triennio non iuuatur regula de trienn.quia
caret titulo qui per vnionem extinctus erat.
Amplia.7.vt non ſolum reſignatio ſit nulla ſi reſi-
26 gnans reſignat ſecundo,† & ſic iterum, ſed ipſe vide-
tur delinquere,& crimine ſtellionatus tenetur cũ nõ
ſit alia pęna ſtatuta in iure canonico,vt reſpondit Re
buff.conſ.4.num.11.& num.12.& conſ.90.num.9.ac
conſ.93.num.14.vbi dicit idem tenere Berber.in via-
27 torio iuris in rub.de crim.ſtellio.in ſi.ſicuti qui † duo
bus donat.l.3.ff.de crim.ſtellio.vbi Bar.Glo.in c. nul-
28 lo,& ibi.DD.omnes de reb.Eccl.non alien.& tamen
* renunciatio eſt donatio,vt eſt*cõis doctorum ſenten
29 tia de qua dictum eſt ſupra,& hæc pœna†eſt vt priue
tur beneficijs,ſi quę habet.l.habemus.§.œconomus.
C.de ſacr.ſan.eccl.ita Rebuff.conſ.90.num.9.cui opi
30 nioni non de facili accederem,nãq;†priuatio benefi-
cij,non fit niſi ex graui,& magno crimine,ac in caſi-
bus a iure expreſſis vt late probaui.in c.ac ſi clerici de
31 * Iud.& eſt communis*reſoluto,† ſi vero fuit interro-
gatus an reſignauit,& reſpondit non reſignaſſe ſecun
dum Rebuff.d.conſ.90.num.9.punitur pęna falſi,qđ
procedit ſi in iudicio ita reſpondit,l. ſi a debitore,ff.
32 ad legẽ cornel.de falſ.& ſi falſum fuit † doloſum,Bar.
in l.ſiquis legatum ff.de falſ.Bal.in l.damus.C.eodem
tit.Glo.in c.quanto de iure iur. D.meus Card. Pariſ.
* conſ.151.num.23.cum ſeq.vol.4.communis * opinio
33 teſte Gomeſ.in §.pœnales.num.6.inſt.de act.&†ſi eſt
nociuum alicui,Glo.per illum tex.in d.l.damus Iaſ.in
l.ſub prætext.nu.11.C.de tranſac.Dec.conſ.8.Couar.
* in c.quamuis num.6.de pact.communis*opinio teſte
Alex.conſ.145.col.1.lib. 6. Curt.Iun.de Feud.p.4.q.
10.Clar.§.falſum verſiculo eſcuſatur.
34 Limito primo non procedere† quoties prima reſi
gnatio non fuit admiſſa,nam tunc reſignãs poteſt ite
* rum renuntiare vt eſt* communis opinio,de qua dixi
late ſupra in 12.quæſt.
Limito ſecundo nõ procedere quoties fuit admiſ-
35 ſa renunciatio,ſed fuit†reuocata, ante præſtitum cõ
ſenſum in Cancellaria, vel Camera nam tunc poteſt
in fauorem alterius reſignare Rebuff.conſ. 4. num.
* 15.& eſt communis* opinio ſępius reſoluta in Rota
36 † vt dixi in d.q.12.
Limito tertio non procedere in caſibus, in qui-
37 bus non † abdicatur ius a reſignante, nam tunc po-
teſt iternm reſignare,vt ſępius fuit in Rota determi-
natum,vt dictum eſt ſupra.quæſt.3. & quæſt. 14.nu-
mero 22.
Limito quarto vt reſignatio ſecunda tribuat titu-
lum coloratum,ad effectum reg.de trien. quãdo mul
ta opponi poſſunt contra priorem,vt fuit tantum 21.
Martij,1551.aut habetur lib.6.diuerſ.manuſcr.deciſ.
299.in vna Placentina parrochialis coram Ant.Aug.
Sarn.de trien.q.27.num.5.& 7.

## SEXTAEDECIMAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.

1 *In reſignatarium tranſeunt omnia quæ competebant reſignanti.*
2 *Reſignans poteſt amplius in beneficio reſignato ſe intromittere.*
3 *Reſignans per reſignationem amittit omne ius,& poſſeßionem.*
4 *Ius & poſſeßio beneficii reſignati,acquiritur reſignatario per collationem ſibi factam.*
5 *In reſignatione ſimplici ius tranſit in ſucceßorem.*
6 *Reſignatarius conſequitur tam onera quam cõmoda.*
7 *Reſignatarius poteſt percipere fructus.*
8 *Reſignatarius tenetur ſoluere penſionem.*
9 *Reſignatarius conſequitur uerum titulum,etiam ſi ſit reſeruata omnimoda adminiſtratio.*
10 *In Reſignatarium tranſit inſtantia in eo ſtatu quo reperitur.*
11 *Reſignatarius poteſt repetere a reſignãte iura illius beneficij.*
12 *Iura beneficii reſignati ſunt inutilia pęnes reſignantem,*
13 *Reſignans percipit fructus vſque ad ceſſionem.*
14 *Inſtantia cæpta per reſignantem tranſit in reſignatarium.*
15 *Inſtantia cępta per prędeceſſorem tranſit in ſucceſſorem.*
16 *Dilatio non eſt danda ceſſionario quando reſignans illam babuir.*
17 *Poſt ius ceſſum renuncians non poteſt præiudicare reſignatario.*
18 *Dilatio datur duorum menſium citra montes,vltra vero quatuor.*
19 *Dilatio denegatur in cauſis exequutiuis.*
20 *Confeſſio cedentis nocet ceſſionario quando eſt facta ante ceſſionem.*
21 *Reſignatarius non poteſt reuocare confeſſionem procuratoris cedentis ante ceſſionem factam.*
22 *Confeſſio reſignantis facta poſt ceſſionem non nocet ceſſionario.*
23 *Reſignans non poteſt præiudicare reſignatario poſt ceſionem.*
24 *Confeſſio reſignantis non probat vltimum ſtatum beneficij.*
25 *Sententia lata contra reſignantem non nocet reſignatario.*
26 *Cedens habetur pro mortuo.*
27 *Mors ciuilis,& naturalis æquiparantur.*
28 *Sententia lata contra mortuũ naturaliter eſt nulla.*
29 *Sententia lata contra mortuum ciuiliter eſt inualida.*
30 *Sententia lata ſine citatione eſt nulla.*
31 *Sententia lata citato tantum reſignante non nocet reſignatario.*
32 *Sententia lata contra hęredem non præiudicat fidei commiſſario non citato.*
33 *Deſertio non nocet cum ſententia ſit nulla.*
34 *Sententia lata contra reſignantem nocet reſignatario ſcienti cauſam agitari.*
35 *Sententia lata ad fauorem reſignantis non prodeſt reſignatario.*
36 *Reſignans poſt reſignationem eſt legitimus contradictor.*
37 *Appellatio interpoſita per procuratorem reſignantis non prodeſt reſignatario.*

38 *Dilatio*

38 *Dilatio habita per reſignantem poſt ius ceſſum nõ no*
*cet reſignatario.*
39 *Puniri non debet qui non deliquit.*
40 *In beneficialibus non datur ſucceſſor.*
41 *Reſignatarius tenetur purgare attentata per reſignan*
*tem.*
42 *Tenetur purgare attentata, etiam qui in re attentata*
*mediata ſucceſſit.*

DEcimoſexto quæro q̃
tranſeant in reſignata
rium? Communis opi
* nio* eſt in eum om-
1 nia †tranſire quæ cõ
petebant reſignanti
ratione illius benefi-
cij reſignati, namque
2 †reſignans nõ poteſt
amplius ſe in illo be-
neficio reſignato in-
tromittere, cum pro
mortuo habeatur, Creſcen.deciſ.227.lib.primo, Glo.
in cap.quamuis tibi, verbo cedentium.de præben.lib.
3 6.& ratio eſt quia per renunciationem † reſignans
ammittit omne ius, & poſſeſſionem & alia, Cardin.
Pariſius conſ.143.nu.19.volum.4.Crauet. conſ.341.
num.3.Gig.conſ.2n.num.9.& alii ſupra citati, quæ †
4 acquiruntur reſignatario per collationem ſibi factã
& ideo reſignatarius conſequitur omne ius, quod re
ſignans habebat, vt late per Burſat.conſ. 406.ſub nu.
8.volum.4.
5 Primo amplio, vt non ſolum†tranſeant in reſignata
rium hæc, ſi reſignatio eſt conditionalis, ſed in ſucceſ
ſorem, ſi reſignatio eſt ſimplex, quia eadem viget ra-
tio.
6 Secundo amplio, vt†tranſeant tam onera quam cõ
moda. vt omnes*doct.concludunt. Hinc poteſt†reci
* pere fructus, vt eſt vulgaris & *cõmunis opinio. Hinc
7 †tenetur ad penſionem iam impoſitam ſuper illo be-
8 neficio. Cardin.Pariſ.conſ.45.num.23.volum.4. &*
* communiter alii ſuperius allegati, late Rebuff. conſ.
4. num.7.
9 Tertio amplio, vt in reſignatarium†tranſeat verus
titulus, etiam ſi reſeruata ſit omnimoda adminiſtra-
* tio, vt fuit reſolutum in vna* Abulen. canonicatus,
27.Nouembris 1572.coram D.Aldobrandino, vt ha
betur in lib.deciſ.deciſ.107.172.lib.2.in manuſcri.
Quarto amplio vt tranſeat in reſignatarium† inſtã
10 tia in eo ſtatu quo reperitur. communis*opinio, vt ꝑ
* Burſat.conſ.406.ſub num.8.volum.4.de qua dicetur
infra.
11 Et ideo reſignatarius†poteſt repetere a reſignan-
te iura illius beneficii, puta, inſtrumenta, priuilegia,
conceſſiones, & ſimilia iura, vt ſcriptum reliquit Ab.
* *communiter receptus in c.cum pridem.num. 5. de
pact.motus ex illo textu qui hoc expreſſe a ſimili ꝓ
12 bat, namque dicta†iura ſunt inutilia penes reſignan-
tem, & vtilia reſignatario ad quem ſpectabunt cum
* penes ipſum tranſeat omne ius iuxta communem*cõ
13 cluſionem ſupra poſitam, & reſignans†poterit perci
pere fructus vſque ad illud tempus Put.deci.175.li. 1.
14 An vero†inſtantia cepta per reſignantem tranſeat
ad reſignatarium? affirmatiue concludendum eſt pro
* vt determinauit Rota*in vna Placentin. Caſtri Sarma
tis 26.Nouembris 1544.teſte Mcedan.deciſ.41. inci
pien. poſt non paucam aduocatorum &c. in titul.de
* Iud.in manuſcr. quia communis*eſt concluſio inſtã
15 tiam†cæptam per prædeceſſorem tranſire in ſingula
rem ſucceſſorem Bart.in l.lucius §.rogatus ff.ad Tre
bell.& in leg.ſi cum hominem ff. de fideiuſſ. & ibi
Paul de Caſt.& Angelus, in ſtatu in quo reperit Rot.
deciſ.13.in antiq. Innocen.in cap.ſignificauit de re-
ſcrip.& in cap.dilecti de foro compet.&†ideo dilatio
16 non eſt danda ceſſionario quando reſignans habuit
dilationem ante ius ceſſum, quia tunc cedendo poſt
terminum obtentum potuit præiudicare reſignatario
ſecus autem ſi illam dilationem habuit cedens poſt
ius ceſſum, quia tunc debetur ceſſionario dilatio, nã
17 cedens†non potuit ei præiudicare, vt fuit reſolutum
* in vna*compoſtellan.parochialis deceſpon. coram
Epiſcopo Montis flaſconen.7.Nouembris 1552. te
18 ſte Caputaq.deciſ.259.par.prima†quæ dilatio datur
duorum menſium citra montes, vltra vero, quatuor
* menſium vt fuit dictum in vna*Tullen.decanatus Lu
næ 13.Iulij 1553.coram Decano Rotæ teſte Caputa
19 q.deciſ.261.p.prima. Et†denegatur in cauſis executi
uis, & quando partes non habuerunt illam, quia vide
* tur calumnioſe petita vt fuit reſolutum in vna* Bar-
chi nõ. parochialis ſanctæ Crucis coram Capizucco
lunæ 24.Octobris 1552.teſte Caputaq. deciſ.262.p.
Prima.
20 Hinc etiam confeſſio†cedentis nocet ceſſiona-
rio quando eſt facta ante renunciationem, quia tunc
potuit præiudicare. l.factã §. ſi hæres. ff.ad Trebell.
* vbi Paul.de Caſt.communis*opinio teſte Caputaqu.
deciſ.93.nu.4.p.prima & tradit Guidobon.deciſ.191.
* in manuſcriptis & ita fuit reſolutũ in vna* Tiraſonen.
Archipresbyteratus coram D.Marſicano 27. Maij
5542.teſte Put.deciſ.149.lib.1.& ideo alias in vna*
* Aſtoricen.de forias fuit reſolutũ, ꝙ ceſſionarius non
poſſit reuocare confeſſionem procuratoris cedentis
factam ante renunciationem, teſte Put.deciſ.79. li.2.
vnde ceſſionarius non poterit habere regreſſum ad-
uerſus cedentem. Put.dicta deciſ.149.lib.primo, ſi ve
21 ro confeſſio†fuit facta poſt renunciationem, non no
22 cet reſignatario, †quia reſignans tunc ei non poterit
23 præiudicare, *cõmuniter doctores ſupracitati, & fuit
* reſolutũ * in vna Mediolan.hoſpitalis 8.Iunij 1551.
* corã Reumano, quod†confeſſio reſignantis non pro
24 bat vltimum ſtatum beneficij, quod hoſpitale ſit ad nu
tum communitatis amouibile contra reſignatarium
teſte Caputaquen.deciſ.185.p.1.ex rationibus ibi ad
ductis, & confeſſio facta ante ceſſionem ei non præiu
dicat, ſi nititur alio iure quam cedentis, Guido bon.
deciſ.52.in manuſcrip.
Aliqua dubia ſunt explicanda quæ huic quæſtioni
conueniunt. Primum eſt an ſententia lata contra re-
gnantem reſpectu beneficij reſignati noceat reſigna
25 tario? communis*opinio eſt†negatiua ſecundum q̃
* fuit reſolutum in Rota in vna ſancti Quirici coram
* Domino Roſſanen.16.Decembris 1547.teſte Put.
26 deciſ.80.lib.3.& ratio†eſt quia cum cedens habeatur
pro mortuo ciuiliter, & mors ciuilis†& naturalis æq-
27 parentur, clement.vltim. de procur. ergo ſicut†ſen-
28 tentia lata contra mortuũ naturaliter eſt nulla iuxta
* *communẽ opinionem, ita contra mortuũ †ciuiliter
29 erit nulla nec præiudicabit ceſſionario.l.4.§.condem
natũ.ff.de re.iud.c.illud.de iure patr. Accedat præſup
30 ponimus reſignatarium nnn fuiſſe†citatum, ergo ei
non nocebit, Bald.& Alex.in l.de vnoquoque colum.
3.verſ.item fallit ff.de re.iud.Cur.ſen.conſil. 23. col.
5.Dec.in l.in iure ciuili nu.4.ff.de reg.iur. Loffred.
conſ. 10.col.prima, & alij omnes.
* Et ideo alias fuit reſolutum iu vna*Taurinen. co
ram



31 rã Quiroga qđ ſi pendente lite quis reſignauit, &†po
ſtea reſſignatarius fuit citatus, demum lata ſententia
citato tantum reſignante, quod huiuſmodi ſententia
non præiudicat reſignatario, vt habetur in li. diuerſ.
* deci.32.in manuſcr.& ideo alias fuit reſolutũ*in Ro
ta in vna Nouarien.ſeu Papien.Bonorum, 3.Ianuarij.
1548.coram Puteo quod ſententia lata contra hære
dem, non præiudicat fidei commiſſario, non citato,
ſaltem per proclama teſte eodem Put.deciſ.91.lib.3.
Amplia hanc concluſionem procedere etiam ſi la-
ta ſententia contra reſignantem reſignatarius hoc ſci
ens appellauit ab ea, & poſtea traſiuit in rem iudica-
33 tam†nam nihilominus huiuſmodi, appellatio deſerta,
non nocet cum ſententia ſit nulla, vt fuit per Rotam
reſolutum, in dicta. Sancti Quirici, teſte Put. dicta de
ci.80.libro.3.
34 Limita tamen illam†non procedere, quoties reſi-
gnatatius ſciret quod cauſa contra cedentem agereẽ,
quia tunc ei ſententia noceret ita Puteus, dict.deciſ.
80.num.3.verſ.& dixi li.3.vbi ipſe tenet hanc opinio
nem, ex cap.pen.de re iud.licet dicat ſuper hoc nihil
fuiſſe determinatum, & quod alius Auditor dixit hãc
diſtinctionem aut ſciuerit vel ignorauerit procedere
reſpectu poſſeſſionis. Felin.in c.cum ſuper de re iud.
& non reſpectu iuris.
35 Ita pariter†ſententia lata ad fauorem reſignantis re
ſpectu becelicij reſignati, non prodeſt reſignatario,
quia poſt reſignationem non licet reſignanti, proſeq
litem, cum omne ius per illam amiſerit, & ita fuit reſo
* lutum in vna*Segobiẽ, Archidiaconatus 6.Iulij teſte
Put.deciſ.142.lib.1.
36 Ita etiam†reſignans poſt reſignationem non eſt le
gitimus contradictor ad effectum impediendi ne pro
cedatur via executiua ad immiſſionẽ ꝓut fuit reſolu
tum in vna*Pictin. beneficij die Veneris, 18.Aprilis.
1578. ꝓut atteſtaẽ R.P, D.Seraph.deciſ.252.manuſc.
37 Hinc etiam appellatio†facta per procuratorem re
ſignantis non prodeſt reſignatario Fab.deciſ. 29.in
manuſcri.& ratio eſt quia ceſſione reuocatur procu-
rator. Rom.conſ.374.Rot.deciſ.38.de procur. in no
uis, Creſcen.deciſ.169.lib.1.in manuſcri.& communi
* ter*vt ſupra diximus.
38 Hinc etiam†ſi cedens habuit dilationem poſt ius
ceſſum dilatio debebetur ceſſionario, quia cedens nõ
potuit ei præiudicare vt fuit reſolutum in vna * Com
poſtellan.parrochialis corã Epiſcopo Montiſflaſco-
nen.7.Nouembris.1551.teſt.Caputaq.dec.259.par.1.
Secundum dubium eſt an reſignatarius tenetur,
purgare attentata per reſignãtem? aliqui tenuerũt ne
gatiuam, tum quia reſignatarius in nullo deliquit, &
39 ꝑ†conſequens pœnã non meretur.l. ſancimus C. de
pœn. tum etiam quia, in beneficialibus†non daẽ ſuc
40 ceſſor ſed creatur nouum ius Rom. conſ.374.col.2.
41 Contrariam tamen affirmatiuam opinionem†ꝙ
reſignatarius tenetur purgare attentata per reſignãtẽ
* tenuit Rota, in vna*Ariminen.nullitatis, & attenta-
rum coram Acorambono 27.Aprilis.1556.dum cen
ſuit non eſſe procedendum in cauſa niſi purgatis per
eum, attentatis, vt atteſtatur Robertus Lancelott. in
tract.de attent.in c.4.amplia.5.n.3.& in c. 29.n. 102.
namq; mediante reſignatione fuit ſubrogatus in ius
42 reſignantis, qui attentauerat, & †tenetur ad purgatio
nem ẽt qui in re attentata ſucceſſit, mediate, vt tenuit
* Rota, ĩ vna*Camaricen. Archidiaconatus, ſub die 13.
Nouembris.1558.teſte Card.Paleot. deciſ.116.inci-
43 pit Guter.in manuſcri. & quia tenentur † ad purgan-
da attentata, non ſolum ij, qui per ſe attentarunt, vel ꝑ
alium, de ſuo tamen ſpeciali mandato, ſed etiam is q li
cet actualiter non attentauerit, habet tamen cauſam
ab attentante, vt Lancellot.d.c.29.col.vlt.probat, quia
44 †licet regulariter remedium attentatorum non detur
contra tertium Rot.deciſ.2.vt lite pend.in antiq. Af-
* flict.deciſ.354.n.26.& fuit reſolutum*in vna Salman
tinen.portionis de menſe Nouẽbris 1544.teſte Moe
dan.deciſ.205.Pelegri.deciſ.97.Achilles de Graſſ. de
ciſ.6.alias 26.ſub rub.de attent.in manuſcri.tamen nõ
45 †procedit in tertio habente cauſam, a iudice, vel a par
te ad not.in l.chirographis.§.1.& ibi Bar.ff.de admin.
tut.vbi alienata per appellatum, ſeu appellantem, reuo
cãtur etiam a tertio poſſeſſore, ex quo habuit cauſam
ab eis, & in c.cum M.in fine de conſt.ita Franc. in c.
bene.n.2.& ſeq.de appell.& ibi Imol.col.4 Præpo.n.
18.Afflict.deciſ.354.n.28.cum alijs, vt per Lancelot.
d.tract.c.3.nu.16.cum ſeq.& facit deciſ.3.Rotæ vt li.
pẽd.in nouis, vbi ſi tertius permutat beneficium cum
Titio reo, & poſſeſſore, lite pendente, etiam mortuo
Titio contra illum tertium qui habuit cauſam ab eo
reuocabitur dicta permutatio, via attentati, & ita etiã
fuit reſolutum in vna Albarizen.parochialis corã A.
Auguſtino.25.Ianuarij 1546.vt ipſe atteſtatur deciſ.1.
li.1.ĩ manuſcri.reliqua habes ꝑ Lancelot.locis citatis
Limito hanc concluſionem non procedere in pul
* chro caſu diſputato diu in Rota in vna*Salamã.portio
nis corã D.Fabio Accorãbono 16. Nouẽbris.1546.
in qua Didacus renunciauit portionem in fauorem.
Petri, & poſt reſignationem ante apprehenſam poſſeſ
ſionẽ per Petrum, Didacus fuit ſpoliatus a Thoma, &
commiſſa cauſa ſpolij, quidam Beltramus fuit admiſ
ſus ad cauſam pro ſuo intereſſe, & tandem in fauorẽ
Didaci fuit decretũ, ſed male mãdatum exequutiuũ
ideo cum vigore illius apprehẽdiſſet poſſeſſionem vi
detur attentaſſe, Petrus reſignatarius, poſtea per pau-
cos dies, cepit poſſeſſionẽ vigore reſignationis, & poſ
ſedit per octo annos, abſque aliqua controuerſia: quæ
rebatur an iſte Petrus reſignatarius excuſeẽ ab attẽta-
tis, & ſic poſſit ſe defendi regula de trienn. Dubium
faciebat, qa iſte habet cauſã a Didaco, cuius poſſeſſio
erat vitioſa, ergo vitiũ cõitatur rẽ Franc. in dict.cap.
bonæ verſ.3.concl. de appe. Cõtrariũ tñ fuit ſentẽtia
tũ, ſ. Petrũ reſignatariũ excuſari ab attẽtatis & poſſe ſe
iuuare dicta regula vt atteſtaẽ Pelegr.ĩ ſuis recollect.
manuſc.deciſ.14.alias.92.li.1.Rober. Lance.de attẽt.
46 p.1.c.3.n.28.nãq; licet†Petrus habuerit cãm a Dida-
co tñ habuit cãm ab eo, anteq̃ attẽtaret, & concluſio
cõis, vt tertius hñs cãm, &c. teneaẽ purgare attentata
vt ſupra ſcripſi, nõ ꝓcedit quotiẽs habuit cãm anteq̃
attẽtaret. Put.dec.106.& Didacus cũ ex reſignatione
amiſiſſet vtrãq; poſſeſſionem ſolum fuit reſtitutus ad
detẽtationẽ. Vñ Petrus accepit poſſeſſionẽ vacãtẽ idẽ
que reſolutũ fuit in alia Salam.ſancti Pauli corã Ora
dino.15.Decembris.1568.vbi fuit dictũ ꝙ licet attẽ
tet habens cãm a collitigãte tamen quando illam ha-
bet ante litem non attentat tunc capiens poſſeſſionẽ.

*Reſiduũ ſummarij eiuſdẽ quæſtionis ſextædecimæ.*
47 *Reſignatarius non tenetur ſtare locationi factæ per re*
*ſignantem.*
48 *Succeſſor poteſt reuocare vel renouare locationem.*
49 *Reſignatarius tenetur ad debita contracta pro neceſ-*
*ſitate Eccleſiæ.*
50 *Reſignatarius tenetur ſeruare pacta, & conuentiones*
*initas per prædeceſſorem.*
51 *C.primum de ſolut. habet locum, in debitis contractis*
*pro vtilitate perſonæ.*

52 *Reſignatarius non tenetur ad debita uoluntaria reſignantis.*
53 *Vicarius epiſcopi iam defuncti, non poteſt petere ſalarium non conuentum.*
54 *Epiſcopus non tenetur ex neceſſitate habere vicarium*
55 *Vitium ſpolij eſt perſonale.*
56 *In ſpiritualibus non datur ſucceſſor.*
57 *Spoliatus poterit agere ſpolio aduerſus reſignatarium*
58 *Res tranſit cum ſuo vitio.*
59 *Subrogatus in ius alterius etiã quoad poſſeſſionem tenetur purgare ſpolium.*
60 *Remedium c.ſæpe de reſti.ſpol.datur aduerſus ſucceſſorem.*
61 *Scientia pręſumitur.*
62 *Abbas habens vſum fructum quandiu obtinet Abbatiam illa reſignata illum non conſequetur.*
63 *Abbas poſt renunciationem nõ dicitur obtinere Abbatiam.*
64 *Nobilitatis priuilegium, quod habetur propter nobilitatem, ea ammiſſa ceſſat.*
65 *Reſignans habetur pro mortuo.*
66 *Vſus fructus non tranſit in ſucceſſorem ſed finitur morte.*
67 *Proprietas non debet inutilis eſſe ſemper.*
68 *Tranſactio facta per reſignantem ligat reſignatariũ.*
69 *Ea quæ fiunt nomine dignitatis tranſeunt in ſucceſſorem.*
70 *Tranſactio debet fieri in vtilitatem Eccleſiæ.*

Tertium erit dubium, an reſignatarius teneatur
ſtare locationi vel conductioni factis per reſignan-
47 tem? vera eſt †negatiua ſententia quam tenet Thom.
de Tan.deciſ.33.manuſcript. Bellam.deciſ.748.& ſe-
cundum hanc opinionem fuit reſolutum in*Rota in
vna Portuen.24.Octobris.1541.teſte Put.daciſ.181.
ſib.1.ex not.in cap.vltim.ne præla vices ſuas, ſuper-
48 ueniẽtia.n. ſucceſſoris extinguitur locatio, vnde †talia
fieri debet, vel illa renouari, vt tradit Put. dict. deciſ.
181.n.1.primo & 2.qui dicit hoc eſſe ex mente.Rot.
Quartum dubium an reſignatarius teneatur ad de
bita contracta per reſignantem, diſtinguendum eſt
49 quod †aut fuerunt contracta pro neceſſitate Eccleſię
* & hoc caſu communis*opinio eſt affirmatiua illum
teneri, vt videtur probare tex.in cap.primo de ſolut.
vbi dicitur quod ſicuti filius tenetur ſoluere debita
patris, ita & ſucceſſor tenetur ſoluere debita præde-
ceſſoris contracta pro neceſſitate Eccleſiæ, & ibi gl.
* Abbas, & omnes* Doct.Put.deciſ.43.lib.2.nu.3. hoc
50 etiam †caſu tenetur ſeruare pacta, & cõuentiones ini-
tas per prædeceſſorem, Cyn.& Bal.in l.digna vox.C.
de legib.Antonius de Butr.conſ.58. Oldrad. conſil.
94.ad fin.Loffred.conſil.38.colum.6.Ruynus Con-
ſilio 36.num.16.& conſil.91.libr.primo Boer. deciſ.
204.Burſat.conſi.342.num.primo volum.4.commu
* nis*opinio teſte Rebuff.ſuper concord. titu.de colla
* tione verſi.item dicit, de* communi etiam atteſtatur
Mandoſ.in cap.primo.num.30. de probat. & quam-
51 uis †tex.in dicto cap.primo loquatur de debitis con-
tractis pro neceſſitate Eccleſiæ, extenditur tamẽ ad
debita contracta pro neceſſitate perſonæ illius qui
Eccleſiam poſsidet Abbas, in cap. præſentium num.
5.de pignor.& in cap.per ſuas numero 2. de donat.
Mandoſ.dict.cap.primo.nume.11. verſiculo in plu-
* ralibus, & ſecundum hanc opinionem iudicauit*Ro-
ta in vna Cauriẽ.pecuniaria 11.Februarij 1547. nam
quidam Doctor præſtiterat patrocinium pro Epi-
ſcopo Caurien.carcerato, pro quo, & eiuſdem ne-
ceſsitatibus pecunias expenderat, euenit, quod mori-
tur, fuit reſolutum ſucceſſorem teneri teſte Pelegrin.
deciſ.34.ſub titulo de ſolut.in manuſcript.quia viden
tur contracta pro neceſſitate Eccleſiæ Damaſ. in
materia Brochard.regula 83. quem refert, & ſequi-
tur Mandoſius.dict.cap.primo.num.11.vbi late hãc
concluſionem corroboraui.
52 Aut vero fuerunt †voluntarie illa debita contra-
cta per reſignantem, & hoc caſu reſignatarius non
* tenetur illa ſoluere vt*communiter Doctor.poſt Ab
bat.tradunt in dict.cap.primo de ſolut.per illum tex-
tum qui loquitur in debitis illis pro neceſſitate eccle
ſiæ contractis, Put.deciſ.43.libro 2.Abba.in capitul.
* præſentium de pigno. & eſt * Communis opinio, &
ideo fuit reſolutum in Rota 5.Nouembris 1543. in
* vna * Zamaren.pecuniaria coram Puteo quod †Vica-
53 rius epiſcopi iam defuncti, non poterat petere ſala-
rium non conuentum a ſucceſſore pro ſeruitijs pre-
ſtitis eius prædeceſſori, teſte Put.deciſ.43.lib. 2.nam
54 que dictum debitum eſt voluntarium †cum epiſco-
pus non teneatur ex neceſsitate habere vicarium, Io.
Andr.in capit.cum abſenti, de vita & honeſta. cleric.
Gem.& Archidiacon.in cap.ſtatutum de reſcrip.lib.
6.Petrus de Anchar.conſil.218.col.vlt.verſicu.2.mo
* ueor Feli.in cap.quidam de off.ord.&* communiter
Doctores.
Quintum dubium, an ſpoliatus poſſit agere con-
tra ſucceſſorem ſpoliantis per reſignationem? Qui-
55 buſdam uidebatur quod non, quia †hoc vitium eſt pꝰ-
ſonale, & ſic non tranſgreditur perſonam, ſecundo,
56 quia †in ſpiritualibus non datur ſucceſſor ſed creatur
nouum ius Rom.conſ.374.col.2.
His tamen non obſtantibus contraria opinio eſt
* verior,*& cõmunis, vt ſpoliatus poſſit † agere ſpolio,
57 aduerſus reſignatarium vt tenet Sarnenſis, de trienn.
q.11.col.vlt.verſi.ſed iſtis non, Pelegri.deciſ. 14.alias
58 97.lib.1.in manuſcr.Ratio †quia res tranſit cum ſuo
vitio c.ex parte vbi Inno.de reſti.Franc.in c.bene ver
59 ſiculo 3.concluſio de appel.Hinc † ſubrogatus in ius
alterius etiam quo ad poſſeſſionem tenetur purgare
ſpolium, ſicut ille in cuius locũ fuit ſubrogatus, Do-
ctor.communiter in l.rem quæ nobis.ff. de acq.poſſ.
* & in c.ſępe de reſt.ſpol.de communi*Sarnen. dic.qu.
11.col.vlt.verſ.ſed iſtis non obſt.
60 Ideo remedium †di.c.ſæpe datur aduerſus ſucceſ
ſorem etiam ſingularem, ſi ſciens &c.vt Ibi dicitur &
voluit Bald.conſ.321.colum.1.lib.3.Aret.conſ. 103.
61 nu.4.Calcan.conſ.116.& 11.li.1.& ſcientia præſumi
tur.Decius.conſ.160.col.3.in fin.Alc.conſ. 103. nu.
13.li.2.Socc.ſeni.conſ.168.col.pen.lib.2.& in tracta.
fall.reg.176.fal.1.Ruynus conſ.88.nu.12.li.5.Craue.
conſ.225.nu.8.
Ad primum reſpondetur quod vitium comitatur
* rem, vt eſt * communis, opinio & ita reſpondetur ad
ſecundum quamuis creetur nouum ius.
Sextum Dubium, an Abbas, vel alius habẽs vſufru-
62 ctum ſuper aliquibus rebus quandiu Abbatialẽ †obti
neret dignitatẽ poſt reſignationẽ illius Abbatiæ hẽat
illum vſumfructum vel tranſeat ad ſucceſſorẽ? reſpon
detur negatiue ſuper vtroque capite, omiſſis amba-
gib.prout in facti contingentia conſuluit Rebuf.cõ.
104.n.22.verſ.vlt.quæ.nam quod reſignans illum am
plius non habeat probatur ex cõceſſione facta, quã
diu Abbatialem obtinet dignitatem, ergo ea reſigna
ta ceſſat fundamentum conſequendi dict.fruct. cum
63 poſt †reſignationem, non dicatur habere Abbatiam,
* vt eſt*Cõis opinio de qua dictum eſt ſupra & ceſſan-





te cauſa ceſſat effectus, l. adigere.§.quamuis. de Iur.
patr.& quia reſpectu beneficii reſignati, habetur pro
mortuo Doct.in c.ſuſceptum, de reſcr.lib.6. Hinc ſi
aliquis habeat aliquod commodum, præeminentiã,
64 vtilitatem, quia eſt nobilis, amiſſa nobilitate ceſſat p̃-
* eminentia, & vtilitas vt eſt communis*opinio, quam
proſequitur in multis caſibus Tiraq.in ſuo trac.ceſſ.
cauſ.ita & in caſu noſtro, cum reſignans obtineret v
ſumfructum ratione beneficii reſignati amplius illũ
vſumfructum non habebit, cum non habeat benefi-
65 ficium, & †quo ad eum habeatur pro mortuo Caſſ.de
ciſ.16.n.2.ſuper regul.Put.deciſ.468.lib.2.Card.Pari.
conſ.93.nu.25.vol.4.
Quod neque reſignatarius illum vſumfructum ha
66 beat †ſuadetur quia vſusfructus non tranſit ad ſucceſ
ſorem, ſed finitur morte naturali vel ciuili.§.finitur,
inſt.de vſufr.& eſt communis opinio, ſi enim fuit ex
67 tinctus per dimiſſionem Abbatiæ, ne †inutilis ſit ſem
per proprietas.l.an vſufr.nouus Abbas illum habere
non poteſt.
Septimum Dubium an tranſactio facta per re-
68 ſignantem ante reſignationem liget reſignatarium
* Communis*opinio eſt affirmatiua vt reſpondit Re
buff.conſ.104.nu.21:verſ.5.tranſactio videtur facta
inter eccleſias & dignitates potius quam inter perſo
69 nas.cap.veniens de tranſ.vbi Doctor:& †quę fiũt no-
mine dignitatis tranſeunt, & ligant ſucceſſorẽ, c.quo
* niam Abbas de off.dele.vbi communiter*Docto.c.
ſi gratioſe de reſcri.lib.6.
70 Declara ſi eſt facta, in vtilitatem †eccleſiæ & ſi ad
eſt confirmatio Papæ, quia tunc ligat ſucceſſorem,
Doct.in c.pen.de confir.vtil.vel inutil. & melius dic.
c.veniens de tranſ.Rebuff.loco citato, nu.21.in fin.

---

## DECIMAESEPTIMAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.

1 *Papa renuncians Pontificatum maximum remanet Cardinalis.*
2 *Papa depoſitus, a Papatu remanet Cardinalis.*
3 *Ioannes 23. fuit depoſitus, a Concilio Conſtantienſe.*
4 *Ioannes 23. acceſſit vti clericus ad Martinũ. Quintũ qui eum creauit Cardinalem.*
5 *Epiſcopus renuncians epiſcopatũ retinet ea quæ ſunt ordinis.*
6 *Renunciatio epiſcopatus dupliciter fieri poteſt.*
7 *Renũtiatur loco quoties ceditur cura, & adminiſtrõ.*
8 *Renuncians loco retinet dignitatem.*
9 *Epiſcopo renuncianti ſolet concedi retentio nominis.*
10 *Renunciãs loco, & dignitati, amittit denominationẽ.*
11 *Epiſcopus renunciat loco, & dignitati regulariter ob crimen.*
12 *Renuncians dignitati an poſſit vti veſtibus ep̃alibus.*
13 *Renuncians loco poteſt in eadem eccleſia reaſſumi.*
14 *Epiſcopus renuncians dignitati, non poteſt ad eãdem eccleſiam reaſſumi.*
15 *Epiſcopus renuncians loco poteſt alienum ſubditum ordinare quoad Characterem.*
16 *Epiſcopus renuncians loco non habet diœceſim.*
17 *Pontificalia non poſſunt extra diœceſim exerceri niſi acceſſerit conſenſus ordinarij.*
18 *Epiſcopus renuncians loco non habet exercitium.*
19 *Epiſcopus renuncians dignitati non poteſt ordinare etiam ex licentia alterius epiſcopi.*
20 *Ordinatus ab Epiſcopo qui renunciauit etiam dignitati, recipit characterem non tamen habet exequutionem.*
21 *Epiſcopo renuncianti poteſt conferri beneficium.*
22 *Summus Pontifex poteſt ſemper, & vbique vti pallio*
23 *Archiepſcopus poteſt vti pallio in terminis ſuæ Iuridictionis.*
24 *Monachus electus in Abbatem renuncians Abbatiãſ remanet Monachus.*
25 *Abbas per ſententiam remotus remanet monachus eiuſdem monſterij.*
26 *Monachus electus in Abbatem alterius Monaſterij renuncians Abbatiam remanet monachus ſecundi monaſterij.*
27 *Renuncians Abbatiam remanet monachus, & habet vocem.*

DEcimoſeptimo Quæro, an
an aliquid retineat renũ
cians poſt renunciatio-
nem? Et diſtincte proce-
1 dendo, in primis ſcire o-
portet † Papa renuncians
Pontificatum maximum
remanet Cardinalis.S.R.
2 E.ita etiam † depoſitus a,
Papatu remanet Cardi-
nalis, vt tradit Alfonſ.ſot.in comment.reg. Cancella.
de antelat.in nona & vlt.par.col.2.in fin.
Limita niſi renunciaſſet etiam Cardinalatum & eſ
ſet depoſitus quoque a Cardinalatu vt fuit deſpoſi-
3 tus †a Conc.Conſtantien.Papa Ioannes 23.qui poſt-
ea acceſſit Florentię vti ſimplex clericus, ad Papam
4 Martinum Quintum canonice electũ, & Martinus, †
demum illum creauit Cardinalem, vt omnes hiſtorię
illius temporis atteſtantur.
5 Epiſcopus vero † renuncians epiſcopatum retinet
ea quę ſunt ordinis, vt probatur in cap. primo de or.
ab Epiſcopo.qui renunciauit epiſcopatui & ibi In-
* noc.Abbas Hoſt.& alii*omnes Iacob. de Zocchis in
in repet.cap.omnis vtriuſque.num.356.de pœnit.Fu-
ſcus.de viſit.lib.2.cap.18.nu.10.& hoc procedit quo
ties renunciauit adminiſtrationi Epiſcopatus, nam vt
6 inquit tex.in dict.cap.verſ. reſpondemus † dupliciter
poteſt fieri renunciatio Epiſcopatus, nam quando-
que renunciatur loco, quandoque loco, & dignitati,
7 fit renunciatio †loci, quoties renunciatur cura & ad-
miniſtratio illius Eccleſiæ cap. ad ſupplicationem de
* renunc.& ita*communiter ſolet fieri renunciatio Ar
8 chiepiſcopatus, & Epiſcopatus, & †taliter renuncians
retinet dignitatem Epiſcopalem, vnde poteſt appella
9 ri Epiſcopus, & ſolet paſſim †concedi retentio nomi
nis ob quam appellatur Epiſcopus illius loci, etiam
poſt renunciationem. Renunciatur loco & dignitati
10 †quoties renuncians ex ipſa renũciatione, amittit di-
11 gnitatem & denominationem illius dignitatis, quę †
renunciatio regulariter fit ob crimen, vt tradit Abb.
* *communiter receptus in dict.cap.primo nume. 8.de
ordinat.ab Epiſcopo, qui renunciauit Maiolus de ir
12 reg.lib.3.c.6.nu.6.&*an iſti poſſint veſtibus Pontifi-
13 calibus vti vide Abb.d.c.1.nu.3.Qui vero †renuncia-
uit loco ideſt adminiſtrationi poterit Authoritate ſe
dis Apoſtolicæ ad Eccleſiam eandem redire, vel aliã
ſiue per uiam electionis, ſiue per viam poſtulationis,
14 ſiue per uiam collationis habere. Qui vero † renun-
ciauit loco & dignitati nequaquam Io.Mona.Arch.
Io.Andr.relati per Ant.de Butrio in cap.cupientes.§.
denique num. primo.de elect.li.6.Maiol.dict.tracta.

* de irregu.li.3.cap.6.nu.8.&*communiter Doctores
15 Rurſus†renuncians loco ideſt adminiſtrationi cum
retineat ea quæ ſunt ordinis poteſt alienum ſubditũ
ordinare quo ad characterem, quamuis non quo ad
iuriſdictionem cap.Lugdonen.nona.quę.2.Iacob.de
Zocchis in d.cap.omnis vtriuſque num.356. & cum
licentia Epiſcopi poteſt ſubditum illius ordinare vt
probatur in dict.c.1.de ord.ab Epiſcopo qui renun-
ciauit ibi,*nam in primo caſu ordines,ſicut antea,ro-
gatus ab Epiſcopo aliquo poterit de ratione conferre,
&c.*tradit Abb.in cap.ad ſupplicationem nu. 10. de
44 *Summus Pontifex non concedit derogationes niſi ex cauſis grauiſſimis.*
45 *Si beneficium vacat in curia Summus Pontifex dero gat Iuri patronatus etiam in totum.*
46 *Beneficia vacantia in curia ſunt reſeruata.*
47 *Iuripatronatus regum non derogatur etiam ſi vacet in curia.*
48 *Iuripatronatus ducum derogatur ſi uacet in curia.*
49 *Derogatio datur ſi ius patronatus eſt mixtum clericorum ſcilicet & laicorum.*
50 *Ius patronatus mixtum aſſumit naturam eccleſiaſtici*
51 *Iuri patronatus ex priuilegio præſcriptione, aut con. ſuetudine de facili derogatur.*
52 *Summus Pontifex poteſt conferre abſque conſenſu pa troni beneficium litigioſum vacans in curia.*
53 *Iuripatronatus laicorum aliquando derogatur pro duobus tertys.*
54 *uripatronatus vt plurimum derogatur pro medietate.*
55 *Derogatio pro medietate quid importat:*
56 *In derogatione pro medietate neceſſe eſt habere tot voces quę cum medietate faciant maiorem partẽ.*
57 *Iuripatronatus derogatur quando orator eſt vnus ex patronis.*
58 *Derogatio datur in retentione beneficiorum quæ datur patrono.*
59 *Clauſula dummodo accedat patronorũ conſenſus non verificatur in conſenſu tacito.*
60 *Forma non impletur per tacitum conſenſum.*
61 *In derogatione ſolet dici pro hac vice tantum.*
62 *Obtenta derogatione debet reſignatarius probare beneficium eſſe Iurispatronatus.*

QVARTO Quæro, An
beneficia iuris patro-
natus poſſint reſigna-
* ri?*communis opinio
* recepta etiam*in pra
1 xi eſt, affirmatiua†poſ
ſe reſignari etiam in
fauorem quam tenẽt
* *omnes doctores in-
fra allegandi & hæc
concluſio nullam ha-
bet difficultatem.
2 Dubium tamen eſt†an dicta beneficia iuris patrona
tus poſſint renunciari ſine conſenſu patroni Calder.
conſ.6.in tit.de renunc. conſuluit patronum etiã lai-
cum non eſſe uocandum quando præſentatus per eũ
& poſtea per epiſcopum inſtitutus vult renũciare be
neficio, quia iura loquentia de renunciatione loquũ
tur tantum de epiſcopo vel prelato habente inſtitue-
re c.admonet &c.quod in dubiis de renunc.ex quib.
etiam elicitur quod vnuſquiſque põt libere reſigna
re beneficiũ quod obtinet in manibus ſuperioris &
non ſit differentia an beneficium ſit de iure patrona
tus vel ne & hanc opinionem ſequitur Pauin.in tract.
de off.& poteſt.cap.ſede vacan.2.part.q.2.ſub nu. 16.
& ſecundum hanc opinionem reperio fuiſſe aliquan
do deciſum*in Rot.in vna Hiſpalẽ.ſanctæ Caterinę,
inter Petrum de Frias & Thomam de Las caſus ꝓ vt
atteſtatur Moedan.dciſ.manuſcr.266.tit.de iure pa-
tro.inci.fuit reſolutum fol.221.ſcilicet valere renun-
ciationem factam coram ſumm.Pontiſ.de benef.iur.
patr.abſque conſenſu patroni & ibi Moed.limitat il-
3 lam concluſionem, quæ ſe habet†prouiſionem ſpreto
patrono eſſe nullam.vt habetur in c.decernimus. 16.
q.7.tradit late Felin.in c.cum inter co*.3.de except.&
in tract.quando literæ Apoſt.noceant Patrono, vtnõ
procedant in prouiſione quæ fit per reſignationem.
His tamen non obſtantibus contraria opinio eſt
* verior & communis*quod in reſignatione beneficio
4 rum iuris patr.requiratur conſenſus † patroni ut vo-
* luerunt.Inno.in c.vlt.in fi.de renunc.vbi Abb.& alii*
omnes Idem Abb.in c.ſignificatam col.2. de præbẽ.
vbi Imol.col.1.Idem Abb.in c.de multa col.4.de prę
bend.Roch.de Curt.in tract.iuriſpatro.uerb.honori
ficum q.3.Lambert.in eod.tract.2.art.5.q.princip.3.
par.5.lib.num.50.& in 5.artic.5.quæſt.princ.3.li.nu-
me.3.cum ſequent.Crauett.conſ.153.nu.10.Pelegr.de
ciſ.102.lib.3.in manuſcr.Coua.in c.36.pract.quæſtio
num num.9.Mandoſ.conſ.7.num.1.
5 Et aliter facta † ſcilicet abſque conſenſu eſt nulla
Ant.de Butr.in c.quod in dubijs nume.6.Abb.nu.6.
de renunc.Idem Ant.de Butr.& Abb.in c.vlt.eod.ti.
Franc.in c.1.num.8.de rerum permut.lib.6. Burſatt.
* conſ.411.lib.4.ſub num.4.*communis opinio, vt ha-
betur in primo Tomo com.opin.fol.170.& ita fuit
* *deciſum in Rota.die 15.Ianuarii coram Ptolomeo
* 1543.teſte Put.deciſ.412.num.2.lib.1.*hanc etiã cõ-
munem & veram atteſtatur Mandoſ.conſ.7.nume.4.
* Idemque fuit*deciſum in vna Gerunden. beneficij
deſteria 29.Ianuarij 1539.coram Rauellen.Idemque
* reperio fuiſſe deciſum in cauſa*Iſpalen.die 2.Decem
bris 1538.coram eodem Rauellen.& non vt ſupra di
ctum eſt teſte eodem Moedan.deciſ.326.vel.296. in
manuſcrip.in tit.de iur.patro.incipien.magna difficul
tas & hanc deciſionem ad hoc citat Burſat.d. conſi.
411.num.5.& Mandoſ.conſ.7.nu.3.tradit Peleg.dec.
202.lib.2.in manuſcr.
6 Ratio quia*patronorum intereſt ne beneficiati di-
mittãt eorũ beneficia ipſis ſpretis arg.no.in c.in La
teranen.de prębẽ.clem.1.hoc tit.c.cum & plantare de
7 priuile.ne forſan†beneficiis pręficiãtur ignari & inha
biles vel inimici ipſis patronis ex quo Patroni retra-
8 herent†a fundatione ac dotatione eccleſiarum vt con
ſiderat gl.in c.cum dilectus de iur.patr.Lap.Alle.96.
poſt n.3.& in his terminis loquiť Gem.in c.2.poſt.n.
* 11.de præb.li.6.Ale.conſ.75.Viſis nu.1.vol.4.& eſt*
communis ac recepta eſt doctorũ ſententia nihil poſ
9 ſe†fieri in præiudicium patroni eo non vocato ut la-
te ꝑ Roch.in trac.iuriſpatr.Verbo honorificum.q.3.
10 Hinc non poſſunt beneficia†iuriſpatronatus ꝑmu
* tari ſine conſenſu patronorum Gamm.& alij* com-
muniter in cap.primo de rerum permut.lib.6.de qua
re late Feder.de Sen.tract.permut.quæſt.30.Dec.cõ-
ſit 224.Caſſan.conſ.17.Crauett.conſ.82.communis
* *opinio teſte Couarr.dict.c.36.pract.9.num.9.
11 Hinc beneficia†iuriſpatronatus non poſſunt vni
ri ſine conſenſu patroni Felin c.cum acceſſiſſent.co.
7.de conſt.Gemi.in c.nemo de elect.li.6.gl. Cardin.
Abb.in clem.vlt.de reb.eccl.non alien.Abb.& alii in
c.cum acceſſiſſent de conſtit.Soccin.Sen.conſ.1. co.
2.lib.3.Dec.conſ.174.col.vlt.Lamber.de iur.patron.
* li.3.q.6.art.2.communis*opinio teſte Couarr. dict.
cap.36.pract.q.num.11.& ſecundum hanc opinionẽ
* fuit*iudicatum in Rot.teſte Roch.in d. §. honorifi-
cum num.8.verſ.An autem præſentatio.
12 Hinc non poſſunt bona*beneficii iuris patrona-
tus alienari de honeſtate abſque cõſenſu patroni An
char.conſ.121.†communis opinio reſte Roch.dict.§.
honorificum num.112.





13 Hinc beneficia†iuris patronatus non poſſunt dari
in commendam ſine conſer.ſu patroni gloſ.in c.Ne-
* mo deinceps de elect.lib.6.*communis teſte Gemin.
in c.quamuis de reſcr.lib.6.Barbat.conſ.23.col.7.lib.
1.Immo multi dubitauerunt an poſſit conſtitui pen-
ſio in beneficio iuris patronatus ſine conſenſu patro
14 ni†quamuis magis communis opinio ſit affirmatiua
quia per hanc penſionis conſtitutionem nulla læſio
datur Rebuff.in prax.benef.3.part.ſignat.verſi.& iuri
patronatus n.28.& 48.late Gig.in trac.de penſ.q.23.
Vnde ex his ſequitur veram illationem & commu-
nem quod ſi beneficium iuris patronatus fuit reſigna
tum abſque conſenſu patroni ac fuit admiſſa reſigna
tio, & per ſummum Pontificem vel Epiſcopum fuit
15 collatum†dictum beneficium, ſi moriatur deinde reſi
gnans vtique beneficium vacat per obitum illius reſi
gnantis Felin.in cap.cum Bertoldus col.3.de re Iudi.
Roch.in tract.iuriſpat.verſ.honorificum quæ.2.Dec.
conſ.124.col.4.circa med.Mandoſ.conſ.7.num.3.in
fin.vbi atteſtatur ita fuiſſe deciſum*in Rota & ratio
eſt quia cum nulla fuerit reſignatio ius irreuocabile
reſignatario non potuit acquiri, vnde &c.iuxta ea quę
ſupra diximus.lib.1.q.3.
Sed dubium eſt an huiuſmodi reſignatio facta ſpre
to patrono ſit nulla ipſo iure vel veniat annullãda cõ-
* 16 munis*opinio†eſt quod veniat annullanda prout at-
teſtatur Thom.de Tan.deciſ.90.in manuſcrip.ſ.patro
* no reclamante vt bis fuit reſolutum*in Rot. teſte eo
dem Tho.de Tanis deciſ.81.& agente de inualiditate
propter contemptum vt fuit pluries reſolutũ in Rot.
teſte eodem Tho. de Tanis. deciſ. 82.in fin.& ſic de
ęquitate ab initio eſt valida Feli.in c.cum Bertoldus
de re iudic.namque videtur facta recepta reſignatio
17 conditionaliter.Hinc in vna Mediolanen.Canonica-
tus coram Ptolomeo die.8.Ianuarii.1543.fuit reſolu
tum collationem factam ab ordinario per obitũ ſpre
to patrono videri factam conditionaliter, & ſic non
eſſe nullam ipſo iure, ſed annullandam. Hinc etiam ꝑ
mutatio facta ſpreto patrono non eſt nulla ipſo iure
Rocch.de curt.in trac.iuris patr.verb.honorificũ nu.
8.de communi atteſtatur Felin.in dict.c.cum Bertol
18 dus ſub n.15.& eſt†magis communis & recepta teſte
Couarr.in cap.36.lib.pract.quæſtio.ſub n.8.cum aliis
cumulatis per Lamb.in ſecundo ar.2.q.princip.3.par.
* 2.lib.num.4.& fuit pluries deciſum*in Rota.
Amplia vt requiratur conſenſus patroni in renun-
19 ciatione iuris patronatus ſiue†patronus fuerit Laicus
ſiue clericus ita extendit Lamber.dec.ar.5.quintæ q.
princ.3.lib.nu.2.vbi dicit hoc eſſe de mente omnium
* doct.ſupra allegatorum, & ita in*praxi fieri videmus
20 & ratio eſt, quia ita intereſt vni ſicut alteri † quamuis
facilius Papa deroget iuripatronatus clericorum Put.
dec.157.lib.3.
21 Amplia ſecũdo procedere etiam ſi patronus †non
contradicat infra tempus datum ad præſentandũ ita
Put.dec.412.n.1.li.1.qui dicit ita fuiſſe reſolutum 15.
Ianuarij.1543.in vna Mediolanen.Canonicatus & ꝑ
ben.coram Ptolemeo, quod eſt valde notandum:nã
concluſio illa communis de qua ſupra quod collatio
facta ſpreto patrono ſit annullanda, non habet locũ
quoties poſt dictam collationem lapſum ſit tempus
22 præſentandi, nam videtur patronus†habere ratam il
lam collationem.Abb.in diſputatione incip.Augerio
Card.clem.1.de ſupplen.præl.neglig. Felin. in diciſ.c.
cum Bertoldus num.14.de re iudi.de hoc tamen di-
cetur infra.
23 Amplia tertio vt ius non†fuerit abdicatum a reſi-
* gnante vt fuit reſolutum in vna*Mediolan.canonica
tus & præben.coram Io.Paulo die 15.Ianuarii 1543.
quamuis magna fuit controuerſia & dubium pluries
in Rota propoſitum & ꝑ conſequens ſi moriatur re-
ſignans beneficium poterit impetrari per obitum de
conſenſu patroni teſte Moedan.dec.326.ſeu 296. in
cip.magna difficultas in tit.de iure patr.vbi etiam at
teſtatur*idem fuiſſe deciſum in vna Iſpalẽ.capellaniæ.
S.Crucis coram Rauellen.die 2.Octobris.1538.& in
* vna*Gerunden.beneficij 16.Februarij.1538.corã eo.
Rauell.teſte etiam eod.Moedan.dec.338.licet regreſ
ſus in manuſcr.
Et hæc concluſio de plano procedit quoties fuit
facta reſignatio per principalem vel per procuratorẽ
in fauorem certæ perſonæ & non alias nec alio mo-
do:nam hoc caſu ſi beneficium reſignatũ non acqui-
ratur reſignatario ob contradictionem patroni impe
dientem & irritantem reſignationem ius non videtur
abdicatum reſignante vt declarat. Moedã. in dictis a
24 deciſ.& declarat Burſat.conſ.411.ſub.n.4.nam†eſt re
gulare vt ſi beneficium non acquiratur reſignatario
ius non abdicetur a reſignante.Ptolom.deciſ.102.A-
* chill.de Graſſ.dec.19.de reſt.ſpoliat.*communis opi
25 nio:ſi vero reſignatio†fuit facta ſimpliciter tunc ius
abdicatur cum prouiſio valida eſſet a principio, ſed ve
niret irritãda a cõtradicente patrono ita intellig.Put.
dic.deciſ.412.num.7.vbi atteſtatur ita fuiſſe deciſum
die 12.Februarii.1543.
Amplia quarto vt procedat etiam in reſignatione
quæ ſit in curia:nam ita loquũtur doctor.allegati, nõ
26 enim valet impetratio†facta in curia niſi fiat mentio
in litteris de iureptronatus vt reſolutum fuit in Rot.
coram Ant.Auguſt.de menſe Februarii. 1547. teſte.
Card.S.crucis deciſ.71.in manuſc.
Limita.1.non procedere quoties ſuperuenerit cõ
27 ſenſus domini nam tunc † reconualeſcit reſignatio
facta abſque conſenſu Rot.deciſ.5.de rer. permut.in
nou.Hinc collatio facta ſpreto Patrono cõualidať ꝑ
ſuꝑueniẽtẽ cõſensũ.Hoſt.in ſumm.de iurepatr.§.vlt.
verſ.qd ſi eccleſi.Idẽ.Hoſt.& Io.And.ĩ c.ꝑ veſtras de
iurepatr.Card.conſ.63.in cauſa in 3.dubit.lap.ĩ addit.
ad ſeder.de ſen.in tract.de ꝑmut.q.15.cõmunis opi-
nio vt ꝑ Fel.in dic.c.cum Bertoldus.nu.9.de re iudi.
Limita ſecũdo nõ ꝓcedere quoties patronus ſciẽs
28 & patiẽs†nõ reclamauit, nã hoc caſu reſignatio tenet
vt*fuit cõcluſũ in Rota in vna Salamantin.capellanię
teſte Pelegr.dec.202.li.3.Th.de Tanis dec.8.in ma-
nuſcr.vt qa moriť reſignatarius & patronus ꝓſentat ꝑ
obitũ, nã vř ratificare renunciationẽ, Peleg.& Th.de
29 Tranis dic.dec.Hinc ẽt alias fuit reſolutũ ꝙ†regreſ-
ſus reſeruatus ſuꝑ beneficio iuris patronatus ex cã re
ſignationis abſq; cõſenſu patroni tali valideť ex ſcien
* tia & tacito conſenſu patronorũ vt in vna*Salamant.
teſte Pelegrin.dec.307.in fin.in manuſcr.& talis reſi
30 gnatio facta abſq;cõſenſu†patroni ꝗ validať ꝑ eius
patientiã nõ inducit ſtatũ libertatis vt poſſeſſio ꝓſen
* tandi amittatur vt alias*reſolutum fuit per Rot.teſte
Card.S.Crucis.deciſ.69.in manuſc.
31 Limita tertio nõ ꝓcedere quoties†Sum. Pontifex
admitteret reſignationẽ & cõferrat cũ derogatione
iuris patronatus nã tunc nõ reqriť cõſenſus vt reſpõ
dit D.meus Card.Pariſ.poſt alios quos citat.cõſ.47.
n.17.cum ſeq.vol.4. & nu.24.& 34.Archid.Gemin.
* Præp.in c.hortamur diſt.71.& eſt cõis*opinio doct.
32 Summus enim †Pontifex poteſt derogare non
tantum iuri patronatus eccleſiaſtico, ſed etiam
* iuri patronatus laicorum Gloſ.communis * & re-

cepta in clem.2.verb.Apoſtolicis de pręben.Archid.
in c.piæ mentis 16.q.7.Inno.& alij in c. cum dilectus
de iurepatr.& in c.illud ad finem eo.tit.Abb. in c.2.
no.2.eod.tit.vbi late dixi Io.And.Gemin. & Franc.in
c.2.de præben.in 6.Felin.in tract. quando liter. grat.
noc.patro.Lamber.in tract.de iurepatr.lib.3.par.3.q.
* 9.art.2.& hæc eſt*communis opinio teſte Couar. pra
cti.quæſt.c.36.col.3.de cōmuni etiam Mandoſ.con-
ſil.7.num.6.
33 Ratio eſt quia illud†laici habent ex mera gratia ip
ſius Papæ vt probatur in ca.primo de iurepatr.ibi *hu
cuſque eos ſuſtinuit* & ibi late dixi tradit Archid. in c.
ſiquis nu. 3.16.q.3.Mil.in repert. in verbo Papa po-
* teſt derogare & eſt communis*opinio teſte Ber. dic.
34 c.1.num.3.de iure patron.& ratio etiam quia†Sūmus
Pontifex in beneficialibus eſt dominus abſolutus ac
beneficiorum eccleſiaſticorum diſpenſator & ſic ſu-
pra ius c.cuncta per mundum 9.q.3.Archidi. in ca.1.
* in fin.16.q.7.vbi communiter*omnes.
Requiritur tamen expreſſa derogatio iuriſpatrona
35 tus laicorum,& ideo†non præſumitur niſi id expreſſe
in litteris conſtiterit Lap.Alleg.96.Glo.in d. clemē.
2.verb.Apoſtolicis.Archid.in dic.c.piæ,Abbas in ca.
* dilectus.num.4.de off.leg.vbi hanc opinio.dicit*com
munem Pariſ.conſ.114.nu.21.vol. 4.de communi ēt
teſtantur Couarr.dict.c.36.col.3.Mandoſ.conſ.7.nu.
36 8.Bero.in c.3.nu.12.de iurepatr.Adeo† quòd nō ſuf-
ficiant clauſulę generales Hoſt.& Ant.de Butr.in ca.
quoniam de iurepatr.Felin.in tract.quand. literæ apo
ſto.noc.patr.Creſcen.deciſ.220. incip.lite pendente
coram me lib.1.in manuſcr.nec ſufficit in litteris ex-
37 primere etiam†ſi ad alicuius præſentationem ſeu col-
lationem beneficium pertineat:nam nihilominus nō
comprehenditur beneficium quod ſpectat ad pſen-
tationem laicorum Lap.alleg.84.Gemin.in c. cum il
lis.§.1.de præben.in 6.col.vlt.Io.And.in ca. delectus
de off.lega.Barbat.conſ.23.col.7.lib.1.cōmunis opi-
* nio teſte Couarr.dic.c.36.pract.q. col.5. & ideo dico
38 laicorum quia iuri patronatus†clericorum derogatur
per ſimplicem collationem factam a Papa Caſſad.de-
ciſ.4.tit.de probat.Angel.in l.ſed ſi hac §.patronum.
ff.de in ius vocan.
39 Et dicitur†ius patronatus eccleſiaſticum quoties
ex eccleſiæ bonis eccleſia conſtruitur,vel dotatur aut
denique ratione eccleſiæ vel dignitatis eccleſiaſticæ
40 competit alicui laicorum quando a rebus proprijs†&
ſecularis patrimonij originem ducit glo. in cleme. 2.
verb.præſentare de iur.patron.Abb.in c.eam te colū.
vlt.& in c.illud de iurepatr.Cæſar Lambert.de iurepa
tron.lib.1.q.1.ar.5.Card.Pariſ.conſ.128.vol.4.
41 Nec refert patronum†eſſe clericum namque an-
numerabitur inter patronos laicos ſi hoc ius nactus
* fuerit ratione proprij patrimonij vt*eſt cōmunis opi-
nio de qua atteſtatur Couar.dic.c.36.pract.q.& fuit
concluſum in Rota†die 29.Octobris 1526.teſte Gā
mara deciſ.53.manuſcr.
42 Huiuſmodi derogationes†iuris patronatus laico-
rum ſunt admodum odioſæ & in Gallia non admit-
43 tuntur, namque tribunalia†regia impediunt executio
nem vt tradit Rebuff.in prax.in 3.part.ſignatu.verbo
nec non num.12.& 36.& in tract.de nom.q. 15.nu-
me.2.Ita etiam in Hiſpania ut tradunt Io.Lup.in tra-
cta.de benef.vacan.in cur.§.11.& Couar. dic. ca. 36.
pract.quæſt.
44 Ideo Summ.Pontifex† non ſolet concedere deroga-
tiones niſi ex cauſis vrgentiſſimis & quidem ſunt plu
45 res quarum prima eſt† quoties beneficia iuriſpatro-
natus vacant in curia,nam tunc Papa conſueuit dero
gare vt tradit Statil.de lit.grat.& iuſt.fol.54.col.1.Co
uarr.d.cap.36.pract.q.ſub.num.4.etiam in totum Mā
doſ.tract.de ſignat.grat.verbo derogationes iuris pa
46 tronatus,idque fit ex illa†generali reſeruatione ſtatu
ta a iure communi ut habetur in c.2.de præben. in 6.
47 Sarn.de trien.poſſ.quę.31.num.19.Et hoc† non pro-
cedit in iure patronatus Regum, cui non derogatur
etiam ſi beneficia & dignitates vacēt in curia per obi
tum Io.Monac.Gemin.Io.And.in cap.2.de præben.
lib.6.Card.conſ.57.Felin.in cap.Nihil col.2. de pręſc.
Lambert.in tract.iuriſpatron.lib.1.p.3.q.9.art.11.Re
buff.in prax.beneficiorum in 3.parte ſign.num.64.&
68.Statil.ſuper ſignat.de mod.& for.in petr.verſic. 3.
an ſit locus Card.Pariſ.conſ.114.nu.14.& 18. cum ſe
quen.vol.4.etiam ſi ius patronatus pertinet ad Reges
ex priuilegio aut ex præſcriptione Io.Selu.trac. de be
nef.2.par.q.13.Aeneas de Falco.in tract.reſeruat.3.q.
princ.nu.13.Rebuff.in tract.nomin.q.15.nu.9.Coua.
d.c.36.pract.quæſt.ſub num.4.vbi etiam hoc ampliat
in iure patronatus Ducum Marchionum & Comi-
48 tum.Ego†autem quo ad ius patronatus ſpectans ad
Reges vidi ſeruari pluries hoc,ſ. vt non derogetur ēt
ſi vacet beneficium in curia & habetur in regula Can
cellariæ Alexan. VI.ſub tit.de derog.quo ad alias per
ſonas nominatas per Couarr.nequaquam.
49 Secunda cauſa quoties†ius patronatus eſt miſtum
Clericorum & Laicorum,quia tunc derogatio conce
ditur in totum Mandoſ.in d.tract.de ſignat.grat.ver-
* bo derogationes iuris patronatus col.2.in fin.&*com
muniter eſt receptum.
50 Et ratio eſt quia cum ſit miſtum† ſapit naturam iu
riſpatronatus Clericorum potius quam laicorum &
ſic quod tale ius patronatus cenſeatur vere & proprie
eccleſiaſticum vt tradit glo.in c.vnico.§.vl.de iurepa
tro.in 6.Abb.in c.de 4.col.5.de præſcr.Felin.in tract.
quand.literæ Apoſtolicæ col.4.Rocch.de curt.in tra
cta.de iurepatr.verbo ius q.8.princ.& q. 1.acceſſoria
* *communis opinio teſte Couarr.d.c.36. pract. q. nu.
4.ex his quæ habentur in l.quæritur ff.de ſtat.hom c.
quod in dubijs cum gl.de conſec.eccl.Bart.in l.2.nu.
2.ff.de verb.obliga.& hoc eſt verum quamuis aliqui
dicant dici hoc ius parronatus Eccleſiaſticum quo
ad priuilegia & commoda iuris patronatus, quo ve-
ro ad derogationem cenſeatur laicale Feder.de Seni.
conſ.66.Abb.in c.vl.de iur.patr.Caſſad.dec.7.de iure
pat.Rebuff.de nom.q.15.nu.7.Coua.loco cit.de qua
re late Mādoſ.in prima reg.Cancell.q.8.num.8.
51 Tertia cauſa vbi ius patronatus†eſt ex priuilegio p
ſcriptione aut conſuetudine,nam tunc de facili dero
* gatur in totum,cum & abſque derogatione*receptū
ſit ualere collationem Ita Feder.de Sen.conſ.65.Car-
di.conſ.69.col.2.Gemin.conſ.45.col.3. Cald. conſil.
19.de iurepatr.Alex.conſ.74.& 75.lib.4.Dec.conſil.
117.& 126.& 149.Crauet.conſ.63.nu.6.Caſſad.deciſ.
4.de iurepatr.& deciſ.vlt.eo.tit.& dec.4.de prōba.cō
* munis*opin.teſte Lambert.de iurepatr.2.lib.3.par.q.
9.art.25.& q.8.art.3.
52 Quarta cauſa quoties†beneficium erat apud curiā
Romanam litigioſum Caſſad.deciſ.3.vt lit. pend. vbi
probat poſſe ſummum Pōtificem abſque patroni lai
ci conſenſu conferre beneficium litigioſum in curia
* vacans & refert ita fuiſſe*tentum Sarn.in regula de im
petr.benef.per obitum famil.Card.q.8.nu.7. quæ cō
cluſio exemplificatur pluribus modis vt per Couar.
d.cap.36.pract.qu.7.& 8.
53 Quinta cauſa eſt ex qua † ſolet derogari iuripa-
tronatus



tronatus laicorum ex aliquo fauore, p duabus
tertijs Mand.in d.tract.de ſign,grat.verſ. de rogatio-
nes iurepat.col.3.
54 Sexto derogatur aliquando†pro medietate late de
huiuſmodi derogatione Bar.in c.1.nu. 78. & ſequ.de
55 iur.patr.Mandoſ.conſil.7.nu.13. vbi nu.16.declarat †
ꝙ derogatio pro medietate aliud non eſt quam redu
cere conſenſus per plures patronos pręſtādos ad me-
dietatem , vnde inſert ꝙ quoties præſentatio ſpectat
ad vnum pro medietate derogari non poteſt ,& facta
* ex ſtilo*Romanæ curię non ſuffragatur ex rationib.ut
56 per ipſum.Et dicit†ꝙ quando præſentatio ſpectat ad
plures ſi derogatur pro medietate neceſſe eſt habere
tot uoces quæ cum iſta medietate faciant maiorē par
tem,ut requiritur in iure patron.c.3.de iurepatr.clem.
* plures eod.tit.& communiter*eſt receptum.
57 Septimo quando orator eſt vnus†ex patronis vt
per Mandoſ.loco cit.col.3.verſ.quęro.
Octauo derogatur in retentione beneficiorum in
58 fauorem†promoti ad Epiſcopatum & fit mentio ut
requiritur,beneficium eſſe iuriſpatronatus Rot.deci.
331.ſuppoſito.in nou.
Nono confertur cum clauſula dummodo accedat
59 patronorum conſenſus ex fundatione†tunc.n.requiri
tur expreſſus conſenſus,& non ſufficit tacitus indu-
ctus ex lapſu quatuor menſium vt fuit ſententiatū in
* Rota coram Chriſtophoro Panicarola in vna* Piſana
16.Nouemb.1556.teſte And.Gamm.dec.59. in ma-
60 nuſ.nam illa verba inducunt formam quæ†non imple
tur per tacitum conſenſum qui dicitur fictus Aret. in
l.4.§.Cato.col.14.ff.de verb.oblig.Fel.in c.nōnulli de
reſcr.Sicuti ſi obtenta eſt inualida derogatio iuriſpa-
tronatus,nam etiam ſi non præſentet intra tps patro
* nus,collatio non tenet ut fuit*concluſum in Rot.teſte
Put.deciſ.6.de iurepatr.in manuſcriptis.
61 Et in derogatione†illud ſolet obſeruari, vt dicatur
pro hac vice tantum,ita Couarr.dict.c.36.pract.q.&
* id ex*ſtilo paſſim ſeruari videmus.
62 Vnum autem†non omittam,quod quoties fuit nar
ratum in reſignatione beneficium eſſe de iurepatro.
vt obtineatur derogatio qua obtenta debet reſigna-
tarius probare beneficium reſignatum eſſe de iure pa
* tronatus alias impetratio nulla eſt vt fuit *concluſum
per Rot.in vna. Tranen.17.Martii 1554.teſte Put.de
ciſ.120.lib.2.quia narratiua illa iuriſpatronatus, cū ſit
pars gratiæ debet per impetrantem verificari iux.cō
* munem*regulam de qua infra dicetur ſuo loco , & de
hac re late poteris uidere apud Maſcard.de probatio.
concl.177.

## QVINTAE QVAESTONIS
### SVMMARIVM.

1 *Beneficia electiui poſſunt reſignari in fauorem.*
2 *In beneficiis electiuis proceditur pro viam electionis.*
3 *In reſignatione beneficii electiui requiritur conſenſus eligentium.*
4 *In permutatione beneficii electiui requiritur conſenſus eligentium.*
5 *Sufficit quod conſenſus eligentium ſequatur renunciationem.*
6 *Conſenſus quandocunque interueniat ſufficit.*
7 *Actus nullus roboratur ex conſenſu ſubſequenti.*
8 *Renunciatio beneficii electiui abſque conſenſu eligentium venit annullanda.*
9 *Permutatio facta ſpreto patrono venit annullanda.*
10 *Contemptus Capituli reddit actum annullandum.*
11 *In renunciatione beneficii electiui an requiratur conſenſus omnium vel maioris partis.*
12 *Electores contempti quando poſſint procedere ad electionem.*
13 *Electo renunciante eligentes habent denuo integrum tempus.*

QVinto Quæro , an be-
1 neficia electiua poſ-
ſint†reſignari?Rñde
poſſe etiā in fauorē,
ita Pau.Card. Zabar.
Anch.Imol.Bonif.de
Vital.& oēs*in clem.
vnica de ren.gl.in c.1.
Gemin.nu.15. & alij
omnes*de rer. perm.
in 6. late Boet. deciſ.
2.par.1.
2 Nam hæc non differūt† ab aliis beneficijs in alio
niſi quia in eis proceditur per electionem,quæ exigit
confirmationē ſuperioris Card.Zabar.in clem.2. §.vt
autem.nu.2.de religioſ.domib.Io.Selu.de benef.p.1.
* q.3.& eſt * communis opinio.
3 Requiri tamen in hac reſignatione,ut†adſit con
ſenſus eligentium Card.Zabarell.in dict.clemen.vni-
ca n.18.de renunc.Innoc.cap.2.eodem tit.in 6.Abb.
quem refert & ſequitur Boer.dict.deciſ.2.num.15.&
* *communiter doct.ita etiam in permutatione benefi
4 ciorum†electiuorum requiritur conſenſus eligentiū
glo.in dict.cap.1.vbi Gemin.num.15.Gamm.n.102.
* & *communiter alij de rerum permu. lib.6.Gemin.
conſ.97.in fin.
Qui conſenſus non requiritur de neceſſitate præ
5 ciſa in ipſa renunciatione,ſed ſufficit†quod ſequatur
Lap.in dicta clement. vnica quem ibi ſequitur Card.
Zabarell.& ibi Paul.Gemin.in dicto cap.1. num. 16.
vbi dicit ita fuiſſe diſputatum & *determinatum Bo-
* noniæ Boer.deciſ.2.num.15.in.fin.& * communi-
* ter doct.& ita * practicatur vt quandocunque* in
6 terueniat conſenſus ſufficiat teſte .Moed. deciſ. 60.
in eadem per doctrinam Bartol.& Iaſ.in l.ſi quis mihi
bona.§.Iupſum.ff.de acquire, hęred.nā ſuperueniens
cōſenſus animat actū l.filio pterito.ff. de iniuſt. teſt.
7 Hinc actus†etiā nullus accipit robur ex ſubſequen
ti conſenſu l.cum vir prædium ff.de vſufr.ex quo de
8 ducitur renunciationem non eſſe†a principio nullā
ſed annullandam reclamantibus electoribus ſicut in
renunciatione beneficij iuriſpatronatus dictum eſt
ex communi & recepta in praxi opinione,quamuis,
Gamm.in d.c.1.n.105.teneat contrarium in permu
9 tatione facta ſpretis electoribus,nam†in contrarium
* eſt*communis opinio vt per Feder.de Sen.tract. per
mut.benef.n.53.q.30.arg.c.quod ſicut de elect.c.cū
in eccleſijs de præben.in 6.Hinc contemptus cōſen
10 ſus†Capituli totius vel maioris partis reddit actum
* annullandum cap.ea noſcitur vbi communiter *do-
ctor.de his quæ fi.a prælat.cap. illud fin.de iurepatr.
11 An vero requiratur†in hac reſignatione conſen-
ſus omnium vel maioris partis communis eſt diſtin
ctio vt ſi fiat in fauorem perſonarum & illorum vtili
tatem requiratur conſenſus omnium,ſi fiat ad vtili-
tatem alicuius eccleſiæ ſufficiat maioris partis Paul.
in d.clemen.vnica Ioan.And.quem refert Gemi.dic.
cap.1.n.15.vbi dicit habere æquitatem hanc diſtin-
ctionem de rerum permut.lib.6.
12 Quomodo poſſint†electores contempti procede
re ad electionem vide late Boer.dict.deciſ.2. p totā.

13 Et vnum non eſt omittendum quod† quoties re
nuncia electus, eligentes habent denuo integrum tẽ
pus, ita Io. Andr. in Rub. de renunc. no. 6. per tex. in c.
ſi electio de elect.

## SEXTAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.


1 *Beneficium ad cuius titulum quis eſt promotus ad ordines ſacros non poteſt reſignari.*
2 *Non poteſt quis ordinari ſub titulo Vicariæ temporalis.*
3 *Beneficium debet eſſe perpetuum ad quod quis promouetur.*
4 *Quis non poteſt ordinari ſine titulo.*
5 *Epiſcopus ordinans aliquem ſine titulo debet ei neceſſaria ſubminiſtrare.*
6 *Titulus duplex beneficij & patrimonij.*
7 *Ordinatus ad titulum beneficij, cuius poſſeſſionem nũquam habuit non eſt irregularis.*
8 *Ad titulum patrimonij ordinantur Clerici prout Epiſcopus iudicauerit.*
9 *Ad titulum donationis poteſt quis ordinari.*
10 *Patrimonium ad quod quis ordinatur non poteſt alienari.*
11 *Ob penuriã Sacerdotum poteſt quis ordinari ſi alius ſpondet neceſſaria.*
12 *Qui debet tantundem, quantum valet res donata, non videtur ſuſpenſus.*
13 *Patrimonium ad quod quis promouetur debet eſſe ſufficiens.*
14 *Quantitas patrimonij remittitur arbitrio Epiſcopi.*
15 *Ordinatus cum haberet bona mobilia, non videtur ſuſpenſus, ſed illa debet conuertere in immobilia.*
16 *Patrimonium huiuſmodi poteſt alienari ſi promotus conſequatur beneficium ſufficiens.*
17 *Cedens patrimonium, ad quod quis fuit ordinatus non eſt ſuſpenſus, & ceſſio eſt nulla.*
18 *Cap. 2. ſeſſ. 21. de reform. quas pœnas innouet contra ordinatos abſque titulo.*
19 *Dictum cap. 2. ſeſſ. 21. procedit in Clericis regularib. in clauſtris degentibus.*
20 *Ordinati ad titulum patrimonij ſunt vere Clerici.*
21 *Ordinati ad titulum patrimonij gaudent priuilegio.*
22 *Epiſcopus non tenetur dare victualia ordinatis ad titulum patrimonij.*
23 *Epiſcopus non tenetur dare victualia habenti patrẽ diuitem.*
24 *Non dicitur pauper, qui patrem habet diuitem.*
25 *Extimum patris extimatur extimum filij.*
26 *Valet conſequentia Pater eſt diues, ergo filius.*
27 *Filius reputatur eadem perſona cum patre.*
28 *Epiſcopi non debent ordinare filios diuitum, niſi eis fuerit donatum a Patre.*
29 *Epiſcopus debet vti magna diligentia in ordinandis Clericis.*
30 *Simoniaca eſt pactio quod ordinatus nunquam petat beneficium.*
31 *Beneficiatus poteſt viuere de fructibus beneficii, & conſeruare reditus patrimoniales.*
32 *Poteſt quis ordinari, ad titulum Seminarii.*
33 *Poteſt quis ordinari ad titulum ſeruitii in aliqua Eccleſia.*
34 *Adſcrittus certæ Eccleſia a nullo Epiſcopo eſt recipiendus.*
35 *Beneficium ad cuius titulum quis eſt ordinatus non poteſt renunciari.*
36 *Valet renunciatio Beneficii, ad cuius titulũ quis promotus eſt, facta mentione de hoc, & quod habet aliunde vnde viuat.*
37 *Ceſſante cauſa prohibitionis ceſſat prohibitio.*
38 *In impetratione narrandæ ſunt qualitates, ex quibus poſſet concedens moueri.*
39 *Reſignatio non facta mẽtione quod ad titulum illius beneficii ſit promotus eſt nulla.*
40 *De beneficio conceſſo miſerationis gratia facienda eſt ſpecifica mentio.*
41 *Clauſula poſita in ceſſione quia reſignans habet vnde viuat reſpicit ſubſtantiam gratiæ.*
42 *Ordinarius admittens renunciationem extra caſus ſibi conceſſos, eſt in culpa.*
43 *Iurans reſignare poteſt pœnitere.*


SExto Quæro an poſſit reſi-
gnari beneficium ad cu-
* ius titulum quis eſt †pmo
tus ad ordines ſacros? *
* communis & ab omnib.
1 recepta ſententia etiam in
* praxi †eſt negatiua quã
tenent Nauarr. in Manua.
c. 22. nu. 18. Sebaſt. Medi.
in l. vlt. gloſſ. 3. nume. 312.
C. de legibus Nauar. conſ. 14. num. 2. de temp. ordin.
Et probatur expreſſe in c. 2. Concil. Trident. de re
form. ſeſſ. 21. ibi. *Id vero beneficium reſignare non
poſſit. &c.* & loquitur Cõcilium de beneficio ad qđ
quis fuit ordinatus & facit tex. in c. ſanctorum. diſti.
70. ibi *in qua eccleſia quilibet titulatus eſt in ea per
petuo perſeuerat.* ergo illam non poteſt renunciare
cum in ea debeat perpetuo perſeuerare.
Hinc non poteſt quis ordinari ſub titulo Vicariæ
2 temporalis † & beneficiorum manualium & amouibi
lium Abb. in c. Michael. & in c. conſtitutus de filijs
3 presb. requiritur enim vt beneficium † ſit perpetuum.
Maiol. poſt Abb. de irregul. lib. 4. c. 15. nume. 4. & eſt
* communis* opinio.
4 Et ratio eſt † quis non poteſt ordinari ſine titulo,
* vt eſt* communis opinione mendicet in vituperium
totius militiæ clericalis: ergo neque poterit renuncia
re, nam viget eadem ratio argum. l. illud ff. ad l. Aquil.
pro cuius rationis declaratione aliqua ſunt ponenda
& primo quod in minoribus ordinibus clerico non
eſt aſsignandus titutus Hoſtien. in ſumm. in rubr. de
præbend. Card. Alexand. in c. neminem ſub num. 1.
* diſt. 70. &* communiter eſt receptum in praxi ut tota
die videmus. In maioribus autem neceſſe eſt vt aſsi-
gnetur titulus prout in Concilio Vrbani II. habito
Placentiæ conſtat de quo in c. ſanctorum diſt. 70. dũ
dicit *ſanctorum canonũ ſtatutis conſona ſanctione de
cernimus ut ſine titulo facta ordinatio irrita habea-
tur &c.* ne ſordidũ aliquem quæſtum exerceant vel
cum dedecore ordinis mendicare cogantur vt dici-
tur in capitul. 2. ſeſſ. 21. de reform. *cum non doceat
eos qui diuino miniſterio aſcripti ſunt cũ ordinis de-
decore mendicare aut ſordidum aliquem quæſtum
exercere.* Quare ſtatutum eſt vt Epiſcopus ordinans
5 aliquẽ ſine titulo † teneatur ei neceſſaria ſubminiſtra-
re c. epiſcopus de præbend. *Epiſcopus ſi aliquem ſi-
ne certo titulo de quo neceſſaria vitæ præcipiat in
diaconum vel presbiterum ordinauerit tamdiu ei
neceſſaria ſubminiſtret donec in aliqua Eccleſia con*
*uenien-*



*uenientia ſtipendia militiæ clericalis aſſignet, &c.* &
* ibi* omnes doctores.
6 Et hic † titulus poteſt eſſe duplex Nauarr. conſ. 14.
* in principio de tempor. od. & num. 3. & eſt* commu-
* nis opinio, recepta* in praxi ſcilicet vel beneficij d. ca.
ſanctorum diſtinct. 70. quod debet eſſet ſuficiens ad
victũ dict. cap. 1. Concil. Trid. ſeſſ. 21. de reform. ibi.
*ſtatuit Sancta Sinodus nequis deinceps Clericus ſecu
laris quamuis alias ſit idoneus moribus ſcientia &
ætate ad ſacros ordines promoueatur niſi prius legi-
time conſtet eum beneficium eccleſiaſticum quod
ſibi ad victũ honeſte ſufficiat pacifice poſſidere &c.*
7 & ſi illius beneficii adhuc † non habuit poſſeſſionem
nullam incurrit pœnam vt reſpondit Nauarr. conſ. 15.
de tempor. ordin.
Vel etiam patrimonij gloſſ. in dict. cap. epiſcopus
verbo ſubſidium de præben. & probatur in cap. tuis
eo. tit. de præben. ibi.
*Tuis quæſtionibus reſpondemus quod clericos in
minoribus ordinibus conſtitutos de patrimonialibus
bonis habentes vnde poſſint congrue ſubſtentari etſi
non dum fuerint beneficium eccleſiaſticum aſſecuti
(dummodo aliud canonicum non ſubſiſtat) ad ſupe-
riores poteris ordines promouere,* & ibi gloſſ. in verb.
de patrimonialibus dicit quod iſti habent patrimo-
nium pro titulo Abb. num. 3. quod eſt etiam ſecun-
dum mentem Concilij Tridentini. dicto cap. 2. illis
verbis.
8 *Patrimonium † vero vel penſionem obtinentes ordina
ri poſthac non poſſunt niſi illi quos Epiſcopus iudi-
cauerit aſſumendos pro neceſſitate uel commoditate
eccleſiarum ſuarum eo quoque proſpecto patrimoniũ
illud vel pẽſionem uere ab illis obtineri taliaque eſſe
quæ eis ad uitam ſuſtentandam ſatis ſint, atque illa
deinceps ſine epiſcopi licentia alienari aut extingui,
uel remitti nullatenus poſſint donec beneficium eccle
ſiaſticum ſufficiens ſint adepti, uel aliunde habeant,
vnde uiuere poſſint antiquorum canonũ pœnas ſuper
his innouando.* Ex quo tex. primo colligitur ꝙ poteſt
ꝗs ordinari ad titulũ patrimonij. Amplia idẽ † eſſe ad
9 titulum donationis ex* Congregationis Conc. ſenten
* tia ſi ita epiſcopus iudicauerit pro vtilitate aut neceſ
ſitate eccleſiarum, & ſi donatio eſt vera realiter & nõ
ficta: & illa bona donata ex eiuſdem congregationis
10 ſententia non † poſſunt alienari abſque Epiſcopi licẽ
tia donec beneficium ille adeptus fuerit vel aliunde
habeat, vnde poſſit viuere. Nauarr. conſ. 14. num. 2.
* de tempor. ordin. &* communiter alii. Et alias cen-
* ſuit* ſacra congregatio & conceſſit ob penuriam † ſa
11 cerdotum, vt poſſit quis ordinari ſine beneficio vel
patrimonio dummodo quis ſpondeat neceſſaria mi
12 niſtrandis, & ſi debet † tantundem quantum valet res
donata non videtur ſuſpenſus vt reſpondit Nauarr.
conſ. 13. & 47. de temp. ord.
13 Secundo colligitur hoc † patrimonium debere eſſe
ſufficiens Nauarr. conſ. 18. de tempor. ordi. vbi quæ-
rit ad eo qui dixit habere ſufficiens patrimonium cũ
non haberet, & dicit non eſſe bene ordinatum niſi pa
rum ſiue quantitas quę non eſſet notabilis arbitrio
* boni viri deeſſet, & de ſententia* congregationis quã
14 titas patrimonii † non taxatur, ſed remittitur ad termi
nos iuris: erit hoc ergo iudici arbitrarium arg. l. 1. ff.
15 de iur. delib. & qui † fuit ordinatus cum eſſet filius di
uitis, & non haberet niſi mobilia, non videtur ſuſpen
ſus, ſed curare debet vt quam primum dictus titulus
bonorum mobilium conuertatur in bona immobi-
lia Nauarr. conſ. 29. de temp. ord.

16 Tertio colligitur hoc † patrimonium non poſſe alie
nari niſi conſequatur ordinarius aliud beneficium vel
habeat aliunde ex quo poſſit viuere Nauarr. conſ. 13.
n. 3. de tẽpor. ordinand. & ideo renũciatio dicti patri
monii eſt nulla Nauarr. conſ. 16. num. 3. de temp. or-
din. vbi ex hoc reſpondet quod ordinatus † ad ſubdia
17 conatum cum titulo patrimonii, quem poſtea renũ-
ciauit in fauorem parentum, & poſtea fecit ſe ad ſu
periores ordines ordinari ab Epiſcopo cui facta fue
rat fides de titulo patrimonii ex hoc non incurrit cẽ
ſuras cum non præſtet impedimentum quod nullum
eſt, hoc idem vult idem Nauarr. conſ. 42. eodem titu
lo de tempor. ordin.
Quarto colligitur ex finalibus verbis quòd Conci
lium innouat pœnas antiquorum canonum in ordi-
18 natis aduerſus formam † huius decreti ideſt pœnas. ca.
cum ſecundum de præbend. non pœnas cap. neminẽ
* & cap. ſanctorum diſt. 70. vt* cenſuit ſacra congrega
* tio Conc. Ideo* alias cenſuit quod ordinatus contra
formam huius decreti ſine beneficio & patrimonio
non eſt ſuſpẽſus neque aliquam pœnam incurrit, ſed
cogendus eſt ei Ordinarius prouidere iux. dict. cap.
cum ſecundum, nam hic ſolus canon & non alii eſt a
cõcilio innouatus. Vnde iſte nõ erit ſuſpenſus ab exe
cutione ordinum, quare celebrando non fit irregu-
laris quicquid in contrarium voluerint Abb. in c. cũ
contingat de ętat. & qualit. Idem Abb. in c. veniens in
primo not. de fil. presb. Burgaſ. de irreg. tit. de diſpen.
p. 1. q. 5. nu. 24. Maiol. in eod. tract. lib. 4. c. 15. ante. n.
1. quorum opinio eſt verior in puncto iuris cum di-
cat Concilium generaliter *antiquorum canonum ſu
per his pęnis innouando.* Eoque magis cum ſolus or
dinatus eſt in culpa decipiendo ordinaturum dicen-
do quod habet titulum beneficiarium uel ſecularẽ
ſufficientem, nam hoc caſu videtur ſuſpenſus ordi-
natus, & ſic per Concilium tali caſu eſt innouata pœ
na dic. c. neminem & c. ſanctorum, vt reſpondit Na-
uarr. conſ. 14. nu. 4. de temp. ord. & conſ. 15. & 16. & cõ
ſi. 18. & conſ. 47. nu. 3. eo. tit. ſi autem ordinatus bona
fide ab Epiſcopo ſciente, vel debente ſcire cum non
habere, quo ſe aleret, ſuſcepit ordines, cum non ha-
beret titulum, non ex hoc eſt ſuſpenſus, ſed Epiſco-
pus debet ei prouidere, & in hoc Concilium inno-
uat dict. c. cum ſecundum de præben. ita Nauarr, in lo
co citato. limita tamen niſi per mendacia & fraudem
fingendo titulum decepit Epiſcopum, nam tunc or-
dinator non tenetur ad alendum ordinatum Dec. in
cap. Epiſcopus num. 13. de pręben. Nauarr. d. conſ. 14.
num. 3. ne Epiſcopus abſque culpa puniatur cap. 2. de
conſt. &, quia dolus & fraus nemini patrocinari de-
bent c. ſedes Apoſtolica de reſcr. & ſi vterque eſt in-
culpa, vterque puniendus eſt Nauarr. dict, conſ. 14.
num. 4.
Pius tamen V. fel. rec. in conſt. 64. incip. Romanus
19 extendendo decretum conc. d. c. 2. † ad clericos regu
lares in clauſtris degentes, & in perpetuum non emit
tentes profeſſionem vel infra certum tempus ſtatuit
non poſſe ordinari ſine titulo ne exeundo mendicẽt
apponit pœnas ſuſpenſionis executionis ordinum tã
in ordinato quam in ordinante & ab hac conſtitutio
ne Gregor. XIII. Sanct. mem. exemit patres de Ieſu.
20 Quinto collige † taliter ordinatos ad titulum pa-
trimonij eſſe vere clericos, & effici de foro eccleſiæ
quamuis non habeant eccleſiam Gloſſ. in d. c. epiſco
pus verb. ſubſidium allegat c. eccleſiarum ſeruos 12.
q. 2. & c. ſunt 16. q. 1. & gaudent priuilegio in bonis
patrimonialibus vt ſcribit ibi Abb. num. 3.

Sexto

21 Sexto collige ordinatis ad titulum patrimonij epi
22 ſcopum non teneri dare † beneficia aut victualia d.c.
epiſcopus de præben.ibi. *Niſi talis ordinatus de ſua vel paterna hæreditate ſubſidium vitæ poſsit habere.*
& ibi hoc notat Inno.S.Bonauent.in 4.diſtin.24.D.
Thom.in ead.diſt.24. Idque procedit ſi habeat vnde
viuere tam de ſua quam de hęreditate paterna & ibi
Imol.col.2.verſ.vlterius potes,dicit quod Epiſcopus
23 † non tenebitur dare ſi tempore promotionis ordi-
natus habet patrem diuitem vel alium affinem a quo
poſſit alimenta percipere,ſequitur Dec.num.7. nan-
24 que non dicitur pauper,qui patrem habet diuitem c.
25 1. de magiſt. extimum enim † patris filij reputatur
Gloſ.in l.2.C.qui æta.lib.10.Alex in l.in ſuis ff.de lib.
& poſth.Barbat.conſ.10.ſapienter col.1. libr.2.Dec.
conſ.443.num.4.Tiraquell.in trac.de iure primoge-
nit.q.41.num.17.& in l.ſi vnquam in præfat. nu. 24.
26 C.de reuocan.donat.valet† enim conſequentia pater
eſt diues ergo filius Dec.d.conſ.443. num. 8.Alciat.
27 in d.l.in ſuis num.10.ff.de lib.& poſth.filius†enim ea
dem cum patre reputatur perſona l.vlt.C.de impub.
& alijs.ſubſt.Soc.iun.cōſ.4.num.4.lib.2. & eadem ca
ro c.contradicimus §.auctoritate 35.q.3. Sarn. in §.
actiones num.8.de act. quod tamen hodie non pro-
cedit ſtante diſpoſitione nouiſſima conc.Trid.d.c.2.
28 namque requiritur † vt verę & realiter habeat patri-
monium quod ſit vel ex hæreditate patris aut ei do-
natum a Patre,vel ab alio vt ibi dicitur, alioquin non
29 debet epiſcopus eum ordinare qui magna†diligentia
in clericos ad ordines ſacros promouēdos vti debet
prout faciebat ſanct.mem.Carolus Borromeus Car-
dinalis ſanctæ Praxedis Achiepiſcopus Mediolanē-
ſis,vt omnibus compertum eſt & tradit Maſcard. de
prob. concl. 1140. num.9. Qui epiſcopus debet eſſe
cautus ne inter ipſum & ordinatum in cōſignatione
talis patrimonij loco tituli beneficialis intercedat ali
30 qua pactio † quod nunquam petat beneficium eccle
ſiaſticum ab eo ex hac cauſa,quia eſſet ſimoniaca pa
ctio c.penul.de ſimon.Maiol.de irregul. d. c.15.ſub
num.2.ſed ſi poſtea fuerit ordinato ad titulum patri
31 monii collatum beneficium† poterit licite viuere de
beneficio, & conſeruare reditus patrimoniales, &
alienare illos,vt tenuit Inno.in d.c. epiſcopus & eſt *
* communis opinio de qua teſtatur Abb.ibidem nu.2.
vbi plura ſcribit in hac materia.
32 Poteſt etiam aliquis† ordinari ad titulum ſemina-
rij cauſa inſeruiendi beneficio vnito ſeminario vt cē
33 * ſuit*ſacra congregatio cōcilij,ita†etiam poterit quis
ordinari ad titulum ſeruitij in aliqua eccleſia cui ad-
ſcribitur & deſeruire tenetur in ordine ſuſcepto c.
16.ſeſſ.23. de refor. *cum nullus debeat ordinari qui iudicio ſui epiſcopi non ſit vtilis aut neceſſarius ſuis eccleſijs.Sancta Synodus veſtigijs ſexti canonis cōc. Calcedonen.inhærendo ſtatuit vt nullus in poſterum ordinetur qui illi eccleſiæ aut pio loco, pro cuius neceſſitate aut vtilitate aſſumitur,non adſcribatur vbi ſuis fungatur muneribus nec incertis vagetur ſedibus*,& hoc tradit Maiol.de irregul.lib.4.c.15. ſub n.
2.& gaudet iſte priuilegio fori c.6.ſeſſ.23.de reform.
34 & iſte aſcriptus † certæ eccleſiæ a nullo Epiſcopo re
* cipiendus eſt vt cenſuit ſacra*Congregatio Cōcilij.
Cum ergo(redeundo ad propoſitum) non poſſit
quis ordinari ſine titulo ea ratione ne mendicet ſeq
35 tur quod hæc ratio viget ne poſſit † illud beneficiū
* * reſignare ad quod quis*fuit ordinatus & ita*ab om-
* nibus tenetur & in* praxi ſeruatur alioquin nulla &
inualida eſt renunciatio.

36 Limita vt poſſit†beneficium ad quod quis fuit or
dinatus renunciari quando ille haberet aliunde vnde
viuere,facta mentione de duobus ſcilicet quod ad il
lud beneficium fuit promotus & quod habet vnde vi
uere vt probatur in dic.decre.Conc.Trid.c.2.ſeſſ.21.
de reform.ibi.*Id vero beneficium reſignare non poſſit,niſi facta mentione quod ad illius beneficij titulū ſit promotus,neque ea reſignatio admittatur niſi conſtito quod aliunde viuere commode poſsit & aliter facta reſignatio nulla ſit*,quod etiam colligitur ex c.
ſanctorum ex cap.neminem diſt. 70. ex c. epiſcopus
ex c.ſuis de præben.cum alijs ſupra allegatis. Ratio
quod in dict.caſu admittatur reſignatio eſt quia tūc
quoties habet aliunde ex quo viuere poſſit ceſſat ra-
tio ſacrorum canonum de mendicitate, ergo debet
37 ceſſare † prohibitio cap.cum ceſſante de appell.l.a di
gere §.quamuis de iurepatr.late Tiraquel.in trac.ceſ
ſante cauſa.
Et ratio cur debet exprimi quod ſuit ordinatus
ad titulum illius beneficij eſt quia Papa poteſt ex hac
narratione moueri ad nō admittendam renunciatio
38 nem arg.d.c.ſanctorum & tamen regulariter† debent
narrari illæ qualitates ex quibus poſſet moueri con-
cedens negare vel ne Fel.in cap.in noſtra de reſcr.Io.
Selu.de benef.p.3.qu. 11.Menoch.de arbitr.iud.caſ.
* 201.& communiter*doct.in c.ad aures de reſcr.Seba
ſtian.Medices in additionibus ad Abbatem antiq.in
c.admonet de renunciat.vbi loquitur in terminis no
39 ſtris.Ideo ſi de hoc non fuerit facta mentio,† nulla ē
* reſignatio vt*cenſuit ſacra cōgregatio Conc.de ann.
* 1588.& fuit reſolutum*in Rot.in vna Salamantin,co
ram R.P.D.Orano Auditore doctiſſimo menſe Ma
* ij eiuſdem anni 1588.in vna*Iſpalen.coram R. P.D.
40 Platta 17.Iunij 1588.Hinc† eſt q͏ de beneficio con-
ceſſo miſerationis gratia facienda ſit ſpecifica mētio
Vinc.de Franch.deciſ.181.num.8.
Quæ ratio etiam concludit vt debeat exprimi qđ
habet aliunde,ex quo poſſit viuere,nam alioquin nō
* concederetur,& non admitteretur reſignatio prout*
quotidie videmus fieri,& ideo hæc clauſula appoſita
in ſupplicatione quia reſignans habet aliunde vnde
41 † viuat reſpicit ſubſtantiam gratiæ,nam attento ſtilo
* *alias non ſolet concedi iux.d.cap.2. ſeſſ. 23. Conc.
* Trid.de refor.& ita fuit reſolutum* coram R.P.D.
Orano 5.Decemb.1586.in vna Lucan.quamuis Na-
uar.conſ.23.in fine verſ.ſecundo, de præben. teneat
contrarium, cuius opinio poſſet procedere in foro
conſcientiæ,vt ipſe paulo ante in dicto conſ. firma-
uerat,in eo qui renunciauit beneficium ad cuius titu
lum fuerat ordinatus reſeruata penſione centum, vt
ſit tutus in foro poli,cum habeat,vnde viuat,licet nō
expreſſerit quod fuerat ordinatus ad titulū illius be-
neficij.Et hæc ſi fuerit facta reſignatio corā ſummo
Pōtifice,ſi vero Ordinarius admiſit reſignationē ex
tra hunc caſum vtiq;tenet de ſuo miniſtrare arg.d.c.
Epiſcopus de præbend.nam ſicuti adeſt culpa in or-
dinando ſine titulo,ita adeſt hoc caſu.Hinc congre-
* gatio*Conc.alias reſcripſit his verbis ordinarius qui
admiſit reſignationem factam ab aliquo presbytero
qui nihil aliud præter illud beneficium habebat vnde
commode ſuſtentari poſſit tenetur eum alere nec po
teſt eidem beneficium illud reſignatum reſtituere,
ſed in eo inſtitui debet ille,qui præſentatus fuit a pa-
trono.ergo ſi fuerit collatum huiuſmodi ebneficium
* tenet collatio facta & alias eadem*congregatio Con
c.* cenſuit quid ſi Ordinarius non habens facultatē
admittendi reſignationes niſi in certis caſibus iuxta
con-



42 conſtitut.Pij Quinti ſi illam admiſerit extra illos ca-
ſus de beneficio habito in titulum beneficium vacat,
ſed Ordinarius de proprio illi prouidere tenetur &
* alias*fuit deciſum per eandem Congregationem Cō
43 cilij quod †ſi aliquis habens beneficium ad quod fuit
in titulum ordinatus iurauerit illud reſignare vel con
ſtituit procuratorem ad reſignandum & iurauit illū
non reuocare compellitur renunciare & poterit pro
curatorem reuocare pręmiſſa abſolutione a dicto
iuramento.
Et hæc ſufficiant dixiſſe circa hanc pulcherrimam
materiam.

## SEPTIMAE QVAESTIONIS

### *SVMMARIVM.*

1 *Beneficia exempta poſſunt reſignari etiam in fauorem.*
2 *Beneficia exempta poſſunt permutari.*
3 *Reſignatio beneficij exempti debet fieri coram Papa.*
4 *Papa eſt ſuperior exemptorum.*
5 *Beneficia exempta dicuntur triplici reſpectu.*

SEptimo Quæro an bene
1 ficia†exēpta poſſint re-
* ſignari?*communis opi
nio omnium doct.eſt af
firmatiua etia in fauorē;
** nam poſſunt ex** com
muniori opinione†taiia
2 beneficia permutari Pe
tr.de Peruſ.in tract. de
permut.benef.2. par.q.
vlt.Petr.And.Gamm.in c.primo num. 132. de rer.
permut.lib.6.namque nihil repugnat.
Declara tamen dummodo huiuſmodi reſignatio
3 beneficiorum exemptorum† fiat coram ſumm.Pon
4 tifice ſi ſoli Papæ ſubiecta ſunt,ipſe enim † duntxat
eſt ſuperior tunc cap.auctoritate de priuil.lib.6. not.
in clemen.1.de reb.ecclesſ.& probatur in cap. ſi Ab-
batem de elect.lib.6.vbi ab omnibus hæc concluſio
* *recipitur ſecundum quam pluries in Rota deciſum*
* fuit.Et hæc declaratio procedit ſi beneficium eſt exē
ptum quia ſoli Papæ ſubiectum eſt,ita Gamm. dict.
cap.1.num.132.de rerum permut.lib.6.vbi dicit tri-
5 plici ratione dici beneficium exēptum primo quia ſo
li Papæ eſt ſubiectum,ſecundo quia eſt exemptum a
proprio epiſcopo,verum ſubeſt proprio prælato &
hoc caſu ſi proprius prælatus habet iuriſdictionem
epiſcopalem aut priuilegium ipſe poterit recipere re
nunciationem,tertio quia eccleſia eſt exempta a iuriſ
dictione epiſcopi,populus vero nequaquā & hoc ca-
ſu ſecundum Petrum de Peruſio & Gamm. poterit
epiſcopus recipere denunciationem.

## OCTAVAE QVAESTIONIS

### *SVMMARIVM.*

1 *Beneficia non debent eſſe ſine redditibus.*
2 *Beneficia ſine redditibus poſſunt reſignari in fauorē.*

OCtauo Quæro:An benefi
ciū ſine redditibus poſſit
reſignari?quamuis regula
1 riter†beneficia non de-
beant eſſe ſine redditibus
Ferret.conſ. 312.num.1.
tamen ſi reperiantur vera
2 eſt concluſio poſſe† reſi-
gnari etiam in fauorē vt
* fuit reſolutum* in Rot.
coram Io.Paul.in vna Tar
raconen.de menſe Iunii 1530.teſte Sarn.deciſ.2. lib.
1.in manuſcr.

## NONAE QVAESTIONIS

### *SVMMARIVM.*

1 *Beneficia vnita non poſſunt reſignari.*
2 *Beneficia vnita non poſſunt permutari.*
3 *Beneficium vnitum non dicitur amplius beneficium.*
4 *Vnio fit ex neceſſitate & vtilitate.*
5 *Res ſubiecta reſtitutioni non poteſt alienari.*
6 *An per vnionem acquiratur ius ad rem vel in re.*
7 *Vnio de beneficio viuentis,fit abſq; præiudicio ipſius.*
8 *Reſignatio facta in fauorem cum narratiua vnionis valet,& ſuſpendit vnionem.*
9 *Papa ſuſpendendo vnionem, non facit præiudicium conſiderabile.*
10 *Papa eſt dominus beneficiorum.*
11 *Aliud eſt differre aliud tollere.*
12 *Verbum per ceſſum non capit renunciationem in fauorem ſed ſimplicem.*
13 *An requiratur derogatio iuris quæſiti.*
14 *Non facta mentione vnionis reſignatio eſt inualida.*
15 *Gratia eſt ſurreptitia non facta mentione vnionis.*
16 *Papa non præſumitur dare literas præiudiciales.*
17 *In generali conceſſione non venit illud quod Princeps non eſſet conceſſurus.*
18 *Regula Cancellariæ tollens vniones quæ effectum ſortitæ non ſunt non tollit factas auctoritate Concilij Triden.*
19 *In quibus caſibus Concilium Triden. mandet fieri vnionem.*
20 *Reſignatio nulla ob non factam narratiuam vnionis ius non abdicat.*
21 *Non faciens mentionem vnionis cū ſciret abdicatius.*
22 *Subintrat vnio facta renunciatione coram ordinario.*
23 *Verba per ceſſum vel deceſſum quomodo intelligantur*
24 *Expectatiua capit beneficium vacans ex renunciatione facta in manibus ordinarij.*
25 *Expectatiua capit omnem modum vacationis.*
26 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.*
27 *Subintrat vnio facta renūciatione ſimplici corā Papa.*
28 *Reſignatarius conſequitur beneficium & quæ ſunt annexa beneficio reſignando.*

NOno quæro, An beneficia vni
ta poſſint reſignari antequam
vnio ſortiatur effectum?exem
plum ſi beneficium Titij eſt
vnitum beneficio meo aut
alteri vt poſt eius mortem ſor
tiatur effectum;An hoc caſu
Titius poſſit illud beneficium
reſignare in fauorem alicuius?
* communis * opinio eſt negatiua quam † tenuit Ol-
drad.

1 drad.conſ.257.num.20.verſ.3.Fel.in ca. noſtra num.
23.de reſcr.Petr.Greg.Syntag.iur.lib.17.cap. 17.nu.
* 18.ita etiam * communis opinio eſt talia beneficia
2 † vnita non poſſe permutari Io.And.in addit. ad ſpec.
tit.de præb.in princ.Feder.de Sen.conſ.195.incipit p
mutatio & in tract.permut.beneſ.q.33.Rot. deciſ.1.
de rer.perm.in antiquioribus & deciſ.3.de rer.perm.
in antiquis Petr.And.Gamb.in c.licet num.78. eod.
* tit.in 6.vbi dicit ita eſſe tenendum * in iudicando &
* num.80.dicit hanc eſſe veram de*communi etiam at
teſtatur Bellam.de permut.beneſ.p.3.q.7.num.10.
Et probatur hæc concluſio in c.5.ſeſſ.21. de refe-
ren.ibi . *Quæ vniones etiam non poſſint reuocari nec quoquomodo infringi vigore cuiuſcunque prouiſionis etiam ex cauſa reſignationis aut ſuſpenſionis* & in c.
18.ſeſſ.23.de reform.ibi. *nec per reſignationem ipſorum beneficiorum vniones,& applicationes ſuſpendi vel alio modo impediri poſſint ſed omnino quacũque vacatione etiam ſi in curia effectum ſuum ſortiãtur & quacunque conſtitutione non obſtante,&c.*
3 Et ratio eſt quia beneficium † vnitum non dicitur
amplius beneficium Oldrad.conſ.257.factũ tale eſt.
num.15.& num.18.Caccialup.de vnionib.q.11.ar.8.
nu.7.D.meus Card.Pariſ.conſ.31.nu.10.vol.4. Man-
doſ.de Infir.reſignat.q.14.in princ. & eſt communis
* *opinio.
Secunda eſt ratio quia ſi valida eſſet reſignatio im
* 4 pediretur † vnio quæ ſecundum* magis communem
opin.fit ex neceſſitate,& vtilitate eccleſiæ Rebuff. in
prax.tit.de Vnion.nanque vnus renunciaret alteri &
ille alijs ita q̀ nũquam eſſet locus vnioni:& ſicuti res
5 ſubiecta † reſtitutioni alienari non poteſt l. vlt. §. ſed
quia C.comm.de leg.Ioann.And.in addic.ad Specu.
in tit.de præbend.in princ.ita & beneficium vnitum
6 ſiue teneas per † vnionem quæri ius ad rem vt per Ol
drad.conſ.257.num.29. vel in rem vt per Put. deciſ.
357.num.10.lib.1.
7 Tertio accedit quia vnio † de beneficio viuẽtis fit
* abſque præiudicio obtinentis vt eſt* communis opi.
de qua per Caccialup.& Rebuff.locis citatis:hoc ve-
rificatur ſolum ſemel in eo qui de præſenti obtinet
tempore vnionis l.boues §. hoc ſermone ff. de verb.
ſign.vbi late Tiraq.
Limita non procedere quoties reſignatio facta eſ
ſet in Curia ad fauorem alicuius cum narratiua vnio
nis,nam hoc caſu Papa admittendo reſignationem ,
& conferendo beneficium reſignatum ei in cuius fa
8 uorem fuit facta † ceſſio cum clauſula, & nõ alias &c.
videtur ſuſpendere pro illa vice vnionem prout fuit
reſolutum in Rot.in vna*Conchen.præſtimonii 23.
Octob.1542.teſte Put.deciſ.357.libro 1. Mandoſ.in
prax.de ſignat.grat.tit.renunciationes col.4.in fi.Nã
que ſummus Pontifex ſuſpendendo non dicitur face
9 re præiudicium † conſiderabile vnioni quia poteſt eſ
ſe quod reſignatarius præmoriatur reſignanti & ſic
vnio citius habebit effectum & vnio concernit pro-
prietatem beneficij,collatio vero fructus , vnde non
erit abſurdum vt ex facto Pontificis ſuſpendatur pro
illo tempore effectus vnionis ad not.per Ioã.And.in
10 clem.diſpendioſam de Iudi.Nam † Papa eſt dominus
omnium beneficiorum Sarn. in procemio reg. queſ.
11 1.col.5.& aliud eſt tollere aliud vero † differre & ſuſpẽ
dere Innoc.in c.cum inter de conſuetud.
Confirmatur quia vnio fit vt habeat locum quam
primum beneficium vacauerit per ceſſum vel deceſ-
12 ſum quæ verba † non capiunt renunciationem in fauo
rem alicuius,ſed tantum renunciationem ſimplicem
& mortem vt tradit Caſſad.deciſ.3.de renun. faciunt
ea quæ de indulto Cardinaliũ in ſimili ſcribũt Card.
S.Crucis deciſ.71.Peleg.deciſ.52.lib.3.in manuſcrip.
Put.deciſ.523.lib.2.& deciſ.179.& 180.lib.3.
Et concedens vnionem videtur concedere ſub ta
cita conditione vt locum non habeat in renũciatio
* ne facta in fauorem certæ perſonę ex vſu*Palatij ſciẽ
tis,& approbãtis Bellam.deciſ.167.Put.d.deciſ. 357.
* lib.1.& ita communiter*practicatur.
Quod etiam procedit ſi non ſit derogatum iuri q̃
13 ſito,nam † quicquid voluit Oldrad.conſ.223.& 257.
* factum tale eſt num.29.ita fuit*iudicatũ in Rot.Put.
d.deciſ.357.lib.1.melius tamen eſt vt ponatur dero-
gatio cum alijs clauſulis ſolitis,& ita vidi ſeruari.
Vnde facta reſignatione in fauorem certæ perſo-
næ cum narratiua vnionis non ſubintrat vnio vt aliq
tenuerunt , ſed reſignatarius conſequetur beneficiũ
* vt fuit tẽtum*in dict.Cochen.præſtimonij 23.Octo
bris 1542.teſte Put.d.deciſ.357.libro 1. Mandoſ.in
prax.de ſignat.grat.tit.renunciationes col.4.in fi.
14 Si autem non fuit facta † mentio vnionis factæ,in
reſignatione in fauorem alicuius,reſignatio non te-
net ita reſpondit Oldrad conſ.257.num.20.cum ſe-
quen.& num.26.27.& 29.Sequitur Put.d.deciſ.357.
num.4.lib.1.Rot.deciſ.3.de rer.perm.in antiq.& eſt
* * communis opinio,tum qui a † gratia eſt ſubreptitia,
15 cum in ea non ſit facta mentio vnionis ad not. * per
omnes & præcipue per Fel.in cap. ſuper literis de re-
ſcrip.Tum quia non eſt veriſimile quod Papa volue-
rit tollere & impedire effectum vnionis cum ſumm.
16 Pontifex non † intendat dare literas præiudiciales al-
teri niſi expreſſe exprimat Archid.in cap. cum aliqui
bus & cap.quamuis de reſcr.eo maxime cum vnio re
ſpiciat neceſſitatem,vel vtilitatem eccleſiæ cap. vnio
10.q.3.c.poſtquam 16.q.1.Hinc in generali conceſ-
17 ſione non venit † illud quod Princeps non eſſet con
ceſſurus cap.in generali de reg.iur.l.qui peculij ff. de
pecul. q̀ eo maxime procedit ſi vnio fuit facta au-
18 ctoritate Concilij Tridentini,nam † Regula Cancell.
tollens vniones,quæ effectum ſortitę non ſunt , non
tollit factas auctoritate Concilij Triden.vt in caſu c.
5.ſeſſ.21.de reform.cuius auctoritate epiſcopus tan-
quam ſedis Apoſtolicę delegatus poteſt facere vnio
nes quorumcunque beneficiorum etiam generaliter
vel ſpecialiter reſeruatorũ,& affectorum( ſine tamen
19 præiudicio obtinentium )propter eorum † pauperta-
tem.Et ratione tenuitatis fructuum Cathedrales ec
cleſiæ vniuntur per ſumm.Pontificem habita relatio
ne Concilij prouincialis capit.13.ſeſſ.21. de reform.
Conc.Trid.& ratione etiã tenuitatis epiſcopus vnit
beneficia ſimplicia præbendis c.15.ſeſſ.24. de refor.
Conc.Trid.ita pro erectione ſeminarij c.18.ſeſſ.23.
de reform.in eod.Conc.Trid.
Sed dubium eſt an hoc caſu cum non valeat reſi-
gnatio ob non factam narratiuam vnionis ſubintret
20 * vnio?communis*eſt opinio † ius non abdicari a reſi
gnante,& per conſequens reſignantem poſſe conti-
nuare ſeu redire ad ſuum beneficium,vt tenet Oldr.
quem refert & ſequitur D.meus Card. Pariſ. conſ.
114.num.7.& 8.vol.4. ſecundum quam opinionem
* fuit Iudicatum*per ſacram Congregationem Con-
cilij,& ſic expectandus erit euentus ſimplicis vacatio
21 nis,quod limita non habere locum † quoties reſignãs
ſciens vnionem de ea non fecit mentionẽ,quia tunc
ſcienter nulliter videtur renunciaſſe & per cõſequẽs
* amittit ius iux.deciſ.Rot.*factam de anno 1567.co-
ram Seraphino de qua dictum eſt lib.1.q 3.





Et hæc quæ diximus procedunt in reſignatione
quæ fit in manibus ſummi Pontificis,coram quo po
teſt fieri renunciatio etiã in fauorem.Si autem quis re
22 renunciaret beneficium vnitum † coram Ordinari o
teneo ſubintrare vnionem & per conſequ ens Ordi-
narium non poſſe illud beneficium conferre nam-
23 que vnio ſortitur effectum per † ceſſum vel deceſſum
& ſic in caſu mortis & renunciationis ſimplicis Put.
dict.deciſ.357.libi.1.Caſſad.deciſ.3.de renunc.Card.
S.Crucis deciſ.71.Pelegr.deciſ.52.lib.3.& * commu-
niter doct.
24 Ita etiam expectatiua † Capit beneficinm vacans p
reſignationem factam in manibus Ordinarij etiam
in menſe Apoſtolico Collectan.in cap. pro illorum
col.1.veſic.ſed quid de præbend.Idem Collact . cap.
* 1.colum.8.in fin.verſic.ſed quid de reg.iur.& ita* ſer
uari atteſtatur Aeneas de Falconi.de expectat quæſt.
2.principali num.31.& ita fuit reſolutum in Rot. in
* vna*Columbrien.Canonicatus & præbend.die . 27.
Februarij 1541.teſte Put.deciſ.antiq.Ptolom. deciſ.
135.Moedan.deciſ.132.ſub.tit.de præbend. incipit
25 fuit reſolutum in manuſcr.namque † expectatiua ca-
pit omnem modum vacationis exceptis caſibus
26 in illa contentis. Et illi † caſus firmant regulam in
contrarium in caſibus non exceptuatis l. quæſitum
§.denique ff.de fund.inſtruc.cap.2.de coniug.leproſ.
venit enim omnis modus vacandi gloſſ.in cap.cupien
tes in principio de elect.in 6.Franc. & alij in cap.
ſuſceptum de reſcript.lib.6.Lapus.alleg.6.colum. 2.
cum alijs vt per Felin.in cap.in noſtra num.47.de re
ſcr.Io.Selu.de beneſ.p.3.quæſt.12.num.69. Rebuff.
in praxi titul.pars ter.ſignat.in verſic.alia clauſula nu.
2.& in tit.requiſita ad collationem nu.47.& 49.
Idemque erit dicendum in renunciatione ſimpli-
27 ci facta coram ſummo Pontifice , vt tunc † ſubintret
vnio,quia eadem ratio viget,verum ſi ſumm.Pontifex
conferat ad alicuius inſtantiam & deroget vnioni,va
lida eſt collatio,alias eſt ſubreptitia per ſupra dicta .
Et in hac materia ſcias quod ſi alicui fuit reſigna
tum beneficium,reſignatarius conſequetur illud be-
28 neficium reſignatum,& quæ † illi beneficio ſunt vni-
* ta vt fuit reſolutum in Ro.*in vna Abulen. Deſerẽtin.
die 14.Martij 1543.coram Put.teſte eod.deciſ. 442.
lib.1.& facit tex.Concilij Tridentini cap.9.ſeſſ . 25.
de reformat.§.in ſuper.

## DECIMę QVAESTONIS

### SVMMARIVM.

1 *Beneficia ſuper quibus conceßæ ſunt expectatiuę non poſſunt reſignari in fauorem.*
2 *Beſicia huiuſmodi non poſſunt permutari.*
3 *Expectantes non debent eludi.*
4 *Expectatiuæ hodie ſunt prohibitæ.*
5 *Ceſſio huiuſmodi beneficiorũ cũ derogatione eſt valida.*
6 *Per renunciationem ſimplicem expectans conſequitur beneficium.*

1 DEcimo Quæro an beneficia † ſu-
per quibus conceſſæ ſunt expe-
ctatiuæ a ſede Apoſtolica poſ-
ſint reſignari in fauorẽ alicuius
communis*opinio eſt negatiua
quam tenent Collectan.in cap.
pro illorum num.2.de præbend.
Alexan.in l.filię num.1.ff.ſolut.matrim.Gabriel. cõſ.
187.num.6 lib.primo,nam huiuſmodi beneficia nõ
2 poſſunt † permutari vt poſt Cardin.tenuit Barbat. in
cap.quæſitum col.4.de rerum permut.cum alijs vt p
Gamm.in cap.licet num.42.de rerum permut.lib . 6.
* vbi tradit ita*iudicandum eſſe Rot.deciſ.16. num. 8.
* de rerum perm.in antiq.Aene.de Falcon. de expect.
* q.3:num.31.vbi dicit ita*ſeruari.& eſt* communis opi
3 nio.Et ratio eſt quia expectantes † & concedentes elu
derentur contra notat.in clem.1.de renũ.& plura poſ
ſem ad hoc cumulare,quę omittam ſtante prohibitio
4 ne expectatiuarum etiam in fauorem † collegiorum
vniuerſitatum & ſingularium perſonarum etiam ſub
nomine indulti per Concil.Trid.cap.10.ſeſſ.24.de re
form.
5 Declara tamen † niſi eſſet facta reſignatio coram
Papa & Papa admitteret habita ſciẽtia expectatiuæ cũ
derogatione iuxta ea quę diximus ſupra de vnione
deciſ.357.lib.1.
Si vero reſignatio eſſet facta coram Ordinario de
6 beneficio ſuper quo † erat conceſſa expectatiua vi-
que per hanc reſignationem factam in manibus Or
dinarij ſubintrat expectans quia beneficium vacat
* vt fuit reſolutum in Rota in vna*Colombrien.Cano
nicatus , & præbendæ die 27. Februarij 1542. teſte
Put.deciſ.273.lib.1.& dictum eſt ſupra q. præcedẽti.

## VNDECIMAE QVAESTIONIS.

### SVMMARIVM.

1 *Beneficia manualia poßunt reſignari in fauorem.*
2 *Beneficia manualia poſſunt permutari.*
3 *Regula de publicandis comprehendit manualia.*
4 *Beneficia manualia vacant per obitum, reuocationẽ ſuperioris,& reſignationem.*
5 *Beneficia manualia poſſunt eſſe perpetua attẽto quod prælatus non reuocabit.*
6 *Abbatiæ Regulares,& prioratus poſſunt reſignari.*
7 *Reſignatio beneficij manualis eſt valida expreßa manualitate.*
8 *An prouiſio facta reſignatario ſit ad nutum reuocabilis.*
9 *Quæ a ſuperiori dantur per inferiorem tolli non poſſunt .*
10 *Veriſimilis mens attendenda.*
11 *Inferior non poteſt infirmare ſententiam Papæ.*

1 VNdecimo quæro an beneficia †
manualia poſſint reſignari?cõ-
munis concluſio eſt poſſe reſi
gnari etiam in fauorem nanq;
2 poſſunt † permutari Federic.de
Sen.in tract.de permut. beneſ.
q.16.num.24.Bellam.in eodem
tract.p.3.q. 5. Petrus de Peruſ.
in eodem tract. de perm.beneſ.nu. 10. And. Gamm.
in c.licet num.84.de rerum permut.in 6.
* Hinc in vna*Aquilan.Prioratus coram Cantuccio
3 die Veneris 28.Ianuarij 1583.fuit † reſolutum regulã
de publicandis reſignationibus habere locum in his
beneficijs manualibus,ſi enim dictorum beneficio-
rum renunciatio non poſſet fieri,vtique vana fuiſſet
diſputatio?
4 Namque dicta beneficia † ſicuti vacant per obitum
& reuocationem ſuperioris ſecundum gloſſ.& tex.in
clem.

clem.regulares verb.reuocare de ſupplen.præl.negl.
Selu.de benef.p.3.q.21.num.2.Mil.in verb.beneficiũ
ita poſſunt vacare per reſignationem, vt explicat no
uiſſ.Excel.D.Anaſt.Germon.de Indult.§.irregularia
num.16.

Accedit quia vt dictũ eſt dicta beneficia poſſunt
5 eſſe perpetua attento quod prælatus forſan non reuo
cabit & hoc ſufficit arg.c.vlt.de reſcr.lib. 6.l. ſufficit
ff.de cond.indeb.Boniſ.de Vitall.in clemẽ. prima.§.
in quibus num.3.de ſupplen. prælat. negl. Gammar.
de poteſt.leg.a lat.lib.4.num.13. in fi.& numero 14.
15.& 16.

6 Ex quo infertur † Prioratus & Abbatias regulares
hodie poſſe reſignari tum ex ſupra dictis, tum etiam
quia hodie dantur in perpetuum Gammar.d.trac.de
auct.leg.a Later.lib.4.Mandoſ.reg.3.reſeruat.quæſt.
11.num.3.

Declara tamen vt huiuſmodi reſignatio facta in
7 fauorem de beneficio † manuali ſit valida ſi fuerit ex
preſſa manualitas, alias eſt ſubreptitia vt fuit reſolutũ
* in Rot.in vna * Camerinen.coram Petraſancta teſte
Simonett.deciſ.29.lib.1.& deciſ.42.lib.2.in manuſc.
Achil.deciſ.7.de renunc.in manuſc.& faciunt ea, quę
ſcripta ſunt de vnione, & expectatiuis in duabus præ
cedentibus quæſtionibus.

8 Dubium tamen eſt† An prouiſio facta reſignata-
rio ſit ad nutum reuocabilis per ſuperiores? aliqui te
nent quod ſic, quia Papa confert beneficium cũ one
ribus & qualitatibus ſuis non intendendo eius natu-
ram alterare per hanc rationem hoc tenet Federicus
de Sen.de permut.benef.q.17.vbi Lap.in addit.Con-
traria tamẽ opinio verior mihi videtur, quam tenuit
Paul. qui hanc concluſionem diſputauit Peruſiæ, vt
tradit Alex.de Antill. quem refert & ſequitur Gãm.
d.cap.licet ſub num.84.verſ.aduerte de rer.perm.lib.
6.tum quia Papa ex certa ſcientia confert, vnde non
poterit reuocari illud beneficium iuxta not. per In-
noc.in cap.Niſi de præbend. doct. in cap. cum inter
9 de elect.tum† etiam quia quæ a ſuperiore dantur per
inferiorem tolli non poſſunt.c.1.vbi Inn.Abb. Dec.
* Bero.&*communiter de conf.vtil.vel inutil.

Accedit qa talis reſignatio redderetur eluſoria, vn
de veriſimilis mens ſummi Põtificis eſt velle vt illud
10 beneficium ſit perpetuum† quæ attendenda erit Bal.
conſ.180.lib.3.Oldrad.conſ.13. cum quæſtio in fin.
Confirmatur quia ex ſcientia Papæ ille efficitur obe-
11 dientiarius ipſius Papæ, & inferior non poteſt† infir-
mare ſententiam latam per Papam c. 2. de confirm.
vtil.vel inut.& hanc opin.tenent Bellam. de permut.
* benef.p.3.q.6.& eſt*communis, & vera ſententia.

## DVODECIMAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.

1 *Beneficia patrimonialia poßunt reſignari.*
2 *Beneficia patrimonialia debent renunciari in fauorẽ filiorum patrimonialium.*
3 *Beneficia patrimonialia quæ ſint.*
4 *De beneficijs patrimonialibus iudicatur, vt de alijs.*
5 *Indulta Cardinalium capiunt beneficia patrimonialia.*
6 *Regula de menſe comprehendit patrimonialia.*

DVodecimo Quęro an beneficia
patrimonialia poſſint reſigna
ri? communis opinio eſt affir-
1 matiua † poſſe reſignari etiam
in fauorem dummodo fiat in
2 fauorẽ filiorum † patrimonia-
lium & illis cõferantur ita Mã
doſ.de Infir.reſign.q.15.num.
8.verſ.2.& num.13. & in ſeq.
3 numeris explicat quæ† ſint iſta beneficia prout ſum ũ
tur in Ciuitate Burgen.Calaguritan.& Palen. & aliis
4 Hiſpaniæ, & † regulare eſt vt de hmõi beneficijs iu-
5 dicetur ſicut de aliis: hinc † indulta Cardinalium ca-
piunt patrimonialia, Put.dec.163.lib.3.Caputaq. de-
6 ciſ.66.lib.2.Hinc etiã regula de menſe † comprehen-
dit patrimonialia, in vna*Calaguritana beneficii die
* Veneris 30.Martii 1590.Coram R.P.D.Orano Au-
ditore Rotæ Doctiſſimo.

## TERTIAEDECIMAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.

1 *Beneficia extincta & ſuppreſſa poſſunt reſignari.*
2 *Beneſiia huinſmodi poßunt permutari.*

TErtiodecimo Quæro An be-
neficium extinctum & ſup-
preſſum poſſit reſignari ad fa
uorem, exemplum in benefi-
cijs quæ non vacant vt ſunt
in eccleſia non numerata ca-
nonicatus & præbendę cap.
dilecto de terum permut.Ge
min.in cap.liceat num. 24. in
princ.de rerum permut.lib. 6.? Affirmatiua opinio†
1 videtur verior in puncto iuris quam tenet Io.de ligna
no & collectan.quos refert & ſequitur Gemin.d.cap.
2 licer ſum nu.24: poſſunt itidem† dicta beneficia per-
mutari Gamm.dict.cap.licet num.91. ex rationibus
ibi allegatis quamuis Bellam.de permut.benef.2.par
quęſt.1.num.8.teneat corarium.

Et ad hanc quæſtionem poſſunt applicari ea quæ
ſupra diximus de vnione quæ.poterunt videri.

## DECIMAEQVARTAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.

1 *Hoſpitalia aliquando conceduntur in titulum, aliquã do in adminiſtrationem.*
2 *Hoſpitalia quæ dantur in titulum poßunt reſignari.*
3 *Hoſpitalia huiuſmodi poſſunt permutari.*
4 *Hoſpitalia quoties dantur in titulum poſſunt permutari.*
5 *Conſtitutio de publicandis comprehendit hoſpitalia*
6 *Hoſpitalia quæ dantur clericis in adminiſtrationem poßunt reſignari.*
7 *Hoſpitalia huiuſmodi, non poſſunt ſine labe ſymoniæ vendi.*
8 *Hoſpitalia huiuſmodi comprehenduntur ſub conſtitutione Geg.XIII.de publicandis.*
9 *Præceptoriæ poſſunt reſignari.*
10 *Præceptoriæ conprehenduntur ſub beneficio.*
11 *Præceptoriæ an ſint ad nutum amouibiles.*

Decimo



DEcimo quarto Quæro an Hoſpi
talia poſſint reſignari? pręmitten
1 dũ Hoſpitalia aliquando† conce
di in titulum aliquando in admi
* ſtrationem, vt eſt cõmunis* om
nium ſentẽtia de qua Rebuff.in
* tract. de pacific. poſſ.n.81.& 82.
& in tract.de nominat.q.15.doct.omnes in clem. qa
contingit de religioſ.domib.
2 Hoſpitalia† quæ dantur in titulum poſſunt reſigna
ri ſimpliciter & in fauorem vt in caſu Card.Paleot.de
ciſ.112.alias 163.Brittonorien. hoſpitalis in manuſ.
* & in caſu Card.Putei deciſ.261.lib. 1.& eſt cõis* opi-
3 nio† quia talia hoſpitalia poſſunt permutari.Gemin.
quem refet, & ſequitur Gamm.in c.licet n.67. de rer.
perm.lib.6.Io.Andr.quem refert & ſequitur Federic.
4 * de Sen.in tract.de permut.benef.q.14.nu.22.& alij*
omnes† nam quoties hoſpitalia dantur in titulum
ſunt beneficia & de eis ſicut de beneficijs iudicatur
Card.conſ.117.Mandoſ.reg.16.canc.q.51.num.3.&
* 4.Hinc die 13.Aprilis 1582.fuit reſolutum in Rot.*
5 coram Cantuccio in vna Aquil.prioratus † regulam
de publicandis reſignationibus comprehendere ho
ſpitalia quę dantur in titulum.
6 Hoſpitalia vero† quæ dantur clericis in adminiſtra
tionem iuxta formam clem.quia contigit §.vt autem
de religio.dom.poſſunt itidem reſignari ſimpliciter
* & in fauorem, nam quamuis hoc caſu ex* com-
muni non ſint beneficia, tamen non eſt titulus totali
7 ter† profanus, ſed eccleſiaſticus & ſine labe ſimoniæ
vendi non poteſt not, in cap.conſulere de ſimon.cle-
men.literas de prob.ita Feder.de Sen.tract. de perm.
benef.num.2.Bellam.in eod.tract.p.3.q.3. Petr. de
* Peruſ.in eod.tract.Gamm.in dict.cap.licet nu.67. de
* rer.perm.lib.6.&* omnes alij.Hinc in vna Regien.*
8 hoſpitalis† coram R.P.C.Bubalo 23.Nouẽbris 1587.
fuit reſolutum in Rota dicta hoſpitalia comprehen-
di ſub conſtitutione fel.recordar.Gregorij XIII. de
publ.reſignat.
9 Et quæ dicta ſunt† in hoſpitalibus extendo ad præce
ceptorias datas ſiue in titulum ſiue in adminiſtratio-
nem, ſiue ordinis ſint S.Antonij vel alterius puta S.
Ioannis Hieroſolimitani S.Mariæ Theutonicorum
10 & ſimilium, nam† comprehenduntur ſub beneficiis la
te Mandoſ.reg.16.Cancell.q.51. & poſſe renunciari
11 colligitur ex dec.Put.129.& 177.lib.3.quamuis† ſint
ad nutũ amouibiles, de quo fuit dubitatum* in Rot.
12 Decembr.1542.coram Marſican. teſte Put. deciſ.
392.lib.1.

## DECIMAEQVINTAE QVAESTIONIS.

### SVMMARIVM.

1 *Penſio eſt Eccleſiaſticum beneficium contram nu.11.*
2 *Dictio alia implicatiua ſimilium.*
3 *Penſio ſuccedit loco beneficij.*
4 *Subrogatus ſapit &c.*
5 *In impetratione eſt facienda mentio de penſione.*
6 *Diſpoſitio cap.Mandatum de reſcriptis habet locum in penſione.*
7 *Penſiones non poßunt reſignari.*
8 *Penſiones transferuntur.*
9 *Penſiones non poßunt permutari.*
10 *Penſio eſt onus temporale.*
11 *Penſio non eſt Eccleſiaſticum beneficium.*
12 *Mandatum de beneficio nõ comprehẽdit penſionem.*
13 *Regula de infirmis non comprehendit transferentes penſiones in articulo mortis.*
14 *Penſio poteſt transferri in articulo mortis.*
15 *Cap.6.ſeſſ.13.Conc.Trid.de reform.non comprehendit penſionarium.*
16 *Penſionarius non tenetur reſidere.*
17 *Penſio non facit incompatibilitatem cum beneficio curato.*
18 *Penſionarius non obligatur ad officium magnum.*
19 *Penſionarius tenetur recitare officium B. Mariæ.*
20 *Penſio laico poteſt aſſignari.*
21 *Dictio alius quandoque eſt repetitiua ſimilium.*
22 *Regula vulgaris de ſubrogatione procedit cũ adſunt eadem qualitates.*
23 *Penſionarius non eſt titulatus.*
24 *Penſionarius non venit appellatione beneficiarij.*
25 *Penſio poteſt caſſari tacite, & expreſſe.*

DEcimoquinto Quęro An
penſiones quę dantur in
titulũ ſup beneficijs poſ
ſint reſignari? Videtur qd
1 ſic quia† penſio eſt eccle
ſiaſticum beneficium vt
tenuit And.Barbat. in c.
Ad audientiam 2. de re-
ſcrip.tũ quia d.c. Ad au-
dientiam inquit *penſio-*
2 *nes ſeu alia beneficia*, & tamen dictio alia† eſt impli-
catiua ſimilium Bar.in l.ſed & reprobari ff.de excuſa.
tutor.Bald.in Auth.ex teſtamento C. de collat. tum
3 etiam quia penſio† ſuccedit loco beneficij Glg. de
4 penſ.q.56.& ſubrogatus ſapit † naturam eius In cuius
locũ ſubrogatur §.furat inſt.de act.vbi Gomeſ.plu-
ra congerit Marſil.Sing.255.Tiraquel.de legib con
5 nubial.gl.5.num.190.cum ſeq.Hinc† ſicuti de benefi
cio in impetratione facienda eſt mentio, ita & de pẽ-
ſione, alias eſt ſubreptitia impetratio Socc.Sen.conſ.
260.col.1.lib.2.Ber.in cap.ſuper literis num.72.de re
ſcrip.Creſcen.deciſ.237. in manuſ. Menoch.de arb.
Iud.caſ.201.
6 Hinc diſpoſitio† c.mandatum de reſcr.loquens de
beneficijs habet locum in penſione vt ibi tenet Inno.
* in prin.Barb.num.15.& tenuit*Rot.teſte Sarn.de in
fir.reſign.q.16.in princ.
His tamen non obſtantibus contraria opinio eſt
7 * verior &*communis quod ſcilicet penſiones† nõ poſ
ſunt reſignari in fauorem vt in ſpecie tenet Sarn. de
infir.reſig.q.16.col.2.in princ.quẽ ibi ſequitur Man
doſ.col.1.verſ.regula in q.11.Sed de licentia transfer
*8 ri † vt prædicti dicunt & communiter* alij.Hinc nõ
9 poſſunt permutari† vt tenuit Petr. de Peruſ. in tract.
de permut.benef.in 1.par.q.9.Gammar.in c.licet nu
10 me.87.de perm.benef.in 6. namque † penſio non eſt
perpetua vt beneficium, ſed onus temporale Put.de-
ciſ.202.num.3.lib.3.
11 Et penſio† non ſapit titulum beneficialem, vt di-
cit Gammar.loco citat.nec eſt beneficium eccleſia-
ſticum Abb.in cap.Ad audientiam 2.de reſcrip. & ibi
* Fel.ac alij ſcriben.Anch.Gemin.Franc.& alij* omnes
in cap.quamuis de præb.lib.6.Staſil.de grat.expectat.
verb.forma 9.num.12.Sarnen.in eo.tract. verb.gra-
* tias num.92.* communis opinio de qua atteſtantur
Io.Selu.in trac.de benef.p.1.q.3.n.10.Hoied.de incõ
patib.benef.in præfat.num.3.& 2.part. cap.7.num.4.
Hinc ſi mandatur alicui prouidere de beneficio vi
gore

22 gore dicti mandati † de penſione prouidere non po-
teſt c. quamuis el primo de præben.lib.6.
13 H'nc regula † de infirmis reſignat. non comprehẽ
dit transferentes penſiones in articulo mortis prout
* fuit deciſum in Rot.* tempore Leon.X.teſte Sarn. in
cit. q.16.& de anno 1541.tempore Pauli.III. ac die
13.Maij 1542.corã Thoma de Tanis in vna* Gadic.
* prout atteſtatur Sarn.inquibuſdam additioĩa nũſc.ad
cõment.ſuper regul.Cancell.deciſ.8.Mãdoſ..d.q. 11.
in fin;nam nulla lex prohibet huiuſmodi trãslationes
penſionis poſſe fieri in articulo mortis.; immo pen
14 ſio poteſt † transferri in articulo mortis etiam qđ
in conceſſione ſimpliciter detur facultas transferen
* di,vt alias* fuit ſententiatum teſte Put.deciſ. 138.lib.1.
* Hinc die 19.Iunij 1586.* ſacra congregatio Con-
cilij cenſuit † c.6.ſeſſ.23.de refor.Conc.Trid.non cõ
15 prehendere quo ad priuilegium fori eum,cui fuit re
ſeruata penſio ſuper fructibus alicuius beneficij.
16 Hinc penſionarius † ratione huiuſmodi penſionis
non tenetur ad aliquam reſidentiam Archid.in c.quã
uis el primo n.2. ver.prouideri de præb.lib.6.gloſſ.
Ioan.Andr.in verb.in penſione Franc.in 2.not. An-
char.nu.2.verſ.3. collige Gemin.in finali.verb.dod.c.
quamuis Card.in in c.vlt.q.21.de cler.non reſid.Io. de
Anan.in c.non ſatis col.2.de Simon.Sarn. de ann.q.
21.Hieron.Paul.Rom.Io.Selu.quos refet & ſequitur
* Gig.de penſ.q.31.nu.4.& communiter* doct.
17 Hinc penſio non facit † incompabilitatẽ cũ alio be
neficio curato vel requirenti reſidẽtiã Imol.in clem.
gratiæ nu.10.de reſcr.Gig.de penſ.quæſt.42. Duen.
in Regul.71.in 5.limit.Benedict.Cap.tract.regul.90.
* nu.92.* communis vt per multa reſoluit Alfoſ.Hoied.
de incompat.benef.p.2.cap.7.in princ.
18 Hinc penſionarius † non obligatur ad officium ma
gnum Gig.de penſ.q.30.nu.2.Domin.Sot.lib.10. de
19 iuſt.& iur.q.5.art.3.licet ad officium † beatæ Mariæ
Virginis ex præcepto Pij V.Pontif.Max.
20 Hinc etiam † penſio Laico poteſt aſſignari Card.
in clem.2.q.9.de off.ordin.Cacialup.de penſ.q. 12.
num.2.Gig.in eo.tract.q.21.per totum Petr. And.
Damm.de auct.leg.a lat.lib.6.tit.de penſ.n.246. tit.
de penſ.n.246.Redoan.de ſpol.eccleſiaſtico.quæſt.8.
§.ad maiorẽ num.26.Rebuff.de pacif.poſſ.nu. 151.
Card.Paleott.in tract.de not.& ſpu.cap.58.num.4. &
* *Cõmuniter doct.cũ declarationib. vt p dictos doct.
Non obſtant in contrarium allegata, namque do-
* ctri.Barbat.in d.cap.Ad audientiam * communiter
eſt reprobata,nec eius rationes concludunt, namqua
tenus attinet ad ponderationem ſubtilem dict.
cap.ad Audientiam ſuper dictione alia Reſpondetur
21 quod quandoque dictio talius alia aliud eſt repeti-
tiua diſſimilium,vt in euangelio cap.19.Ioan. Cruci
fixus eſt Chriſtus & alij duo latrones . tradit late
Felin.in c.ſedes de reſcr.& in cap.cum non ab homi-
ne de Iudic. & in cap.veniens in fin. de ſimon.Soc.
conſ.300.cauſa verſ.tertio principaliter in princ.li.5.
Ad illud vero q dicit de ſubrogatione reſpõdetur
* illã coem* & vulgarẽ cõcluſionẽ nõ pcedere quoties
22 in ſubrogato † nõ ſunt eadẽ qualitates & cõditiones
q in principali Bar.in l.1.§.vlt.C.de præpoſ.agen. in
reb.li.12.Bald.in l.Parabolani C. de epiſc. & cleric.
Aret.in l.nemo col.2.in fin.ff.de duob.reis cũ alijs vt
vt p Iaſ.& Sarn.in dict.§.fuerat inſt.de actio.ſed pen
ſio diuerſas habet qualitates a bñficio & in caſu de
quo agitur quia beneficiatus eſt in titulatus, pen-
23 * ſionarius vero † non , vt eſt * communis opi-
nio de qua ſupra.Ideo appellatione beneficiarij non
24 venit † penſionarius Burſat.conſ.351.nume.27.Nec
obſtat eſſe faciendam mentionem,&c. cum & men-
tio fiat de alijs,& tamen non omnia de quibus fit mẽ
* tio ſunt beneficia vt eſt* communis & late reſoluunt
Io.Selu.d.q.3.par.1.de benef.Alfonſ.Hoied. d.c.7.2.
par.de incompat.benef.num.16.
25 Poteſt tamen † habens penſionem illam non exi-
gere, & ſic renunciare tacite hoc modo in fauorem
* illius a quo ſoluenda eſt,vt eſt * communis opin.om-
nium doct.vel expreſſe illam caſſare , vt dicetur late
ſuo loco.

## DECIMAESEXTAE QVAESTIONIS

*SVMMARIVM.*

1 *Beneficia reſeruata poßunt reſignari.*
2 *Beneficia reſeruata poßunt renunciari coram ordi-*
*nario.*
3 *Ordinarij non poſſunt conferre beneficia reſignata co*
*ram ipſis.*
4 *Beneficia reſeruata non poßunt permutari.*
5 *Ordinarius poteſt recipere renunciationem Beneficij*
*litigioſi non tamen illud conferre.*
6 *Ordinarius non poteſt vnire beneficia reſeruata.*
7 *Papa ſolus confert beneficia reſeruata.*
8 *Collatio beneficij reſeruati facta per inferiorem eſt*
*nulla.*
9 *Per reſeruationem ligantur manus ordinarij.*
10 *Reſeruatio inficit titulum,& poſſeſſionem.*
11 *Renunciatio beneficij reſeruati facta coram ordina-*
*rio inducit veram vacationem.*
12 *Agenti obſtat exceptio renunciationis.*
13 *Exemptus non poteſt renunciare beneficia reſeruata*
*coram ordinario.*
14 *Per nouam prouiſionem ratificatur reſignatio,et col*
*latio nulla.*
15 *Inno.Octauus reuocauit licentias reſignandi benefi-*
*cia reſeruata.*
16 *Reſeruatio eſt duplex generalis,& ſpecialis.*
17 *Speciales reſeruationes abierunt ab vſu.*
18 *Beneficia vacantia in vrbe ſunt reſeruata.*
19 *Papa eſt Epiſcopus Vrbis Romæ.*
20 *Beneficia exemptorum ſunt reſeruata.*
21 *Beneficia deuoluta ſunt reſeruata.*
22 *Beneficia quæ uacant per incompatibilitatem ſunt re*
*ſeruata.*
23 *Beneficia promotorum ſunt reſeruata.*
24 *Reſeruatio inducta per conſtitutionem ſum. Pont. eſt*
*generalis.*
25 *Beneficia collectorum officialium,& familiariũ ſunt*
*reſeruata.*
26 *Beneficia collectorum ſunt reſeruata quamuis nõ eſer*
*cuerint officium.*
27 *Beneficia vacantia per priuationem ſunt reſeruata.*
28 *Beneficia committentiũ confidentiam ſunt reſeruata.*
29 *Beneficia vacantia propter crimen hæreſis ſunt re-*
*ſeruata.*
30 *Beneficia omnia vacantia ſede Epiſcopali vacante*
*ſunt reſeruata.*
31 *Beneficia collata perſonis prohibitis ſunt reſeruata.*
32 *Beneficia parochialia collata non ſeruata forma Cap.*
*18.ſeß.24.Concil.Trid.de reform.ſunt reſeruata.*
33 *Beneficia vacantia in Abbatia S.Crucis dioceſ. Eu-*
*gubin.ſunt reſeruata.*
34 *Greg.XIII.Erexit plura collegia in vrbe et extra.*





35 *Beneficia familiarium Papæ ſunt reſeruata.*
36 *Qui dicantur familiares,& continui commenſales.*
37 *Conclauiſtæ ſunt familiares.*
38 *Milites Lauretani ſunt familiares.*
39 *Alfonſus Gueuara Vicecamerarius laudatur.*
40 *Commiſſarius Cameræ eſt familiaris.*
41 *Theſaurarius Datariæ eſt etiam familiaris.*
42 *Auditor Cauſarum confidentiarum eſt familiaris.*
43 *Cardinales ſunt familiares non tamen continui com*
*menſales.*

DEcimoſexto Quæro an beneficia
* reſeruata poſſint reſignari?* cõ-
1 munis opinio eſt affirmatiua † q
tenuit Rot.deciſ.10.de renun.in
ant.& deciſ.4.de renun. in nou.
Lap. in addit. ad Feder. de Sen.
in tract.permut.q.36.nu.62.Bel
lam.in eod.tract.p.3.q.1. & q.2.
* Lancelott.de attent.p.1.c.3.num.144. & alij doct. *
communiter inferius citandi,etiam in fauorem,vt te
nent doctores prædicti.
Et hæc concluſio procedit tam ſi reſignatio fiat
coram ſummo Pontifice quam etiam ſi fiat corã Or
2 dinarijs,nam licet reſeruatio † afficiat beneficiũ quo
ad poteſtatẽ conferendi,non tamen afficit illud quo
ad poteſtatem renunciandi.hanc rõnem habes in de-
3 ciſ.4.per Biſignett.de renunc.dummodo † ordinarij
non conferant beneficia reſeruata reſignata corã ip-
ſis ita Lap.loco.cit.Rot.d.deciſ.4.de renunc.in nou.
Rot.deciſ.4.de renunc.per Biſignett.Caſſad.deciſ.8.
num.9.de præbend.Petr.Greg.Sintag.iur.li.17.c. 17.
Gabr.conſ.189.num.6.lib.1.Caputaq.deciſ. 45. par.
1.in impreſſis & deciſ.357.lib.1.in manuſcr. Rober.
Lancelott.in tract.de atten.p.1.c.3.nu.145.vbi alios
* ad hoc citat & refert,ita fuiſſe deciſum* in vna Cau-
rien. Archidiaconatus coram Verallo die 20. Maij
1562.& ita fuit dictum corã R.P.D.Lancelloto nũc
* Illuſtriſſimo ac ampliſſimo Card.in vna* Albiganen.
Canonicatus de menſe Iunij 1579.vt habetur in quo
dam lib.deciſ.513.in manuſcrip.
4 Hinc reſeruatio † impedit permutationes corã Or
dinarijs,nam ſi poſſent admittere permutationes de
* berent conferre permutãtibus c.1.vbi* communiter
doct.de rerum permut.lib.6.Ideo prohibẽtur admit
tere Cald.conſ.3.de rerum permut.Io.de Lignan. &
Imol.in clem.1.eod.tit.Fed.de Sen.in tract.de perm.
benef.& Petr.de Peruſ.in ſimili tract.2. part.in prin.
* Egid.Bellam.in eodem tract.in 3.par.q.1.&* commu
niter doct.prout de communi atteſtatur Pet. Andr.
Gammar.in d.c.1.num.38.de rerum permut.lib.6.q
* uis ipſe teneat contrarium,& fuit deciſum in * Rota
die 17.Aprilis 1545.in vna Illerden.coram Io. Pau-
lo teſte Put.deciſ.262.lib.2.in princ.
Hinc beneficiorum litigioſorum reſignationem
5 admittere poteſt ordinarius, non tamen illa confer-
re Bonif.de Vitall.in clem.1.q.4.num.54.vt lit.pend.
Filip.Franc.in c.non poteſt §.vlt.de præb.in 6. Moe
dan.deciſ.178.vacãte.Ant.Auguſ.deciſ.781.lib.3.Lã
cellott.loco cit.&* communiter doc.vt dixi ſupra eo
dem lib.quæſt.3.
6 Hinc beneficium † reſeruatum non poteſt vniri per
ordinarium Cald.cõſ.vlt.de reb.eccleſ.nõ alien. Lap.
alleg.27.Fel.in c.poſtulaſti num.7.de reſcr.Pariſ.con
ſil.114.per totum vol.4.
7 Ratio eſt quia † collatio beneficiorum reſeruato-
rum ſpectat ad ſolum Papam Rot.deciſ.30.de præb.
in nou.& deciſ.1.de rer.perm.deciſ.3.de off.leg.eod.
lib.Aeneas.de Falc.in tract.de reſeru.in prin.Archid.
in c.cum in tua de cenſ.Gamm.de auct.leg.lib.3. nu.
* 117.Bellam.dec.549.&* communiter doct. adeo vt
8 omnis † diſpoſitio inferiorum circa reſeruata ſit nul-
la c.nomen 2.q.1.c.dudum & c.multum ſtupeo 3. q.
6.c.vt noſtrum & ibi not.de appell.bonus tex.in c. ſi
eo tempore de elect.lib.6.& habemus extrauagã.exe
crabilis,& extrauag.Bened.XII.quæ incipit.dudum.
Ideo Nicolaus V. per ſuam conſtitutionem primam
incipien.ad ſacram Petri ſedem.& Clem.VII. in con
ſtit.46.incip.Admonet anno 1534.& Greg.XIII. in
conſtit.42.incipit.quæ in eccleſia Dei.anno 1576.an
9 nullant collationes factas de beneficijs reſeruatis † &
per reſeruationem ligantur manus ordinarij Ioann.
* And.in cap.ſi eo tempore de elect.lib.6.& eſt* com-
munis opinio.
10 Hinc decretum Papæ † in reſeruationibus non ſo-
lum afficit,& inficit titulum,ſed etiam poſſeſſionem
* Rot.deciſ.3.de reſtit.ſpol.in nou.& alij* omnes.
Et huiuſmodi renunciatio beneficij reſeruati fa-
11 cta coram ordinario † inducit veram vacationem,cum
renuncians amittat proprietatem ac omnem poſſeſ-
* ſionem vt fuit* tentum in terminis prout habetur in
deciſ.4.de renunc.in nou.facit deciſ.4. de renunc.in
antiq.per Biſignet.Aeneas de Falcon.in tract.reſeru.
in 3.effect.facit etiam deciſio Rot. 1. de rerum per-
mut.in nou.Caputaq.deciſ.45.num.2.p.1.
12 Hinc agenti obſtat † exceptio renunciationis Rot.
13 d.deciſ.4.in nou.Limita non procedere † quoties qs
eſſet exemptus & haberet beneficium reſeruatũ, nã
hoc caſu iſte non poſſet reſignare corã Ordinario ,
* renunciando tamen priuatur poſſeſſione vt fuit* ten
tũ vt habetur in d.deciſ.4.per Biſignett. niſi obtinue
14 rit nouam prouiſionem † nam per illam beneficiũ ac-
quiritur impetranti,& Papa videtur ratificare reſigna
tionem,vt per Sarn.in reg.de ſubrog.q. 19.ita deciſũ
* fuit in vna* Leodienſ.canonicatus S. Martini coram
Put.12.Octob.1551.teſte Caputaq.deciſ.45.p. 1. nã
ibi quidam renũciauerat beneficium reſeruatum co-
ram Ordinario cum eſſet exemptus.
Inno.VIII.in conſtitutione 13.incip. ſicut bonus
paſtor datum Romæ apud ſanctum Petrũ anno in-
carnat.1491.quinto Kalendas Octobris Pontif. an-
15 no 8.prope finem † reuocat omnes licentias reſignan
di beneficia reſeruata per hæc verba.*Reuocamus quo*
*que omnes & ſingulas licentias & facultates huiuſ*
*modi obtentas a nobis,& a ſede Apoſtolica ad bene*
*ficia compermutantium ſeu ſimpliciter in fauorẽ ha-*
*bentium facultates huiuſmodi reſignantium, diſpoſi-*
*tioni Apoſtolicæ generaliter reſeruata, vel ex gene-*
*rali reſeruatione affecta,& quo ad illa volumus eas*
*de cætero nunquam ſuffragari,&c.*
Et hæc concluſio intelligenda eſt tã de beneficijs
generali reſeruatione reſeruatis quã de beneficijs ſpã
li reſeruatione reſeruatis,nanq; reſeruatio beneficio
16 rum † eſt duplex,generalis eſt illa quæ in vna oratione
ideſt reſeruatione includit plures ſpecies ideſt bene
ficia: ſpãlis in qua reſeruatur vnũ beneficium Bellam.
conſ.34.ſuppoſito ſtatuto verſ.ad tertiũ.Cald.conſi.
7.de reſcr.Gem.conſ.30.Bonif.col.2. cũ alijs allega-
ris ab Aenea.de Falc.in trac.de reſcr.benef.2.q. prin.
col.1.in fi.p.part.Rebuff.in prax.de reſeru.n.1.& 5.&
non ab re erit ponere aliqua exẽpla gñalis reſeruatio
17 nis † cũ ſpãles reſeruationes abierint ab vſu,nã fuerũt
ſublatę a Cõcil.Trid.c.19.verſ.ſed nec ſeſſ.24.de re-
for.& prius a Conc.Lateran.3.ſeſſ.9.tom.4.fol. 632.

18 Primum exemplum†beneficia omnia vacãtia in vr-
be ſunt generaliter reſeruata Pontif.Rom.cap.2.de p̄
ben.in 6.vbi Io.Monac.Flo.Archid.Gemin. commu
niter hoc notant,eſt etiam tex.in cap.præſenti eodem
tit.& lib.tum ex ratione allata a Rebuff.in prax. tit.
for.vic.nu.228.ne Ordinarij creent Vicarios in Vrbe
& auferant collationem Papæ,tum etiam ex ratione
allata ab Aenea de Falcon.d.q.2.nun.9.quia Papa eſt
19 Epiſcopus†Vrbis Romæ cap. ſi quis Epiſcopus. 7.q.
* 1.& cap.ſi quis Epiſcopus 2.qu.7.& hæc eſt cõis*rõ.
20 Secundum exemplum eſt†in beneficijs exempto-
rum & immediate ſubiectorum ſedi Apoſtolicę cap.
vlt.de renunc.
21 Tertium exemplum†in beneficijs deuolutis c.licet
de ſupplen.prælat.neglig.& hęc eſt propria reſeruatio
Aeneas de Falcon.d.tract.de reſeruat.benef.p.2.q.4.
princip.in 4.concluſ.in 5.effect.
Quartum exemplum eſt in illa quæ fit per cap. de-
bito de elect. in extrauag.omnibus Io.22.& in c. ad
regimem de præben.& in extrauag.com.Bened.XII.
22 Quintum exemplum†in eo qui habet curatum ,&
recipit aliud,namque primum vacat vt ex* communi
dictum eſt ſup.lib.1.q.1.ac eſt reſeruatum cap.execra
bilis.§.quę omnia de præben.in extrauag. com.
23 Sexto in beneficijs eorum†qui promouentur ad E
piſcopatum Gãm.in trac.de auct.l.li.3.n.125. & 126.
Septimo in beneficijs quæ reſeruãtur per regulas
Cancellarię Mil.in verb.reſeruatio 3.Gamm.d.tract.
li.3.num.123. cum ſequent.
24 Quartum exemplum†eſt in reſeruationibus indu
ctis per particulares conſtitutiones diuerſorũ ſumm.
Pontif.nam hæc etiam dicitur reſeruatio generalis.
Aeneas de Falcon.dict.quę.2.princip.num.23.verſic.
quintus caſus.
Namque Nicolaus eius nomine V.per conſt.ſuam
Incipien.ad ſacram Petri ſedem.reſeruauit quamplu-
ra beneficia Germaniæ datum Romæ apud Sanctum
Petrum anno.1447.Kalendis Aprilis Pontifi.anno.2.
Pa ulus vero I.per conſt.incip.ad Romani.datum
Romę apud Sanctum Marcum anno 1467.Pontif.an
25 no 3.reſeruauit omnia† beneficia collectorũ fructuũ
Cameræ Apoſtolicæ officialium Romanæ Curiæ &
familiarium Cardinalium Caputaquen.deciſ.138.p.1.
26 idque procedit etiam†ſi collector non exercuerit of-
ficium,nam ſufficit deputatio Rot.deciſ.10.in antiq.
& deciſ.17.in nou.de præben.Caputaquen.deci.140.
* & eſt*communis opinio.
27 Et beneficia vacantia†per priuationem ſunt reſer-
uata ex conſtitutione Paul.III.incip. ſanctiſſimus an-
no 1541.quæ eſt in ordine 67.Hieron.Paul.in pract.
Cancel.fol.mihi 442.
28 Item omnia beneficia†recepta in confidentiam va
cant ipſo iure & ſunt reſeruata ſedi Apoſtolicæ per
conſtitutionem 109.Pij IIII.incip. Romanum Ponti
ficem datum omæ apud Sanctum Petrum p.ann.5.
& per conſtit.Pij V.87.incip.Intolerabilis datũ Ro-
mę apud S.Petrum Kalendis Iunij 1569.Põtif. an.4.
29 Ac omnia beneficia†vacantia propter Crimen hæ
reſis ſunt reſeruata ſedi Apoſtolicæ per conſtitutionẽ
29.Pij V.incip.cum ex Apoſtolatus 1567. anno 2. &
per cõſtitutionem 68.Greg.XIII. incip. in Eccleſijs.
30 Rurſus omnia beneficia† vacantia ſede Epiſcopali,
Archiepiſcopali,Patriarchali,& Primitiali vacãte ſunt
reſeruata ſedi Apoſtolicæ per conſtitutionem Pij V.
incip.Sanctiſſimus anno 1567.Pontif.anno tertio.
31 Et omnia beneficia†collata perſonis prohibitis pro
pter genus aut hęreſim & a fide apoſtaſiam ſunt reſer
uata Greg.XIII.in conſtit.68.incip.in eccl.ſijs anno.
1580.Pontif.ann.9.
32 Item beneficia†parochialia collata non ſeruata for
ma cap.18.ſeſſ.24.de reform.ſunt reſeruata ut ſtatuit
Pius V.in conſt.32.incip.in conſerendis anno.1566.
ann.ſui Pontif.ſecundo.
33 Ac omnia beneficia†vacantia in Abbatia S.Crucis
ordinis Camaldul. Dioceſ. Eugubinæ ſunt reſeruata
ſedi Apoſtolicæ per Conſtit.Gregorij XIII.107.inci.
vt apoſtolica anno 1578.Pontif.ann.7.nam illa Abba
tia fuit vnita Collegio Germanico vt ex hoc ſuſten-
tarentur tot nobiles Germani qui incumbunt literis
34 in hac alma Vrbe,namque inter alia egregia† facta Sã
ctæ memoriæ Gregorij XIII.illud ab omnibus lauda
tur,quod erexerit tot collegia diuerſarum nationum
in Vrbe & extra ad fidei augmentum, & extirpandas
hæreſes.
35 Et tandem ſunt reſeruata omnia beneficia†familia
rium Papæ Iul.III.in conſtitut.44.incip.Sanctiſſimus
1553.Pontif.anno 4.
36 Et qui dicantur†familiares & continui commenſa
les quo ad hunc effectum & ad alios regularum Can-
cellariæ habemus in proprijs terminis egregiam Con
ſtitutionem Pauli III.68.incip.ſanctiſſimus vbi decla
rat & diſponit Referendarios & alios officiales ex pa-
latio panem habentes,Protonotarios, Subdiaconos,
Auditores Rotæ Accolitos,Scutiferos,Secretarios li
terarum Apoſtolicarum, ſcriptores Cubicularios ac
milites ſancti Petri reliquoſque officiales deſeruiẽtes
& cuſtodiam facientes in palatio.Rom.Pontif. pro tẽ
pore exiſtentis licet in eodem non habitauerint,& nõ
habitent nec forſan habitabunt,nec in tinello come-
derint neque comedant,aut in futurũ comedent ſta-
tuit inquam hos eſſe veros familiares & reputari con
tinuos commenſales ac ſi in palatio hodie habitaſſent
in tinello vere & realiter comediſſent.
Et Iul.III.in d.conſt.24.declarauit eſſe veros fami
liares & continuos commenſales quo ad hũc & alios
effectus Prælatos ex Palatio Apoſtolico panem habẽ
tes ratione perſonę ſuæ & non alterius officij.
37 Conclauiſtæ†ſunt familiares & continui commen
ſales per conſt.32.Sixti V.circumſpecta ann.1.
38 Milites†Lauretani ſunt familiares & continui com
menſales per conſt.Sixti V.35.poſtquam.Referenda-
rij etiam nunc ſunt familiares & continui commenſa
les per conſt.29.Sixti V.quemadmodum.
39 Vicecamerarius†eſt familiaris,& continuus cõmẽ-
ſalis, qui nunc eſt Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus
D.Alfonſus Gueuara filius Ducis Bouini , vir omni
virtutum genere præditus.
40 Comiſſarius†Cameræ eſt ẽt familiaris & cõtinuus
commenſalis per conſt.44.Sixti V.ad excelſum an.2.
41 Theſaurarius†Datariæ eſt familiaris & continuus
commenſalis per conſt.45.Sixti V.vt ingens.ann.2.
42 Auditor†Cameræ confidentiarum eſt familiaris &
continuus commenſalis per conſtit.Sixti Quinti Diui
na dei prouidentia ann.2.
43 Et tandem†Cardinales ſunt familiares non tamen
continui commenſales Simonett.deciſ.24.lib.1 & de
ciſ.17.lib.2.Sarn.deciſ.10.lib. 1. & fuit reſolutum in
* vna*Salamantin.

## DECIMAESEPTIMAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.

1 *Cõmẽda quæ fit ad vtilitatẽ Eccleſiæ eſt temporalis.*
2 *Huiuſmodi commenda non poteſt renunciari.*
3 *Commenda ad tempus non dat ius & titulum.*
4 *Commendatarij temporales tenentur reddere rationẽ fructuum.*
5 *Huiuſmodi commenda non eſt titulus canonicus.*
6 *Commenda temporalis non poteſt permutari.*
7 *Commenda temporalis poteſt ſimpliciter renunciari non autem in fauorem.*
8 *Commendæ perpetuæ conceduntur fauore perſonarũ.*
9 *Commenda perpetua poteſt reſignari in fauorem.*
10 *Huiuſmodi commenda non poteſt permutari.*
11 *Cõmendatarius perpetuus conſequitur ius,& titulũ.*
12 *Commendatarius perpetuus facit fructus ſuos.*
13 *Diſpoſitio Cap.quoniam Abbas de off.deleg.habet locum in commendatario.*
14 *Commendatarius habet liberam poteſtatem in temporalibus,& ſpiritualibus.*

DEcimoſeptimo Quæro An benefi-
cia commendata poſſint reſigna-
ri?Reſpondetur diſtinguendo aut
loqueris de commendis quæ fiũt
1 ad vtilitatem Eccleſiæ quæ ſunt †
temporales & ad nutum amouibi
les donec eccleſiæ prouiſum fue-
rit de Rectore vt in caſu c.Nemo deinceps de elect.
* li.6.vbi Gem.Anch.&*communiter ſcribẽ.& in hoc
2 conſtituas concluſionem has commendas† non poſ
ſe reſignari in fauorem ſicuti neq; poſſunt permuta
ri Florian.in c.quæſitum de rerum permu.Bellam.de
* permut.benef.p.3.q.4.& eſt*communis opinio.
3 Ratio eſt quia commenda†ad tempus non dat ius
& quandocunq; poteſt reuocari gloſſ.& doct.in d.c.
Nemo deinceps.Rota deciſ.1.de præb.in Antiquio.
Sarn.de non toll.iur.quæſi.q.4.nu.22. non dat titulũ
Mandoſ.in reg.32.Cancell.de benef.vacan.per obit.
4 fam.Card.q.9.Ideo†commendatarij temporales tenẽ
tur reddere rationẽ fructuum c. placuit 10.q.3.& ta
5 lis commenda†non eſt titulus Canonicus Oldr. cõſ.
119.Rom.conſ.358.Ang.conſ.35 Caſſan.cõſ.20. n.
* 3.*cõis opin.teſte Alfonſ.Hoied.de incompa.benef.
p.1.c.14.num.6.Nauar.conſ.4.de fil.presbit.Et quã-
uis Imol.in cap.vlt.de rerum permut.quem ſequitur
Gamm.in c.licet num.83.verſ. contrarium eodẽ tit.
lib.6.teneat licitum eſſe permutare commendas tem
6 porales,tamen contraria† opinio eſt verior ex his quę
ſcribunt Fed.de Sen.in tract.de rer.permut. q.15.vbi
Lap.in addit.Et hanc opinionem declaro vt non poſ
7 ſint†commendæ reſignari in fauorem,quia illud ius
non eſt perpetuũ,bene tamen poſſunt ſimpliciter re
* nũciari in manibus ſuperioris,vt*oĩbus cõpertũ eſt.
8 Si vero loqueris†de commendis perpetuis quę cõ
ceduntur in fauorem perſonarum vt patet in exẽplis
datis per Mandoſ.in reg.de veriſimil.not.q.3. nu.9.
Rebuff.in prax.tit.de commen.per Hoied.de incõp.
benef.p.1.c.14.nu.5.vbi late vt quia prouideatur mi-
nori de beneficio incompatibili vſque ad ętatem le-
gitimam , vel quia prouidetur regulari de beneficio
ſeculari in commendam,aut è contrario.
Et hoc caſu conſtituo concluſionẽ poſſe has com
9 mendas perpetuas†reſignari etiam in fauorem vt in
caſu Peleg.dec.137.lib.2.in manuſc.Put.deciſ.94.&
10 deciſ.343.lib.1.& alibi pluries &c.ſicuti poſſunt† per
mutari Fed.de Sen.tract.permut.q.15.vbi Lap.in ad-
di.Gamma.in c.licet n.83.eod.tit.lib.6.Pet.de Peruſ.
* permut.benef.num.9.Bellam.dict.p.3.q.4.& eſt* cõ-
munis opinio.
11 Ratio eſt quia per commendam perpetuam†com
mendatarius conſequitur ius in illo beneficio ac titu
lũ Io.Monac.in c.Nemo de elec.lib.6.Mil.in verb.be
* neficium §.25.ita tenuit*Rot.teſte Sarn. de trien.q.
* 5.Rebuff.de pacif.poſſ.nu.35.* communis omnium
ſententia teſte Hoied.d.c.14.num.6.verſ.& quamuis
& num.7.verſ.videmus.
12 Hinc facit fructus † ſuos ſicuti vere titularius Ge-
min.conſ.18.n.12.Rom.d.cõſ.350.Sarn.de pub.q.4.
* Rebuff.in prax.tit.de commend.&*cõiter doct.
13 Hinc diſpoſitio†c.quoniã Abbas de off.deleg.hẽt
locum etiam in cõmendatario vt ibi ſcripſi & tradit
Barb.conſ.2.col.vlt lib.2.Caſſan.in conſuet.Burgun.
rub.per ſucceſ.§.3.nu.88.& tandẽ commendatarius
14 habet†liberã poteſtatẽ in temporalibus, & ſpũalibus
Abb.in c.nobis olim vlt.not.de elec.Rebuff.de pacif.
* poſſeſſ.num.41.&*cõiter per omnes receptum eſt.

## DECIMAEOCTAVAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.

1 *An beneficium in quo reperitur reſeruatus regreſſus poſſit reſignari.*
2 *Valet ceſſio hmõi beneficij facta cum derogatione.*
3 *Nulla exiſtẽte renunciatione quãdo intrat regreſſus.*
4 *Conſenſus nullus non præiudicat.*
5 *Conſentiens matrimonio nullo ſibi non præiudicat.*

DEcimooctauo Quæro an beneficiũ in
1 quo†alteri reperitur reſeruatus regreſ
ſus per ſummum Pontificem poſſit re
ſignari in fauorem,ſi adeſt clauſula in
reſeruatione dicti regreſſus per ceſſum
etiam in fauorem vel deceſſum ? reſponde negatiue
Moedan.deciſ.338.incip.licet regreſſus ſit impoſitus
ſub titulo de renunc.in manuſcr.Mandoſ.in prax.ſi-
gnat.grat.verſ.regreſſus col. 3. ante mediũ Caputaq.
deciſ.215.in princ.1.part.
Et ratio eſt quia illo cedente etiam in fauorem in
trat regreſſus,vt ex forma videre licet.
Limit.niſi habens†regreſſum p̄ſtaret conſenſum ,
& ſuſpenderet ſuũ regreſſum pro illa vice ad effectũ
vt beneficiarius poſſit reſignare beneficiũ ſuper quo
reſeruatus eſt regreſſus in ſui fauorem, vt in caſu de
quo p Caputaq.d.dec.215.p.1.quo caſu ſi beneficia-
rius reſignat in fauorem N.& reſignatio eſt nulla ex
aliqua cã conſenſus habentis regreſſum nõ cenſetur
durare Caputaq.d.deciſ.215.n.1. & per conſequens
nulla exiſtente reſignatione cũ ius non cenſeatur ab
3 dicatum†a reſignante ſi reſignans moriat̃,vel cõtra-
hat matrimoniũ intrat regreſſus,& cõſenſus p̄dictus
p̄ſtitus ſuper actu nullo ſibi non p̄iudicauit,vt fuit re
* ſolutũ*in Rot.in vna Piẽtin.die 26. Nouẽbris 1554.
corã Oradino & in eadem cã die 23. Ianuarij 1555.
4 Sicuti†dicimus de creditore conſentiente alienatiõ-
ni nullæ,nam ſibi non præiudicat l.4.§.vlt.vbi Bar.ff.
quib.mod.pign.vel hipot.ſolu. Alex.conſ. 22.col.1.
Rom.cõſ.132.col.1.Dec.in l.creditor.n.2.ff.de re.iu.
5 Sicuti etiã conſentiens†matrimonio nullo Gem.
conſ.53.Card.Pariſ.conſ.52.num.7.vol.4.

## DECIMAENONAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.

1 *Indulta aliquando conceduntur cardinalibus cum clauſula excepta vacatione per reſignationem.*

2 *Indulta aliquando conceduntur Cardinalibus cũ clau*
*ſula etiam ſi in curia.*
3 *Indultum huiuſmodi non capit beneficium reſignatũ*
*in fauorem.*
4 *In reſignatione conditionali vacat beneficium ſi con*
*feratur reſignatario.*
5 *Verba per ceſsum interpretantur in reſignatione ſim-*
*plici.*
6 *Mandatum de prouidendo quam primum vacat non*
*comprehendit reſignationem in fauorem.*
7 *Vnio facta de beneficiis vacantibus per ceſſum nõ cõ*
*prehendit reſignationem conditionalem.*
8 *Priuilegium conferendi vacantia per ceſſum non com*
*prehendit reſignationem in fauorem.*
9 *Regreſſus non intrat in ceſſione facta in fauorem.*
10 *Indultum Cardinalis non intrat facta renunciatione*
*in curia.*
11 *Solus Papa Confert reſignata in curia.*
12 *In reſeruatis non intrat indultum.*
13 *Diſſoluta vnione vel commendat beneficium dicitur*
*vacare per prius.*

DEcimonono Quæro An poſſint
reſignari beneficia alicuius dioe
ceſis, in qua quis habet indultũ
ea conferendi cũ vacant, vt ſunt
S.R.E.Cardinales? in hac cõclu
ſione conſtituas tria Capita ſeu
tres caſus. Primus caſus quando
conceduntur indulta Cardina-
libus vt poſſint conferre beneficia vacãtia in tali dioe
1 ceſi cũ clauſula † tamen excepta vacatione per reſigna
tionem in manibus Papæ prout atteſtatur Cardin.S.
Crucis deciſ.71.Pelegr.deciſ.39.lib.1.& deciſ.52. li.
3.in manuſc.
Et hoc caſu nullum eſt dubium poſſe reſignari be
neficium illius dioeceſis cũ hic caſus ſit exceptuatus.
Secundus caſus quando conceduntur huiuſmodi
indulta conferendi omnia & ſingula beneficia talis,
2 dioeceſ.etiam in curia per promotionem † amiſſionẽ
vel quacumque aliam dimiſſionem, & ſic per ceſſum,
& deceſſum vacantia vt in caſ.Put.deciſ.523.lib.2.&
deciſ.177.lib.3.& hoc caſu dubium eſt an talia bene
ficia poſſint reſignari in curia in fauorem certæ per
ſonæ? & quidem prima facie videtur dicendum qđ
non, cum indultum ſit per ceſſum vel deceſſum.
3 His tamen † non obſtantibus contraria opinio eſt
* verior, quam tenuit* Rot.in vna Tranen. & Firman.
Prioratuum 27.Ianuarij.1547.coram Card.S.Crucis
* Put.deciſ.523.lib.2.& in alia* Auguſtana. Præcepto-
riæ coram Puteo die. 14. Nouembris. 1548. teſte
eod.Put.deciſ.177.lib.3.ſequitur Anaſtag.Germon.
de Indult.§.ſi vero illa num.69.
Namque quoties reſignatio fit in fauorem certæ
4 perſonæ, tunc non † dicitur vacare beneficium niſi ad
mittatur in fauorem illius & ei acquiratur Petr.Gre
gor.lib.17.ſintag.iur.cap.17.nu.28.Io.Paul.dec.102.
Moedan.dec.83.Corrad.Paleott.deciſ.33.Caputaq.
* deciſ.82.lib.1.in manuſcr.& communiter* doct.in 1.
5 q.primi lib. relati. Vnde † illa verba per ceſſum interp̃-
tantur in renunciatione ſimplici vt tradit Put.dict.de
ci.523.Moedan.deciſ.338.Paleott.deciſ.33.& com-
muniter doctor.
6 Hinc ſi Papa confirmat † creationem in canonicũ
prouidendo ex nunc prout ex tunc quam primũ va-
cat per ceſſum vel deceſſum, hæc verba non intelli-
guntur de ceſſione in fauorem certę perſonæ, ſed de
* ceſſione ſimplici* ita deciſum fuit in Rot.de menſe
Octobris.1522.coram.DD.Pulo de Capizucchis,
& Camillo de Baleonibus, qui præpoſuerunt cãm
in vna canonicatus collegiatæ S.Angeli de Vrbe.
7 Hinc etiam † vnio facta de beneficijs vacantibus
per ceſſum vel deceſſum non habet locum in ceſſio
ne facta in fauorem certæ perſonæ, ſed in ſimplici
* dumtaxat, vt fuit tentum in vna* Cõchẽ.præſtimonij
de menſe Octobris.1542.teſte Put. dec.357.lib.1.
8 Hinc priuilegium † ſeu bulla Inno.vt N.poſſit cõ
ferre beneficia vacantia per ceſſum vel deceſſum,
non comprehendit reſignationem factam in curia
in fauorem certæ perſonę vt fuit reſolutum die 14.
* Nouembris.1548.in vna* Auſtan. præceptoriæ de
Vitall.teſte Put.deciſ.177.lib.3.& deciſ.180.in prin.
eod.lib.
9 Hinc reſeruato regreſſu † per ceſſum vel deceſſum
ſi prouidens reſignat illud beneficium in fauorem,
certæ perſonæ non intrat regreſſus, vt fuit tentum
* in vna* Ceſenaten. ſancti Domitij de menſe April.
1542.coram.Sarnen.teſte Moedan.deciſ.338. licet
* regreſſus.& in alia* Bononien.coram Illuſtriſſimo.
Paleott.die vlt.Februarii.1558. teſte eod.deciſ.33.
Et ex his poſſunt decidi alii caſus vt late ſcripſi li.1.
Limita niſi eſſent appoſita in indulto hæc verba
per ceſſum vel deceſſum etiam in fauorem certæ
perſonæ vt cauti faciunt vt tradit.Moed.d.dec.338.
Tertius caſus quoties in indulto non adſunt ver
ba per ceſſum vel deceſsum, nam hoc caſu clarum ẽ
non poſſe conferre reſignata in curia tam ſimplici
ter quam in fauorem certę perſonę, neque adeſt ex-
ceptio exceptuatis vacantibus in curia vt in princi-
pio huius quæſtionis dixi.
Sed dubitatur, an ſi fuerint reſignata beneficia
10 ſimpliciter in curia vel in fauorẽ † indultum. Et qui
dem dicendũ eſt negatiue qa reſignata in curia ibi
vacãt.Archid.cõmuniter receptus in c.2.de p̃bend.l
6.gloſ.in clem.1.vt lite pendẽte cũ alijs adiunctis per
D.meum Card.Pariſ.conſ.10.nume.1.volum.4.ergo
11 diſpoſitio ſpectat † ad ſolum Papam iux.text.in ca.vlt.
* vbi* communiter docto.hoc notant de conſuetud.li.
6, Geminian.conſil.36.& conſi.136. namque per ad-
miſſionem reſignationis beneficium dicitur affectũ
Rot.deciſ.16.de rerum permut.in antiqu.& deciſ.25.
de conceſſ.prębend.eodem lib.cum alijs vt per Card.
12 Pariſ.dict.conſ.10.numero 4. † & in reſeruatis non in-
trat indultum niſi expreſſe dicatur Rot.deciſ.1. de re
rum permut.in nou.Gemi.conſi. 30. & communiter
* *doct.ut ſupra dixi.
Sed hic quæritur pone quod reſignatio fuit facta
in manibus Papæ qui admiſſa dicta reſignatione il-
lud beneficium vniuit tali parochiali aut commenda-
uit alicui cum non poſſet Cardinalis habens indultũ
ſe intromittere vel qa in indulto erat facta exceptio
dummodo non vacent in curia vt in primo capite, vel
ſimpliciter vt in tertio. An ſi poſtea moritur ille cui
fuit commẽdatum beneficium a Papa ex cã reſigna-
tionis, debeat illud beneficiũ ſic vacans conferre Car
dinalis habens indultum vel Papa? breuiter cõcluden-
* dum eſt collationem ſpectare ad Papam dumtaxat vt
fuit tentũ* in Rot.die 14.Februarij.1547.teſte Peleg.
deciſ.39.lib.1.& deciſ.52.lib.3.ita etiã atteſtatur fuiſ-
ſe deciſum Cardinalis S.Crucis.d.dec.71.in manuſcr.
13 Ratio quia † diſſoluta vnione uel commẽda benefi-
cium dicitur vacare per prius ſcilicet per reſignatio-
nem late Peleg.d.dec.52.Card.S.Crucis.dict.deciſ.71.
& eſt de mente Federic.de Sen.in tracta.de permutat.
benef.



benef.q.15.Rot.deciſ.15.de conceſſ. præben. in an-
tiq.Rom.conſ.350.
Nec in tali impetratione requiritur cõſenſus Car
* dinalis habentis indultum, vt fuit deciſum* de menſe
Martij 1522.in vna Ipporegien.parochialis corã D.
Camillo de Baleon.teſte Caſſad.deciſ.5.de priuil.vbi
habenẽ plures rõnes, & Auctoritates quas vide oĩno.

---

## VIGESIMAE QVAESTIONIS.

### *SVMMARIVM.*

1 *Beneficia quæ cadunt ſub conſuetudine optandi poſ-*
*ſunt reſignari in fauorem.*
2 *Huiuſmodi beneficia poſſunt permutari.*
3 *Conſuetudo optandi non habet locum in reſeruatis.*
4 *Reſeruata non veniunt ſub generali prouiſione.*
5 *Beneficia reſignata in curia ſunt reſeruata.*
6 *Reſignans dicitur mori vbi facta eſt reſignatio.*
7 *In Beneficijs vacantibus in Curia non habet locum*
*conſuetudo optandi.*
8 *In prouiſione quæ fit in curia ſolet apponi clauſula nõ*
*obſtantibus, &c,*
9 *Per prouiſionem Papæ de vacantibus extra Curiam*
*differtur optio.*
10 *Decretum apponi ſolitum in literis Apoſtolicis ligat*
*ignorantes.*
11 *Beneficia in quibus reſeruatus eſt regreſſus dicuntur*
*vacare in curia.*
12 *In beneficijs vacantibus in curia non habet locum*
*ius optandi.*

VIgeſimo Quæro. An poſſit reſignari
beneficium, quođ cadit ſub conſue
tudine optandi? vt quia in aliqua ec
cleſia eſt conſuetudo vt Antiquio-
res optent beneficia vacantia iux.c.
vlt.de conſuet.lib.6.Reſponde affir
1 matiue poſſe reſignari etiam † in fa-
uorem in manibus ſumm.Pontificis, nec admiſſa re-
ſignatione intrat conſuetudo optandi, vt in facti cõ
tingentia reſpondit D.meus Card.Pariſ.conſ.10.per
totum & maxime colum.1.volum. 4. ſecundum quã
* opinionem fuit reſolutum anno 1555.* coram Card.
S.Crucis, & in vna Vercellen. coram Oradino de
anno 1554.prout atteſtatur Caputaq.deciſ.358. lib.
1.in manuſ.
2 Ita etiam talia † beneficia poſſunt permutari, & tũc
ceſſat conſuetudo optandi Paul.& Card. in clem. 1.
de rerum permut.doct.omnes* in c.vlt.de conſuet.li.
6.vbi per Archid.Gemin.num.4. latiſſime refert plu
res opiniones, & tandem ex allegatis per ipſum colli
* * gitur hanc eſſe veriorem & ** receptiorem Gamma.
in c 1.num.41.de rer.permut.lib.6.
3 Ratio eſt quia † in reſeruatis ſtatutum & conſuetu
do optandi non habet locum Rot.deciſ.1.colum.2.
verſ.ſecus vero in reſeruatis de rerum permu.in nou.
Gemin.conſ.30.quo ad primũ in princ.& col.2.verſ.
ad ſecundum Archid.in d.c.vlt.de conſuet.lib. 6.Sta
* fil.de liter.grat.folio 101.& * communiter, adeo quod
* hoc clarum eſt * Card.Pariſ. dict.conſil.10. nume.5.
4 volum. 4. nam reſeruata non veniunt † ſub generali
prouiſione capit. 2. in fin.de præb.late Aene.de Fal-
con.in tract.reſeruat.in pluribus locis Lap. alleg. 54.
Hinc in vna Mediolanen. optionis coram Domi-
no Moedano 16. Aprilis 1543.fuit reſolutum quod
ſi reſeruatio eſt facta motuproprio ſiue generalis ſi-
ue ſpãlis impedit optionem per deciſ.4.Caſſad.de cõ
ceſſ.præb.teſte Put.deciſ.4.lib.2.& tamẽ beneficia va
5 cantia in curia per reſignationem ibi admiſſam † ſunt
reſeruata vt voluit Archid.in c.2.de pręben.lib.6.vbi
Franc.col.3.verſ.in gloſſ.in verb.vacare gloſ.in clem.
1.verb.collato vt lit.pend. vbi Card. Zabarell. in 8.q.
Petr.de Anch.in 2.& 4.not.& in col.vlt. Imol. col.2.
verſ.Deinde circa p̃cepta Rom.conſ.342.Cald. cõſ.
1.de præben.Card.Pariſ.conſ.47.nu.29. vol.4. Alex.
* conſ.67.viſo puncto col.4.& 5.& conſ.ſeq. lib.4.& *
* communiter doct.ita deciſum in vna* Zamoren. Ar-
chidiaconatus de menſe Iunij 1532. coram Creſcen
tio vt per Sarn.de infirmis q.33.col.2.verſ. prædictis
6 quia quo ad beneficium renunciatum † renunciãs di-
citur mori eo loco vbi eſt facta renunciatio, quare in
curia vacare dicitur, & per renunciationẽ admiſſam
per ſumm.Pontificem apponẽtem manus beneficia
ſunt reſeruata iuxta c.vt noſtrum de appell. Rot. de-
ciſ.16.de rerum permut.in antiq.& deciſ.25.de con-
ceſſ.præb.Biſignett.deciſ.2.de reſt.ſpoliat.Gem.cõſ.
136.in primo dubio.
Accedit quia vt ex doct. proxime allegatis colligi
tur per reſignationem beneficium vacat in curia, &
7 tamen in beneficijs † vacantibus in curia nõ habet lo
cum conſuetudo optandi, vt probat tex.in d. c.vlt.de
conſuet.lib.6.ibi *in præbendis uero apud ſedem Apo*
*ſtolicam vacantibus cum de ipſis per Rom. Pontificẽ*
*ordinatur locus p̃dictæ conſuetudini non exiſtit, etc.*
* & ibi omnes* hoc notant & eſt deciſio Rot.4.de cõ-
* ſuet.in nou.vbi fuit* tentum per quandam declaratio
nem Gregorij XI.quod ſicuti Canonicatus vacãs in
curia optari non poteſt, ita nec etiam groſſi fructus
per dictum Canonicum defunctum in curia obtenti
prout conſuluit Gemin.conſ.39.ex themate in prin-
* cipio, & hoc non habere* dubium ſcribit Card.Pariſ.
dict.conſ.10.& num.3.in ſi.
Quod eo magis procedit quia facta prouiſione p̃
ſumm.Pontiſ.de beneſ.reſignato in curia ſolet appo
8 ni in literis Apoſtolicis clauſula † non obſtant.ſtatu-
tis & conſuetudinibus ex quibus collatio huiuſmo-
* di poſſit differri aut impediri: quæ* de ſtilo curiæ ſo-
let in literis apponi vt tradi Gem.d.conſ.39.ex thema
te col.2.verſ.ſed quo ad caſum noſtrum, & tamẽ hęc
clauſula abſq; dubio tollit optionem iux. not. in c.ſi
perpetua debita de reſcrip.& in ca. quamuis vbi Lap.
eod.tit.Gem.tradit in ſpecie loco citat. & alias cum
* ſuiſſet propoſitum hoc dubium in* Rot.fuit reſolu-
tum per d.clauſulam differri conſuetudinem optandi
vt habetur in deciſ.5.de conſuet.lib.6.D.meus Card.
* Pariſ.conſ.10.num.8.& * communiter doct. ex ratio-
nibus relatis in d.deciſ.5.in 1.col.
Ex quo Ampliatur huiuſmodi concluſio procede
re non ſolum in beneficijs vacantibus in curia natu-
raliter.ſ.per mortem & ciuiliter per reſignationem, vt
dictum eſt quod non habet dubium, nam in hoc cõ-
* ueniunt* cõiter doct.Sed etiam in beneficijs vacanti-
bus extra Curiã, nã ſi de illis prouidet Papa vtiq; dif-
9 fertur optatio † ita in facti cõtingentia reſpõdit Gem.
d.conſ.39.ex themate, nanq; rõ cur differtur conſue-
tudo optandi quia beneficium vacat in curia eſt quia
tunc confert Papa, vt ibi dicitur cum de *ipſis per Ro*
*manum Pontificem ordinatur, &c.* Sed hęc rõ habet
locum ẽt hoc caſu quia Papa confert. Vnde hmõi cõ
cluſio non habet dubium, &c.ſtante clauſula deroga
tionis vt dictũ eſt & decreto apponi ſolito in literis,
10 quod ligat † manus etiam ignorantis cap.ſi eo tempo

F 3 re de

re.de elect.lib.6.c.penul.de præb.eo.lib. Vnde idem
erit in beneficijs in quibus reſeruatur regreſſus per re
ſignationem factam in manibus Papę,quia talia bene
11 ficia†dicuntur vacare in curia Archid.& Io. Andr.&
alij omnes in c.2.de præben.in 6.Franc.in ca.præſen-
ti.§.ſemel.col.2.verſ.3.eod.tit.& li.
12 Et non habere†locum conſuetudinē optandi hoc
* caſu fuit reſolutum in*duabus deciſio.ſupra allegatis
coram Cardinali S. Crucis.& coram Oradino de an-
no 1554.& 1555.prout atteſtatur Caputaq.dec.358.
lib.1.in manuſcr.

## Vigeſimæ primæ quæſtionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius quod non prętenditur in aliquo beneficio poteſt renunciari in fauorem.*
2 *Huiuſmodi ius poteſt permutari.*
3 *Ius permutandum debet eſſe in rem.*

VIgeſimo primo Quęro an poſ-
ſit reſignari in fauorem ius q̄
prætenditur in aliquo benefi
1 cio?Reſpond. * poſſe vt tenet
Moedan.deciſ.164.incip. Ae
neas de Villalob ſub tit.de pē
ſio.in manuſcr. vbi refert fuiſ
ſe deciſum in Rot.die 20.Iu-
nij 1541.renunciantem in fa-
uorem N.iuri ſibi competenti ſuper tali beneficio re
ſeruata penſione cum clauſula poſſeſſione habita vel
non habita poſſe cogere reſignatarium qui conſenſit
reſeruationi ad ſucceſſorem,qui non auditur oppo-
nens non conſtare de iure ceſſo,ex quo ſoluerunt pē
ſionem,& ſe contentauerunt cum iure ceſſo,&c.
2 Ita habentes†ius poſſunt permutare Petr. de Peruſ.
* de permut.benef.nu.1.& eſt* communis opinio.
3 Declara dummodo†hoc ius ſit in re iux.ea quæ dice
mus infra quęſtio.23.

## Vigeſimę ſecundæ Quæſtionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Beneficium nondum collatum nō poteſt renunciari.*
2 *Nemo poteſt transferre quod non habet.*
3 *Nemo poteſt renunciare beneficium tertij.*
4 *Qui non habet beneficium non poteſt permutare.*
5 *Collatio beneficij nondum vacantis non tenet.*
6 *Non entium nullæ ſunt qualitates.*
7 *Fieri non debet quod factum non releuat.*
8 *Articuli impertinentes non ſunt admittendi.*
9 *Beneficij nondum collati permutatio fieri non poteſt.*
10 *Beneficium de proximo conferendum renunciari non poteſt.*
11 *Propria beneficia poſſunt renunciari.*
12 *Abſens ante acceptationem beneficij ſibi collati non poteſt renunciare.*

VIgeſimoſecundo Quæro An poſſit bene-
ficium nondum collatum reſignari ſim
pliciter vel in fauorem Reſpon. Negati
1 ue†vt colligitur ex deciſ.26.Rot.in fi.de
procur.in antiq.tradit Boer.deciſ.205.n.
4.& deciſ.308.per totum Roffin.de benef.ca.14.nu-
mero 43.cum ſeq.Io.de Graſſ.de reſcrip.apoſt. num.
* 88.Rebuff.conſ.36.num.7.& eſt communis* opinio
omnium doct.
2 Ratio†quia nemo poteſt transferre id quod non ha-
bet cap.quod autem de iur.patr.reg. Nemo.de regul.
iur.ſed ante collationem quis nullum ius habet in be
neficio nondum ei collato Caſſa.deciſ.21.num.9. ſu-
per regul.Cancell.Put.deciſ.90.num.4.lib. 1.& nemo
3 poteſt†renunciare quod non habet Card.Pariſ.conſi.
95.nu.15.vol.3.
4 Hac ratione qui non†habet beneficium non poteſt
permutare cap.primo.ibi.*ſi ſua beneficia*.de rerū per-
mut.lib.6.Anchar.Gemin.& Franc. ibidem Gemin.
conſ.21.in fin.Alexand.conſ.16.lib.6.Socc.Sen. con-
* ſil.168.col.3.lib.2.&*communiter doctores.
5 Accedit quia † collatio beneficij nondum vacantis
non tenet cap.primo in principio in verb. vacabat &
ibi gloſſ.in verb.eſſet Franc.4.not.de conceſſ.præben.
lib.6.cap.vlt.§.ſane vbi doct.eod.tit.& lib.cap.propo-
* ſuit vbi Barbat.in 2.not.eod.titu.ex.&* communiter
6 doctor.ergo neque etiam reſignatio,nam non†entiū
nullæ ſunt qualitates l.eius qui in prouinciam ff.ſi cer.
petat.& inquit Pariſ.conſ.95.nu.15.vol.3.quod renū
ciatio iuris non competentis renuncianti non valet.
7 Comprobo quia fieri † non debet quod factum non
releuat l.hæc ſtipulatio §.diuus ff.vt legat. nomine ca
uea.l aliquando ad fin.ff.ad Velleian.Card.Pariſ.conſ.
8 5.nu.44.volum.4.& ideo articuli†impertinentes non
ſunt admittendi cap.cum contingat de oſſ.& poteſt.
iud.deleg.Bart.per illum text.in l.ſi duo §. Idem Iulia
nus nu.13.ff.de iuſt.& iur.Crauett.conſ.23.nu.4.Car-
din.Pariſ.conſ.97.num.131.3olum.1.& conſi.67.nu.
* 14.vol.4.fuit deciſum in vna*Brachanen.parochialis
de pedraxa coram Accorābono 15. Februarij 1552.
* & in alia*Romana ſtatus coram Cardin. S.Crucis.9.
Maij 1552.ſed huiuſmodi renunciatio ſi fiat nihil re
leuat,ergo.
9 Hinc non†poteſt fieri permutatio beneficij nondū
collati Petr.de Peruſ.de permutat.benefic.nu.3.& eſt
* *communis opinio.
Amplia hanc concluſionem procedere etiam ſi re-
10 ſignetur certum beneficium†conferendum de proxi-
mo,nam nihilominus huiuſmodi reſignatio non pōt
* fieri,ita Boer.dict.deciſ.308.col.2.ſub nu.2.& *com
muniter eſt receptum per omnes.
Quod eſt notandum ad limitationem illius regulę
quod proxime accingendus habetur pro accincto.
11 Ex quo infertur†quod beneficia propria non aūt
quæ alterius ſunt poſſunt reſignari Petr.Greg.Sintag.
*12 Iur.c.17.nu.15.& eſt*communis reſolutio.Hinc†ab-
ſens cui collatum fuit beneficium non poteſt reſigna
re illud ante acceptationem vt reſpondit Rebuff.con
ſil.48.nu.8.& conſ.49.num.2.quia nondum in eo ius
habet cap.ſi tibi abſenti de præben.lib.6.vbi commu
* niter*doctores.

## Vigeſimæ tertiæ Quæſtionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Beneficium in quo quis habet ius ad rem poteſt renūciari ſimpliciter,non autem in fauorem.*
2 *Habet ius conſiderabile qui habet ius ad rem.*
3 *Quiſque poteſt renunciare iuri ſibi competenti.*
4 *Ius ad rē nō eſt tātæ potētiæ vt poſſit ī aliū trāsferri.*
5 *Ius in re poteſt renunciari in fauorem.*
6 *Aliud eſt renūciare ſimpliciter aliud vt detur alteri.*





7 *Electus poteſt ſimpliciter electioni de ſe factæ renunciare.*
8 *Electus poſt electionem habet ius ad rem.*
9 *Electus poſt renunciationem non auditur.*
10 *Præſentatus ad beneficium poteſt renunciare ſimpliciter.*
11 *Præſentatus poteſt renunciare in manibus patroni.*
12 *Poſt præſentationem acquiritur ius ad rem.*
13 *Patronis laicis licet variare accumulatiue.*
14 *Habentes expectatiuam ad beneficia poſſunt renunciare ſimpliciter.*
15 *Per expectatiuam habetur ius ad rem.*
16 *Habentes regreßum,vel acceſſum poſſunt renunciare ſimpliciter.*
17 *Habentes ius ad rem non coguntur renunciare corā ſuperiore.*
18 *Differentia inter ius ad rem & in rem.*

VIgeſimotertio Quæro an poſſit
reſignari beneficiū ſuper quo
volens reſignare habet ius ad
1 rem?Reſpon.poſſe†renunciari
ſimpliciter,non autem in fauo
rem:ita colligitur ex Inn.ex ca.
quod in dubijs ſub nu.1.de re-
* nūc.vbi Abb.& alij*omnes Ar
chid.in cap.deliberatione de offic.leg.lib.6.Rot. de-
ciſ.7.de iure patr.in antiq.& deciſ. 8. eod.tit.in nou.
* num.2.& eſt*communis opinio.
2 Et ratio eſt † quia qui habet ius ad rem habet ius
conſiderabile,vnde non mirum ſi poteſt ſimpliciter
* illi renunciare iuxta vulgarem*& cōem regulam vni-
3 cuique eſſe conceſſum renunciare iuri†ſibi competē
ti Rot.deciſ.32.nu.3.de appell.in nou.& deciſ.31.n.
4.de Iud.in antiq.& deciſ.1.num.3.de iur.iuran. per
Biſignett.D.meus Card.Pariſ.cōſ.65.num.24.vol.2.
4 non autem in fauorem,cum dictum†ius non ſit tan-
tæ potentiæ vt poſſit in alium transferri iux.not.per
Sarn.in reg.de iur.quæſit.non tollē.Rot.deciſ.17.de
præb.in nou.namque vt procedat renūciatio in fauo
5 rem † requiritur,vt renuncians habeat ius in re,& ſic
vt a ſuperiore habuerit titulum canonicum iux.ca.1.
de reg.iur.in 6.iuxta ea quæ ſcribit Lapus allegat.89.
* & dicetur infra ex*communi.ex quo patet quod dif-
6 ferunt hæc inter ſe ſcilicet renunciare† ſimpliciter &
renunciare vt detur alteri , vt ſcriptum reliquit Bald.
conſ.403.num.3.lib.1.& hæc de ſtilo Cancellarię ap
pellatur ceſſio.
7 Ex quo infertur primo electum† ad aliquod bene
ficium poſſe ſimpliciter renunciare electioni de ſe fa
ctæ c.in præſentia de renunc.Innoc.in c. cum veniſ-
ſent de reſt.in integ.Rot.deciſ.8.num.3. de iur.patr.
in nou.Card.Alex.in c.ſi quis.num.47.q.1. Franc.in
c.beneficium num.10.in fi.Moder.in tract.de elect.
Gugliel.Mandagol.de elect.pręlat.col.4.in fi.verſ.ele
* ctus &*communiter doct.Namque electus†poſt ele
8 ctionem habet ius ad rem Abb. in c. cum Bertoldus
de re iud.Fel.in c.in noſtra in 28.corollario de reſcr.
* Bellam.deciſ.167.Rot.deciſ.6.de elect.in nou.*com
munis vt per Sarn.reg.1.de iur.quæſit.nō tollen. col.
13.verſ.1.igitur modus.
Et in tantum valet huiuſmodi renunciatio electi
9 ſponte facta vt poſtea†non audiatur Ant. de Butr.in
* d.c.in præſentia nu.1.vbi*communiter, & minus po-
teſt appellare ne ad nouam electionē deueniatur,Za-
barel.in c.cum inter num.1.de elect.
10 Secundo infero præſentatum†ad aliquod benefi-
cium poſſe renunciare ſimpliciter dictæ præſentatio
11 ni etiam poſt acceptationem ac ēt†in manibus ſolius
* patroni vt fuit* tentum,vt dicitur in d.deciſ.7.de iur.
patr.in antiq.Curt.in tract. de iure patronatus verb.
* Honorificum col.30.&*communiter omnes.
12 Nam per præſentationem † acquiritur ius ad rem
Sarn.d.q.1.de iure quæſit.non tollen.col. 14. verſ. 2.
Caſus.Rebuff.in eadem reg.gloſſ.6.nu.38.Bellam.de
ciſ.167.poſtquam præſentatus acceptauit Abb.in c.
cum Bertoldus col.3.de re iud.Cald.conſ.17. de iur.
* patr.& conſ.9.eodem tit.& eſt*communis opinio.
Quomodo enim tales præſentati poterūt reſigna
re in fauorem?cum a ſuperiore adhuc non ſint inſti-
tuti Bero.conſ.5.num.77.cum ſeq.lib.1. namque li-
13 cet† patrono laico variare accumulatiue c.quod aut
* vbi gloſ.Innoc.Butr.Io.And.Card.Alex.&* commu
niter doct.vt de communi atteſtatur Bero. nu. 8. de
iure Patr.Card.Pariſ.conſ.47.in princ.vol.4.Ferrett.
conſ.211.num.9.Celſus Hug.conſ.78.nu.6.& 7. Ge
rard.Mazzol.conſ.61.num.28.Bero.d.conſ. 5.& nu.
77.& 79.lib.1.Rip.in rub.de Iud.nu.69.Fran. Marc.
deciſ.delfin.476.num.20.& 470.per totum par.1. &
* deciſ.1154.ead.parte & eſt*communis omnium ſen
tentia vt atteſtatur Burſat.conſ.379.nu.11. cum ſeq.
vol.4.vbi infinitos recenſet.
14 Tertio infero habentem † expectatiuam ad aliqđ
beneficium poſſe renunciare ſimpliciter illi gratiæ
Rot.deciſ.8.de renunciat.in antiq.Gemi. conſ.127.
* in fi.Boer.deciſ.308.num.1.&* communiter docto.
hoc volunt vt colligitur ex Staſil. de liter. grat. cum
15 †per expectatiuam habeatur ius ad rem Card. Zaba-
rel.in clem.Auditor & in clem.ſeq.not.2.de reſcript.
Sarn.d.q.1.reg.de iur.quæſit.non tollen.col.14.Non
autem in fauorem cum adhuc beneficium nō ſit ſuū
virtualiter vt poſſit in alium transferre.
Hinc tale beneficium non poteſt permutari Alex.
de Antill.Barb.in c.quæſitum col. 4. de rerum per-
mut.poſt Zabarell.licet Gamm.in c.licet num.42.de
rerum permut.in 6.tenuerit cōtrarium, cuius opinio
communiter reprobatur.
16 Quarto infero habentes† regreſſum vel acceſſum
ad beneficium poſſe renunciare ſimpliciter Putr.de-
* ciſ.341.lib.1.Moedan.deciſ.338.col.3.&* communi
ter doct.vt ſuo loco dicam,iſti enim habent ius ad rē
vt per Sarn.d.q.1.col.18.de iur.quęſit.non tollen.vbi
refert alios caſus ex quibus habetur ius ad rem, & in
his idem erit dicendum vt ſupra.
17 Et renunciatio † iſtorum qui habent ius ad rem
non eſt neceſſe vt fiat in manibus ſuperioris gloſſ. in
c.ſi electio de elec.lib.6.cum alijs alleg.a Rot. deciſ.
7.num.3.de iur.patr.in antiq.& deciſ.8.numero ſecū
do,eodem tit.in nou.Gemin.conſ.127. Boer. deciſ.
* 308.ſub num.1.&*communiter doct.vt dicam infra
ſuo loco.
18 Ex quo collige † differentiam inter ius ad rem &
in rem,nāque facilius perditur ius ad rem quam ius
in rem Rot.deciſ.17.num.2.de præben.in nou.Rot.
* * deciſ.14.num.5.de renunc.in antiq.&* communi-
ter doctores.

## VIGESIMAEQVARTAE QVAESTIONIS

*SVMMARIVM.*

1 *Beneficium poteſt reſignari etiam bullis non cōfectis.*

2 *In ſupplicatione narratur bullas non eße expeditas.*
3 *Poſt ſignatam ſupplicationem prouiſus conſequitur titulum beneficij.*
4 *De iure communi non requiritur expeditio literarum.*
5 *Ante expeditionem literarum titulus non diciturper fectus.*
6 *Mortuo prouiſo poſt regiſtratam ſupplicationem beneficium vacat per obitum.*
7 *Quomodo fiat reſignatio, quando ſupplicatio non eſt regiſtrata.*

ET quia recepta doctorum ſen
tentia eſt beneficium in quo
quis habet ius iure poſſe reſi-
gnari ſimpliciter, & in fauo-
rem.
Vigeſimoquarto, Quæro.
An talis reſignatio poſſit fie-
ri bullis non confectis? com-
* munis * opinio eſt poſſe fieri
1 †etiam ad fauorem Boer.deciſ.24.numero nono.Re
buff.in concordantiis de mand.apoſt. in verb. literas
vbi citat Imol.in clem.vnica.num.22. de rerum per-
mut.Arnulph.Rux.de iur.regal.priuileg.4.num. 15.
* dicit*ita hodie practicari Maſcard.de prob.concluſ.
843.nu.18.Aragon.deciſ. 12. Illerden. & habetur in
lib.diuerſarum deciſ.250.in manuſcrip. & colligitur
ex deciſ.182.R.P.D.Seraphini Mandoſ.in prax.ſign.
grat.tit.reſignationes colum.3.verſ. beneficij obten-
ti,vbi dicit admitti huiuſmodi reſignationem his ver
bis ſcilicet poſſeſſione habita vel non habita ac for-
ſan literis non expeditis reſignare proponat prout re
ſignat & cedit,nec ſignatura inquit Mandoſ. delere
conſueuit illa verba forſan literis non confectis ſeu
non expeditis arg.not.per gloſſ.primam in c.inſtitu-
tionis 25.q.2.& per doct.in procœ.6.hodie autem ſo-
2 let†narrari hoc quod literę non ſunt expeditæ & non
de facili admittitur huiuſmodi reſignatio ad fauorē,
ſed cum magna interceſſione,nam quamuis poſt ſi-
3 gnatam ſupplicationem†ille conſequatur titulum be
neficij vt per Card.in cap.quiſquis de elect.Bal.in le.
cum apud.C.com.Succ.manuſc.Sarn.de infir.reſign.
quæſt.31.qui titulus in beneficialibus attenditur cap.
ex frequentibus de Inſtitut.docto.in ca. ex literis de
reſtitut.ſpoliat.& in cap.ex inſinuatione de procura.
cap.inſtitutionis 25.q.2.& per conſequens de iure cō
4 muni non requiratur†expeditio literarum vt fuit di-
* ctum in vna*Bracchanen.Monaſteriorum corā Ac-
corambono 24.Aprilis 1552.teſte Caputaq. deciſ. 4.
p.1.tamen cum hodie * de ſtilo omnibus noto & ex
reg.Cancell.requiratur dicta expeditio literarum,ſe-
quitur ante dictam expeditionem titulum non dici
5 perfectum†in ſuo eſſe Bellam.deciſ.110.col.4.& de-
ciſ.664.Mil.in verb.gratia Apoſtolica Oldrad.conſi.
324.incip.factum tale Rot.deciſ.27.de reſcrip.in no.
& deciſ.28.de præbend.in antiq.Bellam.deciſ.746.&
deciſ.252.vbi dicit ſumptum de regiſtro ſupplicatio
num in Iudicio fidem non facere,licet ſecus ſit in
regiſtro literarum Bullatarum.
Et hæc concluſio procedit poſtquam ſupplicatio
ſignata per Summ.Pontif.eſt regiſtrata,nam tunc po
teſt fieri huiuſmodi reſignatio quæ de ſtilo Cancella
rię appellatur ceſſio,& tunc ſi moriatur ille ad cuius
6 fauorem fuit ſignata † dicta ſupplicatio & regiſtrata
beneficium dicitur vacare ex eius obitu, vt eſt vera
concluſio per Sarn.in prima quæſt.reg. de non iudi.
Caſſador.dec.8.nu.9.vbi ſcribit dec.Bellam.144.con
trarium uolentis non ſeruari & illum refert & ſequi-
tur Mandoſ.in prax.de ſignat.grat.titu. renunciatio-
7 nes col.4.in principio,hoc enim caſu†poteſt reſigna-
re iſte in fauorem,nam ſignatur alia ſupplicatio cum
narratiua quod beneficium fuit alteri collatum qui
conſentit expeditioni literarum, & renunciat omne
* ius,& ita*vidi practicari.
Si autem ſolum eſt ſignata ſupplicatio tunc poteſt
* illa lacerari vt fieri*videmus tota die, & alia ſignari
in fauorem illius cui vult renunciare, & ita fuit plu
ries dictum in Rota.

## Vigeſimæ quintæ quæſtionis.

*SVMMARIVM.*

1 *An literæ dicantur expeditę quando ſunt in plumbo.*
2 *Literis plumbatis poteſt fieri reſignatio.*

SED iuxta hoc vigeſimo
quinto Quæro pone q̄
poſt ſignatam ſupplica-
tionem literę expedian-
tur in Cancellaria & po-
ſtea mittantur in officio
vbi ſolet apponi plum-
bum, an iſte poſſit reſi-
gnare hoc beneficium
in fauorem? hęc quęſtio
pendet ex alia quæſtione.
1 An quando literæ ſunt in plumbo dicantur†expedi
* tæ de quo fuit dubitatum in Ro.*de menſe Noueb.
1539.coram R.P.D.Marcello Creſcentio in vna Sa-
lamantina parochialis,in qua fuit concluſum pro af-
firmatiua iux.c.licet de Crim.falſ.Gemin.in ca.ſicut
de præben.lib.6.prout atteſtatur Sarn.in q.1. regula.
* de non iud.iux.form.ſuppl.col.4.& ita ſeruari*in pra
xi atteſtatur Felin.in cap.diligenti in fin.de ſimon.Vn
de cum literæ ſint expeditæ,ſequitur poſſe fieri reſi-
gnationem iux.ea quæ dicentur in ſeq. q.
2 Ex quo infertur†quod abſque dubio quis poteſt re
ſignare poſtquā bullæ ſunt plumbatæ, & in hoc con-
* cordant*omnes communiter ac ita ſeruat* ſtilus.

## Decimæ ſextæ Quæſtionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Ante apprehenſam poſſeſſionem poteſt fieri reſignatio.*
2 *Per collationem,& acceptationem acquiritur ius.*
3 *Per acceptationem acquiritur titulus beneficij.*
4 *Ius conſiſtit in literis.*
6 *Renuncians literis, videtur renunciare beneficium.*
7 *Non utens literis per annum non videtur renunciare.*
8 *Quando videatur renunciari literis.*
9 *Aliud eſt renunciare Prælaturæ, aliud abſoluere ſubditos.*

VIgeſimoſexto Quęro An beneficium poſſit re
ſignari etiam ad fauorem literis expeditis,an
te tamen apprehenſam poſſeſſionem? Reſpō.
1* †affirmatiuam opinionem a docto.* communiter re
cipi Gemin.conſ.127.in fi.ad quòd allegat Io. Andr.
Archid.& Rot.Boer.deciſ.308.nu.1.Calder.in c.mā
datum nu.15.de reſc.Petr.Anchar.in ca.ad audientiā
2.nu.2.de reſcr.Ant.de Burg.in c.cæterum num.151.
de reſcr.Pet.Greg.Sintag.iur.lib.17.c.17.nu.16.& ita
* *communiter practicari atteſtatur Arnalph.Rux.de
iur.reg.priuileg.4.nu.15.
2 Ratio eſt quia per collationem† & acceptationem
* ex*communi ille cui confertur, conſequitur ius in
rem.cap.vlt.de conceſſ.præb.lib.6.cap. ſi tibi abſenti
de præb.in 6.Put.deciſ.90.nu.4.lib.1.Rebuff. in reg.
3 de iur.quæſit.non toll.glo.6.nu.38.in fin.ac† titulum
* beneficij vt eſt* communis opinio de qua late Sarn.
de non iud.iux.form.ſuppl.q. 1.qui ſufficit ad renun-
ciandum etiam in fauorem ut dictum eſt ſupra,nam-
que poſſeſſio ad hoc non attenditur vt ex pluribus
4 iuribus reſoluit Boer.deciſ.24.nu.8.*ius enim conſi-
ſtit in literis ſine qbus prohibitum eſt capere poſſeſ-
5 ſionem†ex conſtitutione Iulii III.33.incip. ſanctiſſi-
mus ſub pœna inhabilitatis & reſtitutionis fructuū.
6 Ideo renuncians † expreſſe literis videtur renunciare
beneficio.Ita Cald.poſt alios in c.mandatum nunc.
14.de reſcr.Maiol.de irregul.lib.3.cap.6.nu.12.ſub-
7 dit Cald.d.cap.mandatum nu.16.quòd†literis non vi
detur renunciatum ſi quis eis non vtatur per annum
ſicuti neque per additionem factam ſuperiori ſubij-
ciendo ſe miſericordiæ ipſius Maiol.d.lib. 3. de irre-
8 gul.cap.6.in fin.†nec per reuerentiæ exhibitionē aut
obedientię præſtationem Ant.de Butr. in cap. 3.nu.
1.de his quę fiunt a maior.part.cap.quemadmodum
9 †ſuperiores prælati abſoluendo ſubditos a prælatura
non videatur per hoc renunciare prælaturæ cap.le-
ctę de renunc.vbi Ant.de Butr.& Abb. quos uide.

## Vigeſimę ſeptimæ Quæſtionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Prouiſus de prębenda ſub conditione non poteſt illā renunciare pendente conditione.*
2 *Hæreditas ante conditionem impletam non poteſt renunciari.*
3 *Reſignatio beneficij habet conditionem ſi fuerit facta publicatio.*
4 *Beneficium reſignatum poteſt renunciari etiam ante publicationem.*
5 *Ius quæritur per ſignaturam Papæ.*
6 *Gratia ſi neutri non ſuffragatur ante publicationem.*
7 *Gratia ſi neutri capit beneficium vacans.*
8 *Expectans,& acceptans poßunt reſignare.*
9 *Poteſt fieri reſignatio ante publicationem etiam ſi eſſet in fine.*

VIgeſimo ſeptimo Quæro An beneficium
poſſit reſignari antequā ſit facta publi-
catio? præſuppone fuiſſe reſignatū bene
ficium N.qui vigore huiuſmodi reſigna
tionis capit poſſeſsionem, non autem
adhuc publicauit, vt tenetur ex regulis Cancellariæ,
ac etiam ex conſtitutionibus Pij V.& Gregorij XIII.
an poſſit reſignari huiuſmodi beneficium.
Videtur quod non ex doctrina Cyni, quem
refert & ſequitur Alexander. in leg. Is, qui hæres
numero. 5.ff.de acquir. hæred. vbi vult quod ſi fuerit
1 prouiſum†alicui de præbenda ſub aliqua conditio-
ne,quod pendente tali conditione non poteſt proui
ſus renunciare præbendæ idque Cin.& Alex.deducūt
ex illo tex.dum eliciunt hæreditatem delatam ſub cō
2 ditione†non poſſe renunciari pendente conditione,
ita in caſu noſtro cū reſignatarius teneatur publicare
3 alias amittit ius,ergo antequam†ius ſuum ſit reſolutū
non poteſt reſignare quia erat beneficium futurum
reſignatario ſub conditione ſi publicaret,vt in termi-
nis ſcribit Roman.conſ.433.ſub.nu.9.
His tamen non obſtantibus contraria opinio eſt
4 verior,& ab omnibus recepta†vt beneficium reſigna
tum poſſit reſignari ante factam publicationem a re
* ſignatario, ita fuit reſolutum in vna*Toletan.præſti-
monii coram Sarn.teſte Creſcen.deciſ.227.libro.1.in
manuſc.
5 Ratio eſt quia ius quæritur†per reſignationem ad
miſſam & ſignatam a ſuperiore vt eſt* communis o-
pin.de qua per Sarn.in 1.q.reg.de nō iudic.iux.form.
ſupp.& q.31.1.& 2.col.reg.de infir.reſign.nec pendet
a conditione ſi publicauit vt in ſpecie tradit. Moed.
deciſ.348.fuit,&c.in tit.de præben.Card.Pariſ. conſ.
114.nu.5.vol.4.licet in euentum in quem non publi
cauit reſoluatur vt optime declarat.Card.Pariſ. dict.
conſ.114.nu.5.cum ſequen.
Hinc ante factam publicationē ſi beneficiū fuerit
6 impetratum†per gratiam ſi neutri,licet non fuerit po
ſtea facta publicatio nihilominus non valet huiuſmo
di impetratio cum ante publicationem ius eſſet pu-
* re quæſitum Ita fuit tentum in * Rota die tertio.
Februarij. 1540. coram D. Ioanne Paulo, teſte.
Moedan.deciſ.348.fuit dubium ſub tit.de qua etiam
deciſ.atteſtatur Orat. Mandoſ.in addit.ad Roman.
d.conſ.433.in verbo ſub conditione ſub.num. 9. gra
7 tia enim ſi neutri capit beneficium†vacans & non va
caturum vt dicetur infra.
8 Hinc acceptans & obtinens†ſibi prouideri vigore
expectatiuæ poteſt cedere ius in beneficio acceptato
competens ante curſum trium menſium datorum ad
publicandum Caſſad.deciſ.26.ſuper reg.vbi late. Et
hæc opinio probatur in Conſtitutione Felin.record.
Gregorii.XIII*.de publicandis reſignationibus,vbi a
ctat ne dum primum reſignatarium,ſed etiam ſecun-
dum & tertium ad publicandum reſignationes vt la
tius infra dicetur.
Non obſtant in contrariū allegata quia illud conſ.
Roman.quatenus dicit ius eſſe ſub conditione repro
batur a Rot.vt tradit Moedan.dict.deciſ.ac etiā Mā
doſ.in addit.ad illud.conſ.
9 Amplia procedere*etiā ſi eſſet in fine termini da-
ti ad publicandum, ita Caſſad.dict.deciſ.27.tenuit pa
latium ſuper reg.Cancell.ex rationibus per ipſum alle
* gatis,& eſt communis*opinio.

*Finis Secundi Libri.*

# FLAMINII PARISII

## PONTIFICII CAESAREIQVE Iuris Conſultiſſimi,

# DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM.

# LIBER TERTIVS.

## PRIMAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.

1 OMnes poſſunt beneficia reſignare.
2 Habentes dignitatem poſſunt reſignare.
3 An reſignatio ſortiatur effectum ſi reſignans aſſumatur ad ſummum Pontificatum.
4 Per aſſumptionem ad Papatum vacant beneficia aſſumpti.
5 Per aſſumptionem Epiſcopatus vacant beneficia promoti.
6 Per aſumptionem ad Papatum extinguuntur penſiones & reſeruationes fructuum.
7 Papa eſt ſolutus legibus.
8 Per prouiſionem ad Epiſcopatum vacant penſiones.
9 Retentio conceſſa Epiſcopis non ſuffragatur literis nõ expeditis.
10 Epiſcopi titulares non amittunt penſiones.
11 Papa eſt Epiſcopus.
12 Epiſcopus eſt pater ſpiritualium.
13 Papa eſt pater ſpiritualium omnium Chriſtianorum.
14 Qua ratione reſeruentur penſiones Cardinalibus.
15 Papatus eſt beneficium.
16 Princeps debet viuere ſecundum leges.
17 Papatus aſtringitur lege honeſtatis.
18 Papa eſt animal rationale.
19 Princeps contractum ab eo factum reuocare non poteſt.
20 Reſignantes debent habere ius, alioquin ceſſio eſt nulla.
21 Priuatus beneficijs ipſo iure non poteſt reſignare.
23 Quoties beneficium amittitur ipſo iure nullum ius remanet beneficiario.
23 Quę ipſo iure ſunt amiſſa non poſſunt alienari.
24 Simoniacus non poteſt ſuum beneficium reſignare.
25 An ſimoniacus amittat beneficia ſuper quibus non cõmiſit ſimoniam.
26 Offendentes Cardinales non poſſunt reſignare.
27 Falſificantes literas apoſtolicas non poſſunt reſignare.
28 Contrahens matrimonium non poteſt renunciare.
29 Obtinens beneficium curatum & non faciens ſe promoueri intra annum non poteſt renunciare.
30 Curatus eſt priuatus ipſo iure ſi non fecit ſe promoueri infra annum.
31 Hæreticus non poteſt renunciare.
32 Hæreticus priuatur ipſo iure beneficijs.
33 Beneficia hæretici ante declarationem poſſunt conferri.
34 Filij hæreticorum ſunt priuati ipſo iuro.
35 Filij hæreticorum nati poſt commiſſum delictum a patribus non poſſunt beneficia poſſidere.
36 Sciſmaticus non poteſt reſignare.
37 Sciſmaticus dicitur hæreticus.
38 Priuati ipſo iure non poſſunt reſignare etiam ante declaratoriam.
39 Intruſi non poſſunt reſignare beneficia quę poſſident.
40 Intruſi nullum habent titulum.
41 Intruſus non poteſt renunciare etiam ſi diu beneficiũ pacifice poſſedit.
42 Intruſi non poſſunt permutare.
43 Longa detentio beneficij non iuſtificat titulum.
44 Inhabilitas perſcribi non poteſt.
45 Ex diuturnitate temporis non naſcitur titulus.
46 Intruſi condemnantur ad fructus a die motæ litis.
47 Ius Canonizatum per ſententiam Rotalem dicitur plenum.
48 Laicus non poteſt poſſidere beneficia.
49 Laicus non poteſt reſignare beneficia.
50 Promotus ad incompatibile non poteſt reſignare.
51 Per promotionem ad incompatibile vacant priora.
52 Amiſſa ipſo iure non poſſunt alienari.
53 Reſignare eſt donare.
54 Beneficia promotorum poſſunt conferri nulla lata ſententia.
55 Promoti auditi poſſunt deijci poſſeſſione.
56 Conductores non debent ſoluere promotis.
57 Parochiani quando poſſunt ſe ſubtrahere ab obedientia.
58 Priuati tenentur in foro conſcientiæ dimittere beneficia.
59 Priuatus nõ poteſt agere petitorio pro beneficio quod amiſit.
60 Promoti ſpoliati non ſunt reſtituendi.
61 Contra ſpoliatum poteſt opponi defectus proprietatis.
62 Spoliatus a iudice non eſt reſtituendus.
63 Spoliatus a priuato auctoritate iudicis non reſtituitur
64 In prouiſione ſecundi beneficii incompatibilis ſolet dari clauſula vt primum infra duos menſes libere dimittatur.
65 Appoſita huiuſmodi clauſula non poteſt fieri reſignatio in fauorem neque cum aliqua reſeruatione.
66 Per promotionem ad Cardinalatum vacant priora beneficia ipſo iure.
67 Summus Pont. in omnibus promotionibus cõcedit retentionem Cardinalibus.

68 Cardinales



68 Cardinales laborant pro Eccleſia vniuerſali.
69 Cardinales ſunt latus Papæ.
70 Cardinalium officium eſt aſſiſtere Papæ.
71 Cardinales appellantur fratres Papæ.
72 Canonici cum Epiſcopo faciunt vnum corpus.
73 Cardinalatus cum Epiſcopatu eſt incompatibilis.
74 Cardinales habentur pro reſidentibus.
75 Promotus ad Epiſcopatum non poteſt renunciare beneficium ante obtentum.
76 Per aſſecutionem Epiſcopatus vacant beneficia.
77 Quæ debeant concurrere vt vacẽt beneficia promoti.
78 Beneficia promoti ſtatim conferuntur.
79 Amiſſa ipſo iure non poſſunt donari.
80 Qui nullum ius habet non poteſt renunciare.
81 Beneficia promoti ad Epiſcopatum poſſunt cõferri nõ expectata ſententia.
82 In foro conſcientiæ quis tenetur ad pęnam qua fuit condemnatus.
83 Promouendi non poſſunt renunciare.
84 Papa ſolet concedere retentionem promotis ad Epiſcopatum.
85 In retentione expediuntur literę.
86 Rentention eſt iuris antiqui reſeruatio.
87 Diſpenſatione poteſt quis obtinere plura beneficia.
88 Summus Pontifex poteſt concedere retentionem.
89 Per promotionem ad Eccleſias exiſtentes apud infideles non vacant priora beneficia.
90 Quis non tenetur ad diligentiam cum nihil operatur.
91 Primum curatum non perditur niſi fuerit capta pacifica poſſeſſio ſecundi.
92 Promotus apud infideles nihil conſequitur præter dignitatem.
93 Duo beneficia curata ſimul ſunt incompatibilia.
94 Poteſt quis habere duo beneficia quorum vnum eſt curatum habitu aliud actu.
95 Promotus ad Abbatiam non poteſt renunciare.
96 Beneficia promoti in Abbatem vacant ante benedictionem.
97 Epiſcopatus & Abbatia æquiparantur.
98 Abbatia eſt ex maioribus dignitatibus.
99 Abbatia ſecularis æquiparatur regularibus.
100 Prior regularis non poteſt renunciare.
101 Prior æquiparatur Abbati.
102 Prioratus eſt principalis pærlatura in Eccleſia regulari.
103 Habens perſonatum non poteſt renunciare priora ſi conſequatur ſecundum.
104 Archidiaconus & Decanus nõ poſſũt renunciare poſt obtentam aliam dignitatem.
105 Duæ dignitates ſunt inter ſe incompatibiles.
106 Canonicus non poteſt renunciare primum, ſi conſequatur ſecundum.
107 Incompatibile eſt habere duos Canonicatus in eadem Eccleſia.
108 Habens perſonatum ſi conſequatur curatum non poteſt renunciare perſonatum.
109 Obtinens beneficium curatum ſi conſequatur pacificã poſſeſſionem ſecundi non poteſt renunciare primũ.
110 Duæ parochiales in commendam incompatibiles.
111 Commenda perpetua eſt titulus canonicus.
112 Commendatarij perpetui faciunt fructus ſuos.
113 In dubio commenda perpetua præſumitur.
114 Diſpoſitio cap. De multa de pręb. habet locum in commendis.
115 Per adeptionem ſecundæ vicariæ vacat prima.
116 Duæ Vicariæ perpetuæ ſunt inter ſe incompatibiles.
117 Vicarius perpetuus dicitur habere titulum.
118 Vicarius perpetus nõ poteſt reſignare Vicariam poſt adeptionem ſecundi curati.
119 Ratione vnionis poſſunt ab vno plura beneficia obtineri.
120 Annexum non facit incompatibile.
121 Obtinens beneficium ſimplex in aliqua Eccleſia illud non poteſt reſignare per adeptionem ſecundi.
122 Sub eodem tecto plura beneficia obtineri nõ poſſunt.
123 Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper incompatibilitate ſub eodem tecto.
124 Non valet conſuetudo vt quis poſſit obtinere plura beneficia ſub eodem tecto.
125 Diſpenſatus ad duo beneficia non cenſetur diſpenſatus vt illa habeat in eadem Eccleſia.
126 Clauſula motu proprio non tollit incompatibilitatẽ beneficiorum.
127 Clauſula motu proprio non tollit defectum intentionis.
128 In eadem Eccleſia poſſunt obtineri duo beneficia diſſimilia.
129 Vt vacet primum debet capi poſſeſſio pacifica ſecũdi.
130 Pacifica poſſeſſio quæ dicatur.
131 Verbum incontinenti quomodo interpretetur relinquitur arbitrio Iudicis.
132 Obtinens beneficium ſimplex reſidentiam requirens ſi aliud ſimilr conſequatur primum non vacat ipſo iure.
133 Et obtinenti datur optio vt eligat quod voluerit.
134 Non poteſt quis in diuerſis Eccleſiis perſonaliter reſidere.
135 Non faciens reſidentiam priuatur ipſo iure.
136 Primum præſtimonium non vacat per adeptionem ſecundi.
137 Præſtimonia dantur in titulum beneficij.
138 Habens beneficium ſufficiens ad commodam ſuſtentationem poteſt ex vſu alia beneficia habere.
139 Magna multitudo beneficiorum incompatibilis.
140 Præſtimonia ſunt beneficia Eccleſię.
141 Multa beneficia poſſunt haberi quando ſunt modicĩ valoris.
142 Decem aut octo beneficia dicitur magna multitudo.
143 Iudicis arbitrio relinquitur quæ dicatur magna multitudo beneficiorum.
144 Iudicis arbitrio relinquitur quæ dicatur magnitudo.
145 Iudicis arbitrio relinquitur quod certa lege non reperitur diffinitum.
146 Habens dignitatem ſi conſequatur canonicatum non priuatur ipſo iure.
147 Canonicus factus canonicus in alia Eccleſia non perdit primum ipſo iure.
148 Diſpoſitio cap. De multa de præb. eſt pœnalis.
149 In literis in forma dignum ſi Ordinarius non conferat prouiſus non poteſt capere poſſeſſionem.
150 Nemo poteſt perdere quod non habet;
151 Priuatus beneficijs poteſt renunciare.

PRimo Quæro qui poſſint beneficia reſignare? regula* eſt affirmatiua omnes † poſſe reſignare eorũ beneficia vt colligitur ex Io. And. in Rub. de renunciat. num. 4. Rot. deciſ. 26. in fin. de procur. in antiq. & deciſ. 31. nu. 4. de re iudic. cod. lib. Boer, deciſ. 105. nu. 4. & deciſ. 308. Bal. in cap. cum omnes nu. 24. de conſtitut. Ant. de Burg. in cap. ex parte nu. 22. de reſcrip. Roſſiniac.

Roffiniac.de benef.c.14.n.43.Io.de Graſſ. de recip.
apoſt.n.88.Lambert.de iur.patronat.2.ar.q.9.prin.p.
1.primi lib.n.40.doctor.*omnes in cap.quod in du-
biis & cap.Admonet de renunc.

Et hæc concluſio Ampliatur procedere ne dū in
2 priuatis,ſed etiam†in habentibus dignitatem quantū
uis maximam, nam Epiſcopus,Cardinalis, ac etiam
Papa,poſſunt reſiguare cap. 1. de renunciat. libro 6.
* &ibi communiter*DD. vt late ſupra comprobaui-
mus.in libr.2.quæſt.1.Et hac ſumpta occaſione non
omittam vnum dubium quod alias contingit.Nam
3 N.Cardinalis volebat†reſignare quādam Abbatiam
in fauorem Petri,fuit ſignata ſupplicatio , & poſtea
mortuus eſt ſumm.Pontifex.Et ad apicem Pontifica
tus aſſumptus eſt dict.N.Cardinalis dubitabatur An
reſignatio ſortiatur effectum.ego diſtinguebam qđ
aut eſt præſtitus conſenſus formalis, & tunc reſigna-
tio ſortitur effectum,namque poſſunt expediri literę
aut conſenſus non eſt præſtitus,& hoc caſu literę nō
poſſunt expediri niſi voluerit ſumm.Pontifex qui po
teſt illud beneficium ſicut alia quæ habebat cōferre
*4 cum communis*ſit concluſio per aſſumptionem ad
Papatū vacare omnia beneficia aſſumpti vt tradit no-
ta.Collectan.in cap.vlt.in fin.de conceſſ.Sarn ,quem
refert.& ſequitur Alfonſ.Hoied. de incōpatibilitate
beneficiorum p.1.c.1.num.10.in fin. Hieronym.Ga
brie.conſ.200.nu.12.li.2.Egregie Anaſtaſ.Germon.
de indult.§.ſi vero illa nu.34. ſicuti per aſſecutionem
5 †Epiſcopatus vacat quodcumque eccleſiaſticum be-
neficium aſſumpti ca.cum in cunctis §. cum vero de
elect.vbi gloſſ.Innoc.Ant.de Butr.Abb.Anch. Dec.
* & *communiter prout de communi atteſtatur Ho-
ied.dict.tract.p.1.cap.4.num.1.& quia diximus*com
munem eſſe concluſionem vacare beneficia per aſ-
ſumptionem ad apicem Pontificatus,dubitatur an p
6 dictam aſſumptionem extinguantur†penſiones & re
ſeruationes fructuum,quas dum erat Cardinalis per
cipiebat vigore reſeruationis eius fauore auctoritate
apoſtolica factæ.Hoc dubium pluries euenit & de eo
vidi dubitari,nam quidam dicebant negatiue cum Pa
7 pa†ſit ſolutus legibus l. princeps ff.de legib. Felin. &
Dec.late in cap.1.de conſtit. Ancha.conſ.290.Bert.
tract.de epiſc.li.5.q.16.Ergo legibus non comprehē
ditur,nam vt dicit Bal.in.c.1.circa fin.tit.de alien.feu
di,quod ex quo Deus Papæ leges ſubiecit,eius celſi-
tudini nulla lex imponi poteſt.

In contrarium tamen ſe habet veritas vt per aſſum
ptionem ad Papatum extinguantur etiam penſiones
& reſeruationes fructuum,ſecundum quam opinio-
nem conſuluit Hieronim.Gabriell.dict.conſ.200.li.
2.hoc idem voluit Alfonſ.Hoied.dic.p.1.de incom-
pat. benef.c.1.n.11.vbi hoc extendit ad officia & di-
cit ſummam habere æquitatem, Immo ſecundū Ga-
brie.dic.conſ.num. 12.*vſus & conſuetudo temporis
immemorabilis, hanc opinionem approbauit.Et pri
mo probatur quia ſi cum aliquis ſit epiſcopus & mu
8 nus conſecrationis ſuſcipit amittit † penſionem quā
antea habebat Gig.de penſ.q.56.vbi dicit quod hāc
* opinionem amplectitur*curia Romana. Alfonſ.Ho
ied.dict.p.1.cap.4.nu.4.& habetur in conſtitutione
Iulij II.vt refert Put.inter deciſ.manuſcr.tit.de pen-
* ſion.deciſ.16.vbi ait concluſum fuiſſe*in Rota bul-
9 lam Iulij.II.qua cauetur indulta†retinendi penſio-
nes & beneficia conceſſa Epiſcopis non ſuffragari ni
ſi literæ ſint expeditæ,non comprehendere Epiſco-
10 pos titulares†tantum eccleſiarum quæ ſunt in parti-
* bus infidelium,& ita ſemper *obſeruatum fuit & ob-
ſeruatur teſte Gabriell.dict.conſ.200.num .1. vbi ēt
* num.2.dicit ita ſe habere*ſtilum inueteratū qui ius
facit cap.literis de conſtit.ergo eo magis cum quis
ſit ſummus Pōtifex amittet penſiones & reſeruatio-
11 nes fructuum,nam Papa†eſt quoque Epiſcopus cap.
in illis in fin.diſtinct.4.cap.vlt.diſtinct.21.cap. 1. de
conſtitut.in 6.& totum orbem habet pro diœceſi c.
cuncta per mundum.9.quæſt.3.Felin.in cap. graue,
12 col.2.de off.ordin.& ſicut†Epiſcopus eſt pater ſpiri-
tualis omnium de ſua diœceſi,ita Papa eſt pater ſpi-
13 ritualis†omnium Chriſtianorum Abb. in c.vlt.colu.
penult.de purgat.can.Dec.in cap.at ſi clerici n.47.de
Iudic.Gabriell.conſ.187.num.1.lib.2.

Secundo quia penſio eiſdem modis amittitur qui
bus beneficium Gig.q.56.de penſion.Gabriell. dict.
* conſ.187.nu.11.lib.2.& ita conſuetudine* & ſtilo eſ
ſe receptum atteſtatur Gabriell.dicto.conſ.200.n.4.
14 Tertio quia penſiones†& reſeruationes fructuū,
Cardinalibus reſeruātur,vt ſuum gradum honorabi-
lius ſuſtinere poſſint,& ita de*ſtilo exprimitur in lite
ris,quæ ratio prorſus ceſſat cum Cardinalis aſſum-
ptus eſt ad ſummum Pontificatum ca. 2. de præben.
lib.6.clemen.1.in fin.vt lit.pend.Abb.in cap. conſti-
tutus de præb.Corn.conſ.349.lib.1. Alex .conſ.2.li.
1.Dec.conſ.173.in principio.

Quarto quia inhoneſtum eſt,nec carens ſcandalo
videre Papam tenere beneficia vel frui penſionibus,
& fructibus quibus in minoribus fruebatur vt tradit
Gab.d.conſ.200.n.10.& hac rōne dicebat Hoied.lo
co citat. hanc opinionem niti æquitate,nam præbet
exēplum alijs prȩlatis vt ſe abſtineant a pluralitate be
15 neficiorum,cum & ſumm.†Pontificatus ſit eccleſia-
ſticum beneficium Ang.de clau.in ſua ſumm.tit. de
benef.§.1.Nec obſtat quod ſit ſolutus legibus & illis
non comprehendatur,quia,quamuis non teneatur ,
16 tamen ſecundum † leges viuere debet,& niſi aliud
exprimatur cēſetur vti iure communi.l. digna vox C.
17 de legibus & Papa n †aſtringi lege honeſtatis ſcribit
Diuus Thom.1.2.quæſt.96.artic.6.ac dictamine ra-
18 tionis cum ſit †animal rationale politicum & morta-
le Curt.conſ.63.colum.7.Bal.in 2.col.8.C.de ſeruit.
19 & aq.Hinc†princeps contractum ab eo factum re-
uocare nō poteſt Bart.in dict.l.digna vox idem Bart.
in l.quod ſemel ff.de decret.ab ordin.faciend. Butr.
conſ.59.Gemin.conſ.74.col.1.Abb.conſ.94.col . 3.
lib.2.Corn.conſ.70.num.11.lib.2.Barbat. conſ. 1.li.
1.Soccin.conſ.4.vol.2.li 3.Et in cap.1.de probat. plu
res reſponſiones dedi ad dict.l.princeps.

Declara tamen hanc concluſionem principalē dū
modo illi habeāt ius ſuper beneficijs,nam ſi nullum
20 †ius habent reſignatio nō poteſt fieri,& facta eſt nul
la vt colligitur ex deciſ.5.Rot.de re iudic.in antiquis
per Biſignett.Felin.in cap.in noſtra coll.37.verſ.fallit
quinto de reſcrip.cum alijs vt per Boer.deciſ.205.n.
8.verſ.item ſecus Roffiniac.de benef.cap.20.num.4.
Lancelott.de attent.cap.5.nu.34.communis*opinio
* ſecundum quam fuit reſolutum pluries * in Rot. &
* nouiſſime in vna *Compoſtellana parochialis die Ve
neris 24.Februarij.1584.coram R.P.D.Blanchetto,
& tradit.Ant.Aug.dec. 17.lib.1.Put.dec.266.li.1.Re
* buff.conſ.64.& quotidie*practicatur.
21 Ex quo primo infertur quod† priuatus beneficijs
ipſo iure non poteſt illa beneficia reſignare in fauo-
rem alicuius Rot. deciſ.5. de re iudic. in antiquo.
per Biſignett.Felin.in cap.in noſtra nu.37. verſ. fallit
quinto de reſcrip.Prob.in addic.ad Ioan.Monach.in
cap.præſenti.nu.16.& nu.24.de off.deleg.lib.6.Butr.
conſ.43.



conſ.43.incip.aggredior Ant.de Burg.in cap.Cano-
num num.310.de cōſtit.Gamm.de auct.lege.a later.
lib.10.de diſpenſ.num.340Rebuff.conſ.64.nu.4.Ga
briel. conſ.196.num. 11. lib.1.Nauarr..conſ. 1. de
* reſcrip.in principio,& eſt communis* omnium do-
ctorum ſententia.
22 Et ratio eſt†quia quoties beneficium amittitur ip-
* ſo iure nullum ius remanet beneficiario vt*commu-
niter eſt receptum Tiraquell.in l.ſi vnquam verbo re
uertatur num.446.cum ſequen.C.de reuocan.donat.
23 Accedit quia ea quæ ipſo†iure ſunt amiſſa non poſſūt
alienari etiam ſi non præceſſerit ſententia declara
toria Cin.& Bal.in Authent.inceſtas C.de Inceſt. nu
pt.ſecundum doct. poſt principium de hęretic.lib.6.
Anchar.in cap.2.not.6.de prȩſcrip.eodem lib.Barbat.
conſ.vlt.col.3.lib.3.Rebuff.ſuper concord. rubr. de
mandat.Apoſtoli.§.ſtatuimus verſ.quæro.
24 Vnde ſimoniacus†non poteſt reſignare ſuum bene
ficium in fauorem vt reſpondit Rebuff.coſ.64. num.
4.cum ſit priuatus ipſo iure Card.Pariſ.conſ.15 . nu.
13.& conſ.29.num.14.& conſ.30.nu.15.vol.4.Boer.
deciſ.117.circa medium Sarn.de trien.quęſt.12. Me
noch.de recup.poſſ.rem.1.num.137.& 336.Franc.de
25 March.quæſt.497.num.13.quid in alijs † beneficijs
in quibus non commiſit ſimoniā vide Rebuff.dict.
conſ.64.
26 Neque etiam†poterit ad fauorem reſignare ſua be
neficia†offendens S.R.Eccl.Cardinales,cum ſit pri-
uatus ipſo iure cap.felicis vbi gloſſ.in verb. diſponāt.
de hæretic.lib.2.Alfonſ.Hoied.de incompat. benef.
27 p.1.cap.penult.ſub num.100.Idemque erit in†falſifi-
cante literas apoſtolicas,qui etiam eſt priuatus ipſo
iure cap.ad falſariorum de crimin.falſ.vbi gl.Abb, &
* alij* omnes Rebuff.in prax.de mod.amittendi bene
fic.nu.43.declarat Menoch.d.reme.primo num.345.
cum ſequen. Ac etiam in beneficiato conſtituto
28 in minoribus ordinibus † contrahenti matrimo-
nium , nam eſt priuatus ipſo iure vt eſt * com-
* munis teſte Clar. libro 5. recep. ſentent . §. vlt.
quęſt.73.

Neque etiam poteſt reſignare in fauorem qui ob
29 tinuit beneficium†curatum,& non ſe fecit promoue
ri intra annum Boer.deciſ.105.num.8.Caſſad. deciſ.
27.tenuit Palatium ſuper reg.Cancell.& deciſ.4. nu.
4.loc.Oldrad.conſ.202.Lancelott.de attent.ca.5.nu.
12.Roffiniac.de benefic.cap.20. nu.7. Nauarr. dict.
* conſ.1.in principio eſt communis*doctor . ſententia
30 cum ſit † ipſo iure priuatus c.licet Canon de elect.in
* 6.vbi Io.Moanach.Pet.de Anchar.Gemin.& alij†om
31 nes,Idemque erit in†hæretico Lancelott . de attent.
32 cap.5.num.34.quia ipſo iure eſt†priuatus beneficijs
cap.ad abolendam §.primo de hęret.vbi hoc notant
* gloſſ.Abb.Archidiac.& alii* communiter cap. cum
non ab homine de iudic.Diaz.in verb.hæreticus Re
buff. in prax.tit. de mod. amitt.benef num .5. &
27.Ripa in l.naturaliter §.nihil commune.num.88.ff.
de acquir.poſſeſſ.& eſt communis*omnium ſanctorū
patrum ſententia vt dicit Pighius de Eccl.hierar. ca.
8.quam refert Simanc.de hæretic.cap.45.num.8. de
* communi etiam atteſtatur Clar.lib.5.recept. ſenten.
§.hæreſis verſic.item clericus,& ob id horum benefi
cia poſſunt a quocumque impetrari etiā ante ſenten
tiam gloſſ.in cap.commiſſam de elect.lib.6. Card. in
clemen.prima quæſt.8.vt lit.penden.Prob.in cap. A1
ma num.8.de ſenten.excommun.Card. Pariſ. conſ
112.volum.4.Card.Paleott.deciſ.246.Alias 375.Mu.
* tinen.Cappellania,vbi atteſtatur fuiſſe*concluſum in
illa cauſa die 16.Iunij Achill.deciſ.161.hæreticus in
33 fin.vbi dicit quod †beneficia hęretici ante declaratō-
riam poſſunt conferri ad quod vide Minſing.ſingul.
obſeru.cent.2.deciſ.43.Burſat.conſ.14.num.18. lib.
primo,immo non ſolum hæretici ſunt priuati ipſo
34 iure†ſed etiam filij eorum Io.And.in cap.vt cōmiſſi
colum.2.& ibi Gemin.in § . vt priuandi de hęretic.
lib.6.Card.Alexand.in cap.ſatis peruerſum diſtinct.
56.Imol.in l.in inſulam in principio ff.ſol. matrim.
* communis*opinio de qua teſtatur Io.Lup.in tract.
de regn.Nauarr.in 5. part.quæſt.8.quem refert Co
uarr.lib.2.variar.reſolut.cap.4.ſub num.4.Alfoſ. Ho-
ied.dict.tract.p.1.cap.penult.num.100. ſi nati ſunt
poſt commiſſum delictum per patres,nam hi abſque
35 dubio†non poſſunt poſſidere beneficia vt fuit reſolu
* tum*in Cappell.Tholoſ.teſte Aufrer.deciſ.120.Clar.
in dict.§.hæreſis verſic.quæro Alciat.conſ.367. nu.
7.Simanc.de hæretic.cap.29.nu.3.idemque erit in ſciſ
maticis†quia ſunt ipſo iure priuati cap.nos de cōſuetu
36 dine 12.diſtin.cap.quia diligentia de elect. Rebuff.
de mod.amitten.benefic.num.29.in prax. ſciſmatus
37 enim dicitur hęreticus cap. inter 34.quæſt.3. Ioan.
Andr.in Rubr.de ſciſmat.Et tandem idem erit dicen
dum in alijs omnibus,qui ſunt priuati ipſo iure iux-
ta declarationes ponendas infra.
48 Et hoc†etiam ſtante opinione quod requiratur de
** claratio iudicis iuxta magis communem**opinionē
de qua per Burſat.conſ.14.num.18.19.21.& 25.vol.
1.vbi plura adducit.
39 Secundo infertur†intruſos.& alios ſimiles non ha
bentes canonicum titulum & ſic nullum ius haben-
tes ad beneficia,quę detinent,non poſſe renunciare
in fauorem vt colligitur ex Innoc.& Abb.in cap.niſi
40 de renun.intruſos enim nullum † habere titulum
probat D.meus Card.Pariſ.conſil.37.num. 32. volu.
4.vt habetur in direct.elect.p.2.cap.8.num. 2 . & fuit
* pluries * reſolutum in Rota.& hoc procedit etiam ſi
intruſus diu poſſedit beneficium pacifice, nam cum
41 non habeat canonicum † titulum,licet diu pacifice
poſſederit illud,non tamen poteſt renunciare in fauo
rem alicuius ita Calder.conſ.9.de rer.permut.vbi lo-
42 quitur†de permutatione.vt non poſſit permutare, vn
de idem erit in renunciatione in fauorem propter idē
* titatem rationis Boer.deciſ.205.num.6.& eſt* com-
munis opinio,nam ex quo ius non habet non poteſt
in alium transferre cap.Daybertum 1.quęſt.7. cap. ꝙ
43 autem de iur.patron.longa enim†detentio beneficij
non iuſtificat titulum alias inualidum cap.dilecto de
præbend.capitul.3.de regul. iur.libro 6.capitul. cau
ſa &capitul.accedentes & ibi Abb . & Felin.de præ-
ſcrip.Ioan.Andr.in capitul.2.p illum tex.de prębend.
lib.6.Rebuff.de paciſ.poſſeſſ.num.172.ſecūdum par
44 uam impreſſionem.Hinc inhabilitas† præſcribi non
poteſt cap.cum cauſam & ibi Anchar.de elect.Hinc
45 ex diuturnitate temporis†non naſcitur titulus in be-
neficialibus & ſpiritualibus Bal.per illum tex.in cap.
* ex parte 1.col.prima de teſtibus,& eſt * communis o
pinio omnium doct.licet faciat prȩſumere legitimā
* inſtitutionem,Ant.de Butr.Abb.Felin.& alij* omnes
in cap.illud de prȩſump.Boer.deciſ.124.num.14 . In
46 truſi enim ſunt valde†odioſi,ideo condemnantur ad
fructus a die motæ litis vt fuit reſolutū*in vna Iſpal.
* fructuum 15.Ianuarij 1552.coram Reuman teſte Ca
putaq.deciſ.111.p.2.

Declara tamen hanc illationem ſecundam,niſi ius
47 reſignantis ſuper beneficio † reſignato fuiſſet cano
nizatum per ſententiam & rem iudicatam Rotalem,
nam

nam hoc caſu non poteſt dici illum non habere ius
* vt fuit reſolutum * in vna Calaguritan.penſionis co-
ram Card.S.Crucis die 1.Aprilis 1552.teſte Capu-
taq.deciſ.300.p.2.
Tertio infertur quod ſi reſignatio facta ſit in fa-
uorem N.laici cum expreſſione, quod eſſet clericus
48 iſte N.non poteſt reſignare in fauorem alterius†quia
* cum non poſſit habere beneficia vt eſt communis *
cõcluſio de qua infra dicetur reſignatio facta in eius
fauorem fuit nulla,& ipſe nihil poteſt†dare alteri,
49 cum non habeat, ita Ant.Auguſt.deciſ.68.lib.pri-
mo in manuſ.facit deciſ.Put.266.lib.1.Ita etiam in
* caſu Ptolom.deciſ.141.in vna*Imolen. parochialis,
nam vicarius cum non haberet facultatem recipien-
di reſignationem,illam recepit & de eo beneficio ꝓ
uidit Titio,qui Titius reſignauit in curia ad fauorem
N.vtique iſte N.habet ab eo titulum qui non habe
bat ius,fuit tamen deciſum eſſe reſtituendum ſi ſpo
liatur,nam ſufficit hoc pro titulo colorato 16. Ia-
nuarij 1542.
Quarto infertur promotum ad ſecundum benefi
50 cium incompatibile†non poſſe reſignare primum vt
ſcriptum reliquit Alfonſ. Hoied.in tract. de incom-
pat.benefic.part.1.capitul. 13 num. 2.& * eſt com-
* muni, opinio, nunc recepta* in praxi,vt non poſſit
reſignare in fauorem.
Ratio eſt quia per promotionem ad ſecundum be
51 neficium incompatibile†vacat ipſo iure primum iux.
decretum cum multa prouidentia confectum in
Concil.Lateran.de quo in c. de multa de pręb. ibi.
*Præſenti decreto ſtatuimus,vt quicunque recepe-
rit aliquod beneficium curam animarum habens an-
nexam ſi prius tale beneficium habebat,eo ſit ipſo iu
re priuatus & ſi forte illud retinere contederit etiã
alio ſpolietur,&c.*& ibi.*hoc idẽ in perſonatibus,&c.*
& ibi gloſſ.& Abb.& cõmuniter doctor.ꝙ eſt inno-
uatũ per decretũ Cõcil.Trid.c.4.ſeſſ.7.de reformat.
*Quicumque de cætero plura curata aut alias incom-
patibili a beneficia eccleſiaſtica,&c.contra formam
ſacrorum Canonũ et præſertim conſtitutionis Innoc.
III quę incipit de multa.recipere ac ſimul retinere
præſumpſerit beneficijs ipſis iuxta ipſius conſtitutio
nis diſpoſitionem ipſo iure etiam præſentis Canonis
uigore priuatus exiſtat.* & ex tex.in clem.gratiæ de
reſcript.cap.quia in tantum cap.ad hæc cap. propte-
rea de præbend.execrabil.Io.22.in tit. de præben.
Diaz.in prax.crimin.canon.cap.42.Duen. in regul.
71.Benedict.Capr.tract.regul.&fallen.reg.90.nu.22.
* communis*opinio teſte Burſat.conſ.353.num.primo
lib.4.ergo non poſſunt renunciari quia quæ ipſo iu
52 re amiſſa ſunt†non poſſunt alienari.Bal.in auth.ince
ſtas C.de inceſt.nupt.Collectan.in cap.inquibus col.
1.de pœn.Dec.conſ.236.col.2.verſ.venio igitur, &
53 tamen † reſignare eſt donare & alienare Card. Pa-
riſ.conſ.28.num.58.& conſ.65.num.57.volum.3.cũ
alijs ſupra citatis.lib.1.q.1.
Comprobo quia nullum ius habens in beneficio
non poteſt renunciare,iſti enim promoti ad incom
patibile cum ſint priuati ipſo iure,nullum ius habẽt
quod patet ex effectu priuationis inductæ ipſo iure;
54 cum dicta†beneficia poſſint conferri nulla lata ſen-
tentia,nec citato poſſeſſore,Abb.in c.accepta de re-
ſtit.ſpol.Ludouic.Bolognin.in addit. ad conſ. 32.
Io.Anan.Roman.conſ.212.dub.1.cõm.*opin. teſte
* Mandoſ.in addit. ad Lap.alleg.16.liter.A.de cõi etiã
atteſtatur Alfonſ.Hoied.tract.de incõpat.benef. c.4.
55 numero 7. & deijci ſua poſſeſſione inauditi gloſſa
in cap.felicis vbi Gemin.de pœn.lib.6.Inno.& Hoſti
enſ.in c.accepta de reſtit ſpoliat.Gemi.in c.vbi pericu
lum §.propterea in penult not.& ibi Franc.in 1.not.
de elect.lib. 6.Card.conſ.32.Ideoq; conductores bo
56 norum†dictorum beneficiorum quæ vacante ipſo iu
re non tenentur ſoluere eiſdem beneficiarijs,ſed de
bent ſoluere ei cui fructus vacant beneficio deben-
tur,prout reſoluit Tiraquell.in d.l.ſi vnquam verſ.re
57 uertatur num.365.Ideoque†etiam parochiani dicto
rum beneficiorum poſſẽt ſe ſubtrahere ab obedien-
tia perfectorum beneficiatorum,Petr.de Anchar.in
c.ad Apoſtolicæ in 20.not.per illum tex.de ſent.& re
iud.lib.6.vbi dicit hoc didiciſſe a Lap.præceptore ſuo
cum legeret c.ſæp.de reſtitut.ſpoliat.
58 Hinc.taliter†priuati tenentur in foro conſcientiæ
dimittere beneficium,Abb. in c.extirpandæ §. vero
colum.8.verſ.ex his dico de præb.Felin in c.1.col.13.
* de conſt.Ruin conſ.4.num.11.lib.5.communis* opi-
nio teſte Alfonſ.Hoied.d.tract.de compat. benef.p.
1.c.13.num.61.Et ſi de facto detineant tenentur ad
reſtitutionem fructuum perceptorum in foro poli,
* vt eſt*communis opinio quæ patet ex adductis per
Tiraquel. in dict.l.ſi vnquam verſ.reuertatur num.
291.& 29?.
59 Hinc etiam † eſt quod ſi quis agat petitorio pro
beneficio quod ipſo iure amiſit per obtentionem al
terius incompatibilis,repellitur exceptione priuatio-
nis ipſo iure,Inno.in c.inter dilectos vbi Abb. colu.
vlt.de exceſſ.prælat.Archid.in c.quo iure diſt.7.Cõ-
poſtell.in c.quod ſicut elect.Petr.de Anch.in c.1.col.
* vlt.de elect.lib.6.& communiter*doctor.
60 Hinc etiam†eſt quod ſi taliter promoti fuerint ſpo
liati beneficijs,quę vacabant ipſo iure,non ſunt reſti-
tuendi,Io.And.in addict.ad Specul.tit de reſtit. ſpol.
Ant.de Butr.in c.literis eod. tit. Abb.in c.item cum
quis num.9.& 10.eod.tit.extr.Rot.deciſ.3.eod.tit.de
61 reſtit.in nou.quia † poteſt opponi defectus proprie-
tatis,Ant.Corſ.regul.ſpoliatus lim.16.Rip.in l. natu-
raliter §.nihil commune nu.92.ff.de acquir.poſſ. Cra
* uett.conſ.322.communis* opinio,vt patet ex addu-
ctis ꝑ Iacob.Menoch.in tract.de recuperand.poſſeſſ.
62 remed.1.num. 330.Moedan.deciſ.15.ſiue † fuerit
ſpoliatus a iudice,quod non habet dubium,nam do-
* ctores communiter * vno ore hoc volunt non eſſe re
ſtituendum,gloſſ.in c. in nomine Domini diſt. 23.
Abb.in c.dilectus de reſcr.Felin. in capit. cum cauſa
col.1.de off.deleg.cap.alijs inductis per Ant.Gabriel.
lib.commun.concluſ.tit.de reſtitut.ſpoliat.cõcl. 1.n.
63 108.ſiue etiam fuerit ſpoliatus † a priuato auctorita
te tamen Iudicis,Innocen. in c. cum ſuper hoc colu.
penult. ſiue ab alio habente aliquale ius Oldrad.cõſ.
214.cum alijs,vt per Gabriel.dict.tit.de reſtit.ſpoliat
num.94.cum ſequen.
64 Solet tamen † in prouiſione ſecundi beneficij
incompatibilis dari retentio cum clauſula hac, volu-
mus autem quod tale beneficium in manibus noſtris
infra duo menſes a die habitæ poſſeſſionis vel qua ꝓ
teſteterit quo minus illam aſſequaris dimittere om-
nino tenearis, alioquin tã primum quam ſecundum
vacet,& hodie in d.clauſula apponitur vt libere dimit
65 tãt non poſſunt reſignare in fauorẽ, neque etiam cũ
aliqua reſeruatione penſionis aut fructuum vt antea
* fiebat tempore fel.record.Gregorij XIII.& ita quoti
die practicatur.
Ex quo primo deducitur quod promotus ad di-
gnitatem Cardinalatus non poteſt renunciare in fa-
uorem dignitates & beneficia curata,quæ prius obti
nebat



66 nebat,nam vacant ipſo iure†per promotionem vt re
ſoluit Abb.in cap.eccleſia veſtra li.2.nu.3. de elect.
Alfonſ.Hoied.in tract.de incomp.benef.p.1.cap.2.
* nu.15.fuit tentum*in vna Brixien.Prioratus 9.Apri
lis.1546.coram Illuſtriſſ.Card.S.Crucis teſte Put.de
ciſ.438.p.2.
67 Quamuis†ſumm.Pontifex fere in omnibus pro-
motionibus concedat retentionem obtentorum ꝓ
motis ad Cardinalatum vt patet ex deciſ.Put. 430.
in princip.lib.2.ac ſexcentis in locis,idque conſue-
* tudine*inductum eſſe colligitur ex his quæ ſcribit
Petr.Andr.Gamm.in tract.de auct.legat.a lat.lib.5.
nu.130.quod opti ma ratione fieri exiſtimo.ſ. pro
68 ſolicitudine†& opera quam nauant in cura totius.
Eccleſiæ vniuerſalis, Præpoſ.in c.quamquam num.
69 12.2.q.7.nam ſunt†latus Papæ,Hoſtien. in c. excõ.
nu.3.de off.leg.Idem Hoſtienſ.in c.dilectus nu.3.de
70 cler.non reſiden.eorum.n.†officium eſt aſſiſtere &
conſulere Romano. Pontifici, illumque adiuuare
in officio ſacerdotali Archid.in c.vbi periculum.n.
4.de elect.lib.6.Card.in clem.ne Romani §. porro.
num.2.de elect.Barbat.de Card.p.1.q.12.nu.1.&ob
71 id†appellantur fratres ipſius Papæ,Hoſtienſ.in c.ad
liberandam numero tertio de iud. & faciunt vnum
72 corpus cum Papa ſicuti † canonici cum Epiſcopo.
Hoſtienſ.in c.antiqua de priuileg.Archid.in c.cum
redemptor & in c.Abbatib.12.q.7.Roma.cõſ.418.
73 & hac ratione licet†Cardinalatus cum Epiſcopatu
ſit incompatibilis,vt tenuit Abb.in c.bonæ memo
riæ el.1.nu.6.de poſtul.prælat.& in d.c.eccleſia veſt
ra el.2.n.3.de elect.Felin.in c.ad aures nu.11. de re-
ſcrip.& in c.quod ſuper his,de fide inſtrument.Sar.
in procem.regul.Cancell.Domin.Sot.qem refert &
ſequitur Alfonſ.Hoied.in d.tract.de incompat.be-
nef.p.1.c.2.vbi dat rationes, nihilominus videmus
* conſuetudine*receptum eſſe contrarium,de qua at
teſtatur Gamm.de auctor.leg.lib.5.nu.230.& vide-
mus experientia,quod ſumm.Pontifex tolerat Epiſ
copatus Cardinalibus,quia cum aſſumant partẽ diei
74 & æſtus,habẽtur†pro reſidentibus in Epiſcopatib.
& faciunt fructus ſuos,Oldrad.conſ.48.Marti.Lau
den.de Card.q.5.Parbat de ꝑſtan.Cardin.q.12.Gon
diſal.de orig.& dignit Cardin.de quibus latiſſime
Illuſtriſſ.Cardinalis Albanus in ſuo tract.de Card.
55 Ex quo ſecundo deducitur†quod promotus ad
Epiſcopatum non poteſt renunciare in fauorem be
neficia quæ obtinebat ante promotionem vt reſol-
uit Alfonſ. Hoied.d.tract. de incompat. benef. p.1.
c.4.num.11Rebuff.in concord.tit.de mand.apoſtol.
§.vlt.
76 Ratio eſt quia per aſſecutionem †Epiſcopatus va
cat quodcumque eccleſiaſticum beneficium per ꝓ
motum antea obtentum, vt probat tex.in c. cum in
cunctis §.cum vero de elect.& ibi gloſſ.in verb. ad
* quem,Innocen.Hoſtienſ.Abb. Anchar. Dec. & *
communiter doctores omnes prout de communi
atteſtatur Alfonſ.Hoied.d.cap.4.in princ.quæ vaca
tio fit ipſo iure Cald.conſ.1.de tranſlat.prælat. Old
rad.conſ.14.incip.cum quęritur Hoſtienſ.in ſumm.
de elect.§.quo tempore verſ.quid autem Abb.in d.
§.cum vero num.3.Pauin.de off.& poteſt. cap. ſede
vacan.quæ.9.p.2.Gig.de penſ.q.56.num.4. quatuor
77 †concurrentibus de iure,ſcilicet prouiſio,confirma
tio,conſecratio,& adeptio poſſeſſionis,vt in d.§.cũ
vero,vbi hoc notant Butr.Cardin. Abbas, Dec.& *
communiter Roman.conſ.335.col.1.Rebuff.in cõ
cordant.in tit.de mandat.Apoſtolico. §. ſtatuimus
* t i t. eccleſias Chated.de ſtylo tamen * curiæ tentum
eſt,vt ſtatim quod per Papam aliquis promotus eſt
ad epiſcopatum,beneficia ipſius poſſint conferri,
tamquam vacantia non expectata conſecratione,
Abb.& Dec.in d.§.cum vero Io.Andr.in clemen.1.
gloſſ.in verb.collocato vt lit.pend.Caſſador.deciſ.2.
de conſtitut.de ſtylo*atteſtatur Mandoſ.in regu.de
benef.vacant.per promot.q.4.n.4.Ferrett.conſ.53.
nu.6.Hoied.d.c.4.nu.14.vbi etiam dicit quod licet
78 dicta beneficia†promoti ſtatim conferantur, vere
tamen vacare non dicuntur niſi adepta poſſeſſione,
* prout fuit tentum in vna*Panormitan. beneficio-
rum coram D.Accorãbono 9.Ianuarij. 1548. teſte
Mandoſ.loco citat.& in alia Aretin.* & Senen.23.
Iunij.1553.coram Decano teſte Caputaq.deciſ.401.
p.2.vbi dicit num.3.iuxta ſtylum & conſuetudinem
Romanæ curiæ poſt adeptam poſſeſſionem, Et id-
* eo de ſtylo†decernuntur vacare beneficia promoti
& conferunt vt deducit excellentiſſ.D.Anaſtaſ.Ger
mon.in tract.de indultis §. ſi vero num.27.fol.146.
& de hoc ſtylo atteſtatur Mandoſ.reg.1. Cancella-
riæ q.15.nu.3.Io.And.in clem.1.vt lit.penden.Car-
din.verſ.5.num.6.Roman.341.n.17.& fuit dictum
in vna Placen. penſionis coram Illuſtriſſ.Cardin. Al
dobrandino.& non ſolum beneficia vacant per pro
motionem ad Epiſc.ſed etiam penſio,ſi non habe-
tur retentio,ita ſeruari in curia.Romana atteſtatur
Gig.de penſ.q. 56.habetur per Caputaq.deciſ. 303.
p.2.& 304.& 400.& 401.eadem.p.2.eſt communis
omniũ ſentẽtia ſæpius recepta*in Rot.teſte Capu-
taqu. de deciſ.401. cum ergo beneficia promotorũ
vt ſupra vacant ipſo iure,ſequitur non poſſe renũcia
79 ri,quia quæ ipſo iure ſunt amiſſa†non poſſunt alie-
nari,Bal.in auth.inceſtus,C.de inceſt.nupt.Collectã
in cap.in quibuſdam colum.1.de pænis.Pet.de An-
char.in cap.2.not.6. de præſcr. in 6. Babat.conſ.vlt.
col.3.lib.1.Dec.conſ.236.col. 3. verſ.venio igitur,
Aretin.in l.ſi quis poſt accuſationẽ col.2.ff.de teſtã
Franc.in c.cum ſecundum poſt princip.de hæretic.
lib.6.& renunciare eſt donare,Ale.conſ.22.num.7.
lib.1.Card,Pariſ.conſ.26.nu.58.& conſ. 65.nu.57.
vol.3.Roland.a Val.conſ.64.nu.20.volum.2.
80 Accedat ad comprobationem † quia qui nullum
ius habet in beneficio non poteſt illud renunciare
* vt cõiter*volunt doctores, & ſcripſi ſupra.ſed pro
motus ad Epiſcopatum nullum ius habet ad bene-
ficia obtenta ante promotionem,cum per dictam
ꝓmotionẽ,vacent ipſo iure, Cald.conſ.1.de tranſl.
prælat.cum hunc effectum operetur priuatio indu
* cta ipſo iure,communiter* Doctores per illum tex.
cap.de multa de præbend.Tiraquell.in l. ſi vnquam
verb.reuertatur num.446.C.de reuocan.donat.
Hinc dicta beneficia promoti ad Epiſc, poſſunt
81 conferri non expectata†ſententia declaratoria,nec
minus citato poſſeſſore,Bal.in d.c.cum in cunctis,
in princ.per illum tex.de elect.& in cap.2.de feud.ſi
ne culp.amitt.& conſ.133.ad fin.lib.4.Abb.in c.ac
cepta de reſtit.ſpoliat Card.in clem.1.in 15. not. de
pœn.Gemin.poſt gloſſ.in c.fundamenta de elect.li.
* 6.communis*opin.teſte Mandoſ.in addit. ad Lap.
alle.16.Ideo tenetur epiſcopus in foro conſciẽtiæ
dimittere beneficia antea obtenta & ſi de facto obti
net tenetur ad reſtitutionem fructuum in eodem fo
* ro poli vt eſt*communis vera ſententia de qua Tira
quell.in d.l.ſi vnquam verſ. reuertatur num.191.&
292.cum ſequen.C.de reuocan.donat.ſicuti contin
git in alijs qui priuantur ipſo iure,Abb.in c.1.col.3.
&

& ibi Felin.de.conſtitut.Idem Abb.in ca.extirpandę
§.qui vero de præb.Felin.in quiſitionis col.2. de ac
82 cuſat.nam†ad pęnam in qua quis fuit condemnatus
tenetur in foro conſcientiæ D.Thom.1.2.quæ.62.
art.3.Alfonſ.de Caſtr.late de poteſt.leg. pœn. lib.7.
* cap.8.quæ.10.& 11.Hinc fuit alias tentum*in Rot.
5.Iulij 1538.in vna Cracouiē.Decanatus corā Moe
dan.teſte eodem in recollect.manuſc. deciſ.15. fuit
dubium,quod per promotionem & tranſlationem
amittitur ius & poſſeſſio ciuilis ac naturalis benefi-
ciorum obtentorum,& ideo ꝓmotum tranſlatum
nō poſſe agere ſpolio.Et quicquid alias fuerit obſer
uatum,hodie promoti ad chatedrales metropolita-
nas eccleſias non poſſunt renunciare,immo neque
83 promouendi†vt probatur in regula 21.Cancellariæ
Sixti Quinti.
*Item prædictus D.N.Papa voluit,decreuit,& ordi
nauit quod quæcumque conceſſiones gratiæ & man
data etiā motu proprio & cū derogatione huius con
ſtitutionis, quę ab eo pro quibuſuis perſonis ema-
nauerunt de prouidendo eis,de quibuſuis beneficijs
vacaturis per promotionem quorūcūq; ad Eccleſia
rū & monaſteriorū regimina ſi huiuſmodi conceſſio
nes & mandata diē promotionis promouendorū ip
ſorum præceßerint.Nec non quæcūq; collationes,
prouiſiones,& diſpoſitiones pro tēpore faciēdæ de
præmiſſis ac quibuſuis alijs beneficijs Eccleſiaſti-
cis,ſecularibus & regularibus,quæ per promouen-
dos vel aſſumendos ad quaſcūque prælaturas inter
illarum vacationis,& huiuſmodi promotionis vel
aßumptionis tempora ſimpliciter,vel ex cauſa per-
mutationis vbicumque reſignari vel alias dimitti
contigerit,cū inde ſecutis,pro tempore ſint caſſæ,&
irritæ nulliuſque roboris vel momenti* de qua dice
tur infra.
Limita primo niſi ſumm. Pontifex concederet
84 promotis retentionem iam obtentorum,†quod Pa
pa concedere ſolet,vt patet ex his quę ſcribunt Gig.
tract.de penſ.quæſt.56.ſub num.4.verſ.niſi ſit a Pa
pa indultum,Rebuff.in ſua prax.tit.de diſpen.de nō
reſiden.num.77.Caputaquen.deciſ. 303.p. 2. Ana-
ſtaſ.Germon.de indult.§.ſi vero illa nu.36.fol.147.
85 & † literas expedire Put.deciſ.327.par.1.& quotidie
* nos * experimur,nam quando Cardinalis proponit
in conciſtorio ſecreto aliquem ad cathedralem vel
metropolitan.poſt relatas qualitates eccleſiæ,ac qua
litates promoti ſupplicat pro expeditionē cū reten-
tione compatibilium,ſi ſumm. Pontifex concedit
tunc Cardinalis ſcribit ſchedulā in qua teſtatur de
conceſſione,illamque mittit Vicecancellario poſtea
ſit expeditio cum clauſula,vt per Mandoſ.de regul.
de benefi.vacan.per promot.quæſt.4.nu.4. Alfonſ.
Hoied.dict.tract.de incompat. benefic.p.prima ca.
4.ſub nu.15.hoc enim caſu ex diſpenſatione vt poſ-
ſit ea beneficia retinere ille habet ius,nam talis re-
86 tentio eſt †iuris antiqui reſeruatio,Put. deciſ. 430.
nu.2.lib.2.& faciunt quæ ſcribit Rebuff.de diſpenſ.
ad plur.benefic.Caput.deciſ.298.p.1.Et ideo poteſt
87 renunciare,nā diſpenſatione†pōt quis habere plura
beneficia eccleſiaſtica,gloſ.in c.quia in tātū de præ
bend.& in cap. dudum el ſecondo de elect.ſpecul.
in titul.de diſpenſat.§.dicendum Lamber.tract. de
iur.patron.p.1.lib.2.in 7.q.principali art.5.Pet. Du
88 en.regul.71.in prima fallen. quia ſummus†Pontifex
* abſque dubio poteſt illam concedere,Abb. & * co
muniter in cap.de multa de præb. Rebuff.loc. cit.
Nauarr.in Manual.cap.25.num. 125.latiſſime de
materia huius diſpenſationis Hoied. de incompat.
benef.p.2.c.12.& vlt.
Secundo limitatur non procedere in eis qui ſunt
promoti ad epiſcopatus exiſtentes in partibus infi-
delium, qui vulgo nulla tenentes vocantur,namque
hi taliter promoti poterunt renunciare etiam bene
89 ficia antea obtenta†quia per promotionem ad di-
ctas eccleſias cathedrales vel metropolitanas exiſtē
tes apud infideles non vacant priora beneficia, vt ꝑ
promotionē ad alias,ita per plura reſoluit Quintil.
Mandoſ.in regul.Cancell.26.de benef.vacant, per
primot.q.4.per totam, quem ſequutus eſt Alfoſ.
Hoied.dic.tract.de incompat.benef.p.1.c. 4. in fi.
verſ.ſed his non obſtāt.nouiſſime Anaſtaſ.Germo.
de indult.§.ſi vero illa nu.26.quorum ſententiā tam
* quā verā & * cōmunē amplector,quamuis Cardina
lis in clem.in pleriſque ante fi.de elect.& Rebuff.ſu
per concordan.de mand.Apoſtol.§. ſtatuimus verſ.
eccleſias cathedrales, tenuerint contrarium,namq;
hi promoti ad epiſcopatum exiſtentem in partibus
infideliū non,poſſunt aſſequi poſſeſſionē eius, neq;
90 ad aliquā diligentiā tenentur,†cum ſi illa fieret, ni-
hil operaretur, vt eſt clarum l. vlt.ff.quis ordin. in
bonor.poſſ.ſeru.l.hæc ſtipulatio §.diuus ff.vt legat.
com.cauea.Ergo non vacant beneficia priora, cum
effectualiter tunc vacare cenſeantur cū poſſeſſio eſt
capta vel eſt in mora ad illā capiendam, vt ſcribit
Abb.d,c.cum in cunctis §.cū vero in vlt.not in fin.
* ſecundum quam opinionē fuit tentum Rot.in vna*
Panormitan. beneficiorum corā Accorambono 9.
Iunij 1548.vt ſupra retuli,ſicut in ſimili quis nō di-
91 citur perdere primum curatum,†niſi pacificam poſ
ſeſionem cœperit ſecundi curati,& ſic incompati-
* bilis vt fuit tentum in vna Florentin.* canonicatus
& præbendæ coram R.P.D.Epiſcopo Chiſſan. nūc
Card.S.Crucis die 11.Martij.1558.teſte Caputaq.
dec.415.lib.1.in manuſ.& hæc opinio continet ma
gnam æquitatem,cum per adeptionem dicti Epi-
92 ſcopatus † in partibus infidelium quis non conſe-
quatur fructus ſeu redditus,nec intret incompatibi
litas, & per conſequens ceſſant rationes ex quibus
debent priora vacare, vnde ceſſare etiam debet di-
ſpoſitio, c.cum ceſſante de appellat.maxima enim
eſt differentia inter iſtos nulla tenentes & alios, vt
licet colligi ex Bal.in authen.licentiam C.de Epi-
ſcopis & cler. Rip.reſponſ.23.& 25.de legibus lib.
1.de reſcrip.& latiſſime per excellentiſſimum Burſ.
conſ.252.lib.4.
93 Hinc licet duo†beneficia curata ſint in cōpatibi
* lia,c.de.multa de præb.vbi oēs,c.ordinarij de off.or
dinarij lib.6.clem.gratiæ de reſcr.extrauag. execra-
bilis Io.22. in prin.c.16.ſeſſio.24.Conc.Trid.tamē
94 ſi unum eſt potentia tantū†curatum & non habitu
bene poteſt obtineri cum alio actu curato, vt pro-
bat tex.in ca.paſtoralis 7.q.1.vbi gloſſ.& alij docto-
res gloſ.in c.licet canō.in verb.parochialis de elect.
lib.7.gl.c.ſtatutum verſ. collegiatas eod.tit. & lib.
Petr.Duen.tract.fallen.reg.71.verſ.quinto fallit, ad
quod quatuor rationes deducit Alfonſ. Hoied. in
tract.de incompat.benef.p.2.cap6.nu:3.cum ſequen.
vbi latiſſine de hac materia,Burſat.conſ.352.
95 Tertio deducitur promotū†ad Abbatiā non poſ
ſe renunciare beneficia quæ obtinebat ante Abba-
tiā,quia talia beneficia vacan ipſo iure ſtatim poſt
96 obtentam pacificā poſſeſſionē etiā† ſi nō fuerit be
nedictus,Abb.in c.quanto de ordin.Oldrad. conſ.
14.idem Abb.in c.cum in cunctis §. cum vero vbi
Dec.



Dec.n.2.de elect.Gig.de penſ.q.56.n.50. Rebuff.de
mand.apoſt.§.ſtatuimus verſ. monaſteria in cōcord.
Alfonſ.Hoied.1.par.de incōpa.benef.c.6.n.5.nā Epi
97 ſcopatus,& Abbatiæ†æquiparātur,Rebuff.in d.§.ſta
tuimus in cōcord.ꝙ probatur in pluribus iuribus al-
legatis per Hoied.d.par.1.de incōpat.c.5.n. 5. nanq;
98 Abbatiæ†ſunt ex maioribus dignitatibus, & ſpāli no
ta dignæ,ita ꝙ non veni vt appellatione dignitatū,vt
reſoluit Lap.alleg.84.n.11.Io.Monac.c.inquiſitores
de hæret.lib.6.Io.And.& Fran.n.5.in c.2.de præb. in
6.Dec.in c.decernimus n.4.de Iudic.Sarn.de infir.re
ſign.q.16.n.2.& de anna.q.11.n.4.& in reg.de valor.
99 exprim.3.q.poſt princ.ꝙ†procedit tā in Abbatijs ſe
cularibus q̄ regularibus,vt ex rationib.ſcribit Hoied.
100 d.c.5.n.6.p.1.Quarto infert†promotum ad Prioratū
in regulari,vel collegiata non poſſe renūciare in fauo
rē beneficia obtenta prius,quia vacant ipſo iure,nam
101 ea q̄ habent locū in Abbate, vel Abbatia militant† in
102 Priore ſeu Prioratu qui eſt principalis prælatura† in
eccleſia regulari ſeu collegiata,& habet quaſi iuriſdi
ctionem Epiſcopalem ac eſt in effectu eadem digni
tas Io.Selu.in trac.de benef.q.2.num.53.Alfonſ.Ho
ied.de incompat.benef.p.1.c.6.num.2.
103 Quinto infertur ꝙ†ſi quis hēat perſonatum ſi cō-
ſequat̄ pacificā poſſeſſionē alterius ꝑſonatus nō pōt
renūciare primū in fauorē, qa ē priuatus ipſo iure vt
probatur in c.de multa verſ.præſenti decreto iuncto
verſ.hoc idem in perſonatibus de præben. extrauag.
execrabilis de præb.inter com. verſ. qui vero dein-
ceps quòd declarat optime Hoied.d.p.1.de incōpat.
benef.c.9.vbi habetur qui ſint perſonatus.
104 Sexto infert̄ ꝙ habēs†dignitatē eccleſiaſticā.ſ.De-
canatū,vel Archidiaconatū aut alias ſimiles obtinēs
pacificā poſſeſſionē alterius dignitatis,non pōt renū
ciare primā in fauorē qa vacat ipſo iure d.c.de multa
& d.extrauag.execrabilis Alfonſ.Hoied.d.p.1.c.7.n.
105 7.& 8.c.4.ſeſſ.7.Conc.Trid.nāq;†duæ dignitates ſūt
inter ſe incōpatibiles.c.ſicut de exceſſ.Pręlat.c.qa nō
nulli de cler.non reſid.Gemin.in c.gratiam quam de
reſcr.in 6.Abb.in c.extirpandæ §.q vero n.30.de ꝑb.
Fede.de Sen.conſ.120.& conſ.135.& conſ.155.Lap.
* alleg.116.&*communiter Doctores.
106 Septimo infert†ꝙ habens canonicatū in tali eccle
ſia ſi in eadē eccleſia conſequatur aliū canonicatum,
non pōt reſignare primū in fauorē,qa vacat ipſo iure
per adeptionē ſcd̄i c.literas de conceſſ.ꝑb. vbi Abb.
n.2.& n.4.Clem.vlt.de præb.Staſil.in trac.de grat.ex-
pect.§.3.forma n.7.Alfonſ.Hoied.d.p.1.de incomp.
107 benef.c.12.n.12.cū incompatibile†ſit hr̄e duos Ca-
nonicatus Staſil.d.tract.de grat.expect.§.ſcd̄a forma
* Capr.tract.reg.reg.90.n.136.vbi dicit hāc eſſe*cōem
* opinionem ita tentum in vna*Calciaten.3.Decemb.
1548.coram Fabio teſte Put.deciſ.189.p.3.vbi etiam
de duabus dignitatibus in eadem eccleſia.
108 Octauo infertur,†ꝙ obtinentes dignitatē perſona
tū ſi conſequantur poſſeſſionē beneficiorum Cura-
torum non poſſunt reſignare primā in fauorem,quia
vacat ipſo iure Io.de Lignano in tract.de pluralit.be
nef.nu.1.cum ſeq.Diaz.in prax.crimin.canon.ca.42.
cum alijs allegatis per Hoied.d.p.1.ca. 16.num.2.de
incompat.benefic.vbi hoc probat late.
109 Nono infertur†ꝙ obtinens beneficiū Curatum ſi
conſequatur poſſeſſionē pacificā ſcd̄i Curati nō pōt
renunciare in fauorē primū,vt tradit Hoied.d.p.1.de
incōpat.benef.c.13.n.62.cū vacet ipſo iure,d.c.1.gl.
* Abb.&*oēs ī d.c.de multa Diaz.d.c.42.& cōiter Do
ctores,tā ſi ſit ſeculare quam regulare c. cum ſingula
* de præb.in 6.*cōis opin.teſte Hoied.d.c.13.nu. 14.ſi
* ue ſit pingue ſiue tenue c.quorundam diſt.74.* cōis
teſte Benedict.Capr.dict.reg.90.num.62.& hoc ca-
ſu ſolet dari illa clauſula de qua ſupra num. . .
Decimo infertur ꝙ obtinens parochialē in cōmē
110 dā perpetuā † ſi aliā parochialē in cōmendā perpetuā
conſequat̄,nō pōt reſignare primā in fauorē qa vacat
ipſo iure vt probat̄ expreſſe in c.4.ſeſſ.7.Cōcil. Trid.
*quicūq;de cętero plura curata aut alias incōpatibilia
beneficia eccleſiaſtica ſiue per viā vnionis ad vitam,
ſiue cōmēdæ perpetuæ,&c.*ita poſt lōgā diſputationē
reſoluit Hoied.dict.tract.c.14.a nu.16.vſq; ad fi.p.1.
Nā plures eccleſiæ parochiales in cōmmendā ab
vno detineri non poſſunt,c.nemo deinceps de elect.
in 6.Rebuff.in prax.tit.de cōmend.Sarn.de trien.q.5.
111 nāq; cōmenda†perpetua abſq;dubio eſt titulus cano
* * nicus ** magis cōis & vera ſententia q̄ tenuit Io.Mo
nach.in c.nemo deinceps de elect.in 6.Archid.in c.ſi
ꝑ ꝑ in fi.de reſcr.in 6.Fed.de Sen.in tract. permut.q.
15.Rebuff.de pacif.poſſ.n.35.Sarn.de trienn.q.5.Mā
doſ.de veriſim.not.q.3. de cōi atteſtatur Ioā. Gall. in
* q.per arreſt.q.18.vbi refert ita fuiſſe* iudicatū,& ſine
112 dubio cōmēdatarij†ꝑpetui faciūt fructus ſuos Præp.
in c.ſi qs col.pen.d.58.Gem.conſ.18.num.12.Rom.
* conſ.350.n.8.late Sarn.de publican.q.4.&*cōiter do
ctores & in dubio qn̄ Papa cōmendat, & nihil dr̄ ꝓſu
113 mit†cōmenda perpetua vt fuit tentum* corā Creſcē.
* * die 26.Iunij 1538.in una Salamātin.vt ꝑ Sarn. d.q.4.
114 Vnde non mirū† ſi diſpoſitio c.de multa hēt locū
hoc caſu circa priuationē ipſo iure ac extrauag. exe-
crabilis ex mēte & verbis gn̄alibus Ancha.conſ.242.
Paul.de Caſt.cōſ.226.ante fi.lib.1.Abb.cōſ.72.col.2.
lib.2.Alex.conſ.14.col.4.verſ.5.probatur lib.2.
Vndecimo infert̄ qđ obtinēs Vicariā ꝑpetuā ī be-
neficio curato ſi cōſequat̄ ſcd̄am vicariā habētē curā
115 aīarū nō pōt reſignare primā Vicariā† in fauorem qa
vacat ipſo iure ꝑ adeptionē ſcd̄æ vt ꝓbat in terminis
tex.in clem.1.de offi.Viçar.cuius verba ſunt hęc.*Quæ
de clericis curā aīarū habentibus per receptionē alia
rum ſimilium amitten.& de ipſarum rectoribus pro
mouendis ad ſacerdotium ætate a iure ſtatuta noſcū
tur in perpetuis eccleſiarum parochialium vicarijs
& aßumptis ad eas volumus obſeruari*.&ibi gloſſ.
* in verb.perpetuis & alij cōiter * ſcribent.ex quo tex.
clare probat̄ hæc cōcluſio vt ēt tradit Alfonſ.Hoied.
d.tract.de incompat.benef.p.1.c.15.num.18.& 19.
116 Hinc duæ†vicariæ perpetuæ ſunt inter ſe incōpa-
tibiles,c.2.de off.vicar.vbi gloſſ.in verb. plures Butr.
* Abb.&*cōiter alij oēs Rebuff.in prax. tit.de diſpenſ.
ratio.ætat.§.vel earū perpetuæ vicariæ Benedic.Cap.
reg.90.num.25.namque habens hmōi vicariam per-
117 petuam†dicitur habere titulum in beneficio Abb.in
c.ad hæc de oſt.ord.Andr.Gamm.de poteſt.leg.a la-
* ter.lib.6.tit.de diſpenſ.num.10.& * cōiter doctor.
Duodecimo infert̄ qđ ſi qs habēs Vicariā ꝑpetuā
118 cōſequat̄ poſſeſſionē pacificā alicuius beneficij†cura
ti vtiq; nō pōt reſignare Vicariā in fauorē qa vacauit
ipſo iure ꝑ adeptionē illius beneficij curati ꝓbatur ī
d.clem.1.de off.Vicar.vbi oēs doctores hoc volunt.
Niſi ſint dicta beneficia ad inuicē vnita,nam rōne
119 vnionis†poſſunt obtineri ab vno plura beneficia ētin
cōpatibilia gloſſ.in ſum.21.q.1.gl.pen.in c.ſuꝑ eo de
ꝑb.in 6.& in c.dudū de elect.Lap.alleg.35.vbi Man-
doſ.in liter.9.Staſil.tract.de lite.grat.in tit.de mod.&
* form.vacā.Bened.Capr.d.reg.90.n.4.& eſt cōis*ac re
120 cepta Doctorū ſententia† vt annexū non faciat incō
patibile,cū per vnionē beneficiū perdat nomē benefi
cij Oldrad.conſ.257.factū tale n.15.& n.18.Card. Pa
* riſ.conſ.30.nu.10.vol.4.cōmunis*opinio vt late reſol
G uit Al-

uit Alfonſ.Hoied dict.tract. de incompat. benef.p.2.
cap.3.num.11.
121 Decimotertio quod†obtinens beneficium ſimplex
in tali eccleſia ſi ſimile beneficium conſequatur in
eadem eccleſia,non poteſt reſignare primum in fauo
rem,cum vacet ipſo iure per adeptionem ſecundi eo-
dem tecto vt probatur in cap. literas in fin.de præb.
vbi Card.Zabarell.& Abb.clemen.vlt.eodem tit.& do
* ctor.*omnes Rebuff.in concordantijs in rubr.de mã
dato Apoſtol.§.1.verb.ita tamen verſ.itẽ quamuis Lã
bert.de iur. patr. lib.2.in 1.p.in 7.q.princ.in 15.ar.nu.
1.cum ſequẽ.Alfonſ.Hoied.de incompat.benef. p. 1.
cap.20.num.26.& eſt communis ſententia, quia iura
abhorrẽt vt in eadem eccleſia,|& ſic ſub eodem tecto
122 †quis obtineat duo beneficia vt poſt alios licet videre
in Stafil.de liter.grat.tit.de grat.expect.in tertia for.
Rebuff.in prax.in tit.de diſpenſ.ration.ętat.§. incom-
patibilia & §.ſi ſunt ſub eodem tecto.Ideoq; Epiſco
123 pus non †poteſt ſuper hac incompatibilitate diſpenſa
re Ioan.Andr.in cap.literas de conceſſ. præbend. vbi
Abb.num.2.& 3.Idem Abb.in cap.cum iam dudum
* nu.9.de præbend.cõmunis*opinio teſte Petr. Duen.
124 regul.71.ampl.5.& ideo non valet†conſuetudo vt qs
obtineat plura beneficia in eadem eccleſia Lamb. de
iur.patron.lib.2.in prima part.ar.15.in 6.q. princ. &
* *communis opinio teſt.Hoied.dict.ca.20.num.3.
125 Hinc diſpenſatus†ad duo beneficia nequaquam cen-
ſetur diſpenſatus vt illa habeat in eadem eccleſia niſi
expreſſe fuerit dictum,etiam ſi ſint ſimplicia,Petr. de
Ancharan.in capitu.permittimus de ætat. & qualit.
Card.conſ.53.Anchar.& Franc.in cap.1.de cõſuetud.
* lib.6.communis*opinio teſte Abb.in dic.c.de multa
nu.4.de præb. etiam ſi in diſpenſatione adſit clauſula
motú proprio,ut late reſoluit poſt longam diſputatio
nem Hoied.dict.cap.20.nu.13.cum*communis & ve
126 re ſit ſententia clauſulam motu †proprio non tollere
incompatibilitatem beneficiorum vt tenuerunt gloſ.
in cap .vlt.de off.deleg.lib.6.Boniſ.de Vitall.in clem.
ſi Romanus num.30.de præbend.Card. conſ.17. col.
prima Card.Pariſ.conſ.74.num.29.cum ſequent. vo-
127 lum.4.ſicuti neque†tollit defectum intentionis Bel-
lamer.dec.102.Alex.conſ.215.lib.7.Curt.ſenior cõſ.
35.num.36.& conſ.150.num.154.Card. Pariſ. conſ.
82.num. 66.volum.1.&conſ.74.num.22. volum.4. &
* conſ.79.num.12.eod.vol.5.& cõmuniter* doctores.
Et hæc ſententia procedit in beneficijs vniformi-
128 bus ſeu conformibus † vt non ſit licitum habere ſub
eodem tecto duas præbendas vel duas portiones aut
duo beneficia ſimplicia ſeu præſtimonia non autem
in diſſimilibus,puta beneficium ſimplex & cępellam
requirentem celebrationem miſſę certis diebuſ, vel
canonicatum & capellam,ita Lap.alleg.116. num.5.
vbi additionator Mil.in repert.verſic,beneficia plura
Rebuff.in concor.tit.de mandato Apoſtol.§.1. verb.
ita tamen prope fin.& in prax.benef.tit.de non pro-
* mot.intra annum. 76.& hęc *eſt communis ſenten-
tia quamuis Alfonſ.Hoied.dict.p.prima de incõpat.
benef.cap.20.ſub num.23.verſ.mihi tamen teneat cõ
trariam opinionem.
* Et quia ſupra dictum eſt *communem eſſe ſenten
229 tiam receptam†ab omnibus quod ad hoc vt primum
incõpatibile vacet ipſo iure requiratur vt ille obtinẽs
conſequatur poſſeſſionem pacificam ſecundi beneſi
cij curatiaut alias incompatibilis ſ'm quã tenuit Rot.
Roman.in vna*Florentin.Canonicatus & præbendæ
coram Card. Sanctæ Crucis die 11.Martij 1558. te-
ſte Caputaq. deciſ.415.lib.1.& in vna* Panormitan.
beneficiorum coram D.Fabio Accorambono.9. Ia-
nuarij 1548.de qua mentionem facit Mandoſ. ſuper
regul.Cancell.in regul.de benef.vacant . promot.q.4.
Ideo breuiter dicendum eſt quæ dicatur pacifica poſ
ſeſſio.Ad quod doctores reſpondent dici Pacificam
130 poſſeſſionem cum poſt†quam quis eſt illam adeptus,
in ea non deturbatur in continenti de facto & de iure
mediante litigio vt colligitur ex gloſſ.in cap.commiſ
ſa §.annus . verſic.pacificam de elect.in 6.Bellamer.
deciſ.597.Stafil.de liter.grat.tit.de qualit.& ſtat. be-
* nef.n.48.communis* opinio teſte Andr. Tiraquell.
in l.ſi vnquam verb.ſuſcepit.li.nu.133.C.de reuocan.
131 donat.& quomodo †interpretetur illud verbum incõ
tinenti relinquitur arbitrio iudicis iuxta ea quæ ſcri-
bit Bar.in l.3.§.cum igitur ff.de vi & vi armata.Alex.
in l.ſi de do.§.ſi forte nu.6.ff.de acquirend.poſ.Ruin.
cõſ.130.nu.7.lib.1.Bertrand.conſ.193.nu.3.in ſecun
da p.lib.3.Menoch.de arbitr.iudic.caſ.11.qui iudica
bit ſecundum ſubiectam materiam iuxt. conſ. Card.
Pariſ.145.nu.24.volum.4.
Ex quibus omnibus colligitur quod qui promouẽ
tur ad incompatibilia ſi beneficia priora per eos ob
tenta non vacant ipſo iure,poſſunt reſignare illa cum
* ius habeant vt eſt communis*opinio omnium doct.
Primum exemplum erit in obtinente vnũ beneſi-
132 cium ſimplex reſidentiam†requirens,ſi aliud ſimile be
neficium ſimplex reſidentiam requirens conſequatur
primum non vacat ipſo iure vt tenuit Ioã.And.in ad
dit.ad Specul.in tit. de cler.non reſid. Oldrad.conſ.
185.Lap.alleg.116.Butr.Card.Abbas, & alij in cap.
* vlt.de cler.non reſid.*cõis opinio teſte Benedict.Ca-
pr.in trac.regu.& fal.regul.90.nu.110.& hæc opinio
* ſeruatur in curia*vt tradit Cald.dict.cap.vlt.quem re
fert & ſequitur Alfonſ.Hoied.dic.tract.de incompat.
benef.p.1.cap.17.nu.40.verſ.His tamen non obſtan-
133 tibus,vbi declarat aliquibus modis,quare† datur op-
tio obtinenti vt eligat quod voluerit & alterum dimit
tat DD.in cap.referente de præb.Benedict.Capr. lo-
co cit.nu.114.namque vtrumque teneri non poteſt,
Innoc.in c.cum iam dudum & in c.cum ſuper inordi
nata de præben.Gemin.in ca.gratia quam nu.8.de re-
ſcrip.lib.6.Abb.in cap.extirpandæ §.qui vero nu.27.
* de præb.vbi numero 30.teſtatur hanc eſſe *commu-
nem ſententiam Benedict. Capr.vbi ſupr.n.136.Co-
* ral.in tract. ſacerd.p.1.cap.5.num.2.quæ ſeruatur ho
die in prax.ſtante decreto Conc.Triden.cap.17.ſeſſ.
134 24.de reform.cum non poſſit quis varijs†eccleſijsper
ſonaliter reſidere gloſſ.in cap.non poteſt vbi docto-
res de prębend.in 6.Rip.reſponſ.14.titu.de legib. &
long.conſuet.Ideo non faciens reſidentiam in beneſi
135 cio priuatur†ipſo iure præcedente monitione,vt te-
nuit Innocen.in dict.cap.extirpandæ §.qui vero de
* præbend.& hæc eſt*communis ſententia,vt poſt lon
gã diſputationem reſoluit & de ea atteſtatur Hoied.
dict.tract.de incompat.benef.p.1.cap.18.num.19.
Secundum exemplum erit in obtinente præſtimo
136 nium,namque ſi aliud conſequatur†primum non va-
cat ipſo iure licet inter ſe ſint incompatibilia prout
eſt in Hiſpania,vt tradit Alfonſ.Hoied.dict. tract. de
incõpat.p.2.cap.8.n.15.Domin.Sot.lib.10.de iuſtit.&
* iure q.5.a.3.q.2.vbi dicunt quod*communiter præ-
137 ſtimonia†dantur in titulum perpetui beneficij habẽt
que annexum onus ſpirituale,Mandoſ.de ann. q.12.
138 Tertium exemplum eſt†in eo qui habet beneficiũ
ſimplex ſufficiens ad commodam ſuſtentationem,nã
ſi aliud conſequatur beneficium vtique eſt incompati
bile cum primo iuxta ea quæ ſcribit gloſ.in cap.dudũ
el ſecundo de elect.Domin.Sot.lib.3.de iuſt.& iur.q.
6.art.2.concl.3.caſ.primo,Nauarr.in Apolog.de red.
eccleſ.



* eccleſ.q.1.monit.76.num.2. (quamuis contrarium *
ſeruetur teſte Benedict.Capr.reg.90.num.96.)tamẽ
* primum non vacat ipſo iure vt eſt*communis prout
colligitur ex his quæ ſcribit Hoied.d.p.1.c.19.
139 Quartum exemplum†eſt in eo qui habet magnam
multitudinem beneficiorum:namque hoc caſu vaca-
tio ipſo iure de qua in c.de multa de præbend.& ex-
trauag.execrabilis nõ ſubintrat,licet ſint dicta bene
ficia inter ſe incompatibilia,vt probat tex.in c. quia
in tantum.de præb.c.dudum 2.de elect.vbi DD. ca.
17.ſeſſ.24.Conc.Trid.Benedict.Capr.dict.reg.90.n.
* 135.communis*opinio vt patet ex adductis per Al-
fonſ.Hoied.de incompat.benef.p.1.c.21.etiam ſi ſint
140 præſtimonia quia hæc ſunt† etiam eccleſiaſtica bene
ficia Gemin.conſ.109.Oldrad.conſ.81.Menoch.de
arbitr.iud.caſ.201.num.59.&ideo tenentur ad horas
canonicas Domin.Sot.lib.10.de iuſt.& iur.q.5.art.3.
141 Niſi vnum vel duo non eſſent ſufficiẽtia†ad commo
dam ſuſtentationem,quia tũc liceret obtinere dicta
beneficia ſi reſidentiam nõ requirunt Lap.alleg.25.
& alleg.116.& 117.Cald.conſ.24.de præben.Ferrett.
conſ.22.nu.1.Abb.conſ.96.in 2.dub.lib.2. Lambert.
de iur.patr.p.1.lib.2.q.7.art.15.vbi late Domin. Sot.
* lib.3.de iuſt.& iur.q.9.art.3.q.4.& hæc eſt*commu-
nis opinio teſte Nauarr.in Manual.c.25.nume. 125.
cum ſeq.& hãc opinionem pluribus rationibus,& au
ctoritatibus exornat Alfonſ.Hoied.c.1.2.p.de incõ-
pat.benef.nu.1.& num.15.& in nu.36.dicit hanc opi
* nionem eſſe receptam ac approbatam* a ſtilo etiam
poſt publicationem ſacr.Conc.Trid. nam Pius IIII.
& Pius V.& Gregorius XIII.conceſſerũt ſæpius vni
beneficiato plura beneficia ſimplicia reſidentiam nõ
requirentia,& hodie etiam per Sanctiſſimum Domi
num Noſtrum Sixtum Quintum conceduntur.
142 Dubium tamẽ eſt quæ†dicatur magna multitudo
beneficiorum Benedict.Cap.d.reg.90.num.135.quã
do ſunt decem,vel octo ſequitur Hoied.c.21. primæ
part.de incompat.benef.nu.16. Ego autem exiſtimo
143 Iudicis†arbitrio relinquendum,qui ſecundum quali-
tatem perſonarum,& temporum hoc iudicabit iuxta
ea quæ ſcribit Bal.in c.cum cauſa col.vlt.verſ. quæro
de teſtib.& in l.ęde col.vlt.C.locat.Bertãd.conſ.236.
* lib.2.& communiter* Doct.ſicuti Iudicis arbitrio re
144 linquitur quando dicatur† magnitudo gloſ. in auth.
niſi breuiores.C.de ſentent.ex breu.recit.gloſſ. in ca.
vlt.de re iudic.lib.6.Lanfr.in c.quoniam in num.19.
de prob.Iaſ.in l.admonendi nu.222.ff. de iureiur. cũ
* ſimilib.adeo quod hæc*eſt communis ſentẽtia,cum
145 Iudicis arbitrio relinquantur† ea quæ certa ſub lege
* diffinita non reperiuntur a iure iuxt,vulgatam &*cõ
munem l.1.ff.de iur.delib.Thomas Parpal.in l. 1.nu.
45.ff.ſolut.matr.Dec.in c.ſedes num.7.de reſcr.& in
c.ſi pro debilitate in fi.de off.deleg.
146 Quintum exemplum erit in eo†qui habet dignita
tem officium perſonatum, nam ſi conſequatur cano
nicatum priora beneficia non vacant ipſo iure Petr.
de Anch.conſ.17.Oldrad.conſ.165.Lap.allega.116.
* vbi Mandoſ. in addit. & eſt communis*opinio vt pa
tet ex adductis per Hoied.c.11.primæ part. de incõ-
pat.num. 5.verſ.contrarium & ex adductis per Bene-
dict.Capr.d.reg.90. num. 113.quamuis hæc ſint in-
compatibilia,vt probatur in c.1.de conſuet.lib.6.vbi
* cõiter*doct.Card.Pariſ.conſ.40.num.15.vol.4.
147 Sextum exemplum erit in habente†Canonicatum
nam ſi conſequatur alium Canonicatum in alia Ec-
cleſia,primum non vacat ipſo iure c. literas de con-
ceſſ.præb.vbi Abb.& alij Benedict.Capr.dict.reg.90.
* nu.120.communis* vt patet ex adductis per Hoied.
cap.12.primæ part.de incompat.num.12.quia diſpo-
148 ſitio dict.c.de multa†eſt pœnalis,& correctoria,ideo
non debet de ea fieri extenſio ad alium caſum ſimi-
lem l.ſi vero §.de viro vbi late Roman.ff.ſolut.matri-
* mon.communis* opinio teſte Iaſ.in l. cum quidam
num.10.& 24.ff.de liber.& poſthum. & in l. vlt.ff. de
in ius vocand.
Quinto principaliter infertur qđ ſi reſignans non
habeat ius ex alia ratione,vt quia fuit facta expeditio
149 in vrbe in forma dignum,† & ordinarius nunquã cõ
tulit cui literæ fuerunt commiſſæ, vel quia nunquam
cepit poſſeſſionem,aut alias reſignatio nulla eſt,reſi-
gnatario nihil acquiritur,Rebuff.conſ.186.num.10.
150 & ratio eſt clara†quia quòd non habeo reſignare nõ
poſſum,nec perdere,§.ſeruus Inſtitut. de c.diminut.
nam priuatio præſupponit habitum l. qui decem.ff.
de verb.oblig.
151 Sexto & vltimo principaliter infertur†quod priua
tus per ſententiam beneficijs non poteſt renunciare
illa poſt tranſitum in rem iudicatam,vt fuit reſolutũ
in Rota coram Oradino in vna Roman.beneficiatus
S.Petri die 16.Iunij 1561.

## SECVNDAE QVAESTIONIS

### *SVMMARIVM.*

1 *Prouiſus de parochiali tenetur ſe facere promoueri infra annum.*
2 *Beneficium curatum non poteſt permutari in vltima die anni dati ad promouendum.*
3 *Reſignans non plus iuris transfert in reſignatarium quam habeat.*
4 *Ius curati prope finem anni eſt temporale.*
5 *Fraudibus obuiandum eſt.*
6 *Non eſt ſuccurrendum ei qui in neceſſitate ſe arctauit .*
7 *Fruſtra ſperatur euentus qui non poteſt operari.*
8 *Beneficiatus poteſt reſignare beneficium curatum ẽt in fine anni dati ad promouendum.*
9 *Antequam annus labatur ius eſt pœnes reſignantem .*
10 *Pœna impoſita ex non facto intra certum tempus nõ committitur niſi ex toto labatur tempus.*
11 *Appellatus non poteſt petere executionem ante finem anni.*
12 *Ante lapſum tempus bannitus non poteſt offendi.*
13 *Sufficit qualitatem adeſſe tempore quo ſit actus .*
14 *Curatis poteſt prorogare tempus ſummus Pontifex vltra annum ad ſe promouendum.*
15 *Iudex non ſolet concedere quod eſt malum.*
16 *Superior dicitur Iuſtitia.*
17 *Iudex habet ſal ſapientiæ,& conſcientiæ.*
18 *Beneficia non ſolent concedi ad tempus.*
19 *Nullam pœnam meretur quod ſit iure permittente.*
20 *Variæ ſunt hominum voluntates.*
21 *Hodie non admitteretur reſignatio ante finem anni.*
22 *Curatus elapſo tempore ad promouendum non poteſt reſignare.*
23 *Præceptoria commendata ad tempus non poteſt reſignari.*
24 *Priuatus beneficio illud reſignans ſeruata penſione , penſio eſt nulla.*
25 *Gratia eſt ſubreptitia cum non exprimitur quod debet.*

26 *Penſio datur reſignanti ne nimium diſpendiũ patiat̃.*
27 *Expreßo falſo gratia eſt Nulla.*
28 *Reſignatarius non poteſt beneficium curatum reſigna*
*re ante finem anni.*

SEcundo quero Pone,
quidam cõſecutus eſt
parochialem eccleſiã
1 ſeu curatam, † ex quo
tenetur ſe promoueri
facere intra annum,
alias beneficium va-
cat ipſo iure iuxt.cap.
licet canon de elect.li.
6.An iſte poſſit reſi-
gnare in fauorem be-
neficium prædictũ in
fine anni dati ad ſe promoueri faciendum præſuppo
nendo non poſſe ad ſacros ordines promoueri, puta
quia erant elapſi vndecim menſes aut plus,&c.?
Rot.deciſ.6.de rerum permut.in antiquis tenuit ta
2 le beneficium†non poſſe permutari vltima die anni
* dati ad ſe promoueri faciendum,& ſic fuiſſe* indica-
tum in duabus cauſis habetur in deciſ. 38. de præbẽ.
in antiq.in fin.Ad quod primo facit quia ſequitur in-
conueniens ꝙ quis ſemper poſſet retinere beneficiũ
abſque promotione, nam in fine anni illud reſigna-
ret,& poſtea daretur nouus annus, & ſic eſſet contra
mentem dicti cap.licet canon.&c.
3 Secundo quia reſignans†non plus iuris transfert in
* reſignatarium quam ipſe habet iuxta communes*cõ
cluſiones de quibus ſuo loco & ob id beneficiũ tran-
ſit ad reſignatarium cum penſione qua erat grauatũ:
4 ſed huius reſignãtis cum eſſet† prope finem anni erat
temporale & non perpetuum.ergo non valet reſigna
tio,quia ſicuti ob anguſtiam temporis reſignans non
poteſt ordines ſacros ſuſcipere, ita etiam neque pote
rit ob eandem rationem reſignatarius.
Tertio quia potuit reſignans in fraudem rem diſ-
5 ferre vſque ad vltimum momentum, fraudibus†enim
obuiandum eſt,l.ſi legatarius C.de leg.Rainer.de For
liuio in l.omnes populi ſub nu.8.ff.de Iuſt.& iur.
6 Quarto quia non eſt † ſuccurrendum ei qui ſe in
neceſſitate poſuit & arctauit l.2.§. quod dicimus ff.ſi
quis caut.c.cum in veteri circa fin.de elect.
Quinto quia iam eſt priuatus ex quo non poteſt
7 promoueri,fruſtra enim ſpectatur† euentus qui non
poteſt operari l.aliquando ff ad Vellei.
His tamen non obſtantibus contrariam opinio-
8 nem credo veriorem quod etiam in fine†anni & vlti-
ma die poſſit quis reſignare beneficium in fauorem
alicuius, ita in facti contingentia reſpondit Oldrad.
conſ.203.factum tale nu.1.ver.circa primam quęſtio
nem,ſequitur Caſſad.deciſ.4.nu.4.locat.& latius dec.
27.tenuit palatium num.1.in fin.nu.2.& 3.ſuper reg.
Cancell.Arch.in c.cum ex eo de elect.Io.And.in add.
ad Specu.in rubr.de rerum permut.Pet.de Peruſ.quẽ
refert & ſequitur Petr.Andr.Gamm.in c.licet nu.88.
& 89.de rerum permu.lib.6.loquentes in permutatio
** ne,ex quo patet hanc opinionem eſſe**receptiorem
9 probatur primo,quia†ante quam annus ſit ex toto e-
lapſus,ius eſt penes illum qui vult renunciare,ac per-
fecte,vt probatur in cap.commiſſa de elect.in 6. *Com*
*miſſa tibi parochialis eccleſia quamquam tantum de*
*anno trãſiuerit quod infra ipſum nequeas iuxta ſtatu*
*tum generalis Concilij Lugdunenſis ad ſacerdotiũ pro*
*moueri, non eſt niſi tunc demum cum ex toto fuerit ip*
*ſe annus elapſus cenſenda vacare, nec poteſt alteri te*
*nolente conferri,&c.* ex quo tex.Anch.& Gemi.notãt
in primo not. ꝙ vbi imponit̃ pœna ex non facto intra
10 tp̃s certum,pœna †non committitur niſi ex toto tem
pus labatur Bal.in c.1.qualiter dom.pro.pr.Alex.con
ſil.33.li.2.Hinc ſi fuit cõmiſſa cã decidenda intra cer
tum tp̃s alioquin remittatur inſtructa quod infra illũ
terminum ẽt vlt.die non poteſt remitti,Arch.in d.ca.
commiſſa,vbi dicit Curiam ita tenere. Hinc appella-
11 tus non põt petere executionem†,ſententiæ ante finẽ
anni,ſi tantum eſt elapſum de anno quod appellãs nõ
poſſit proſequi Inno.in c.intimaſſe de app. Arch.loc.
cit.Hinc ſtante ſtatuto ꝙ lapſo termino banni banni
tus poſſit impune offendi vt pura poteſtas banniuit
12 quendam ſi non† comparuerit infra tres dies,modo
ſunt elapſi duo dies & bannitus eſt in loco a quo in-
fra diem vnum non poteſt venire ad locum deſtinatũ
vtique ante lapſum termini non põt occidi ita Bart.
relatus à Petr.de Anchar.in dict.cap.commiſſa ſub.n.
4.& quod tandem iſte habeat ius in beneficio ante fi
nem anni eſt* communis opinio de qua atteſtat̃ Rot.
dict.Deciſ.38.in principio de præb.in antiq.Ergo po
teſt reſignare,quia qui habet ius,poteſt,&c.& hęc eſt
* *communis opinio per conſequentiam,vt atteſtatur
Rota.dict.deciſ.38.Namque vt ex dict.cap.commiſ-
ſa,non vacat antequam ex toto labatur annus,licet tẽ
pus modicum ſuperſit vt certum ſit obtinentem in-
fra annum promoueri non poſſe arg.l.in illa.ff.de ver
bor.oblig.& l.inſula.ff.eod.nihil ergo impedit quod
non poſſit reſignare quia non minus in eo iuris habet
quam ſi non ſperetur vacare l.& poſt §.res quæ ff.fa
mil.herciſcun.l.ſi ſeruus ff.de condic.furt.l.ſi quis ſer
uum de noxal.l.non ideo de rei vendic.quare ſufficit
13 qualitatem†adeeſſe tempore quo fit renunciatio corã
ſuperiore l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxal.Dec.
in cap.poſt ceſſionem col.2.de probat. Hinc retineo
dominium rei quam dimiſſurus ſum,dict.l. non ideo
minus ff.de rei vendic.l.ſi quis ſeruum. ff. de noxal.l.
& poſt.§.1.ff.famil.herciſ.
Eoq; magis hoc procedit qa poſſet Summ. Pontifex
14 diſpenſare & ꝓrogare†tp̃s ẽt vltima die ad promouẽ
dum vt tradit Gemin.in d.c.commiſſa nu.1.verſ in ſi.
* gl.vt practicamus*tota die,vel poterit diſpẽſare* Epi
ſcopus,vt eſt cõis*opinio teſte Andrea Gamba.d.c.li
cet nu.88.verſ.tertium fundamentum,vnde non mi-
rũ ſi interea põt reſignare.immo ſi ſpes eſſet indubi-
tata de beneficio amittendo,tñ põt illi renunciare. &
illa renunciatio dr̃ inducere vacationem,c.per tuas el
1.de ſimon.Gamb.loco cit.verſ.quantum, &c.
Non obſtant contraria.Ad primum rñdetur incõ-
ueniens ceſſare poſtquam ſuperior admiſit reſignatio
15 nem:namque ſi hoc damnoſum†iudicaſſet,auctorita-
tem ſuam impertitus non eſſet,argu.l.ſocietate.§.ar-
bitrorũ vbi Bar.& Alber.ff.pro ſoc.c. quintauallis vbi
Ant.de Butr.& Abb.de iur.iu.Port.Imolenſ.conſ.76.
16 nu.1.& conſ.152.nu.9.in medio,cum ſuperior dicat̃ †
iuſtitia c.Deus noſter di.13.Bar.in tract.inter virginẽ
& Demon.ante.nu.3.& habeat duos ſales, Bal. in l.2.
17 C.de ſent.ex breuiloq.recitand. ſcilicet ſal.†ſapientiæ
& ſal conſcientiæ.Idem Bal.in l.2.in 4.nõt.C.de fidei
comm.Marſil.in §.diligenter nu.23.& 24.cum ſequ.
Iodocus in prax.crim.c.36.num.9.
Ad ſecundũ reſpondetur quod noua collatio ſum.
Pontif.facta reſignatario tribuit ius perpetuum,nam
18 que†beneficia non ſolent concedi ad tempus regula
* riter vt*communiter volunt doctores.
19 Ad tertiũ reſpõdetur†ꝙ fraus excluditur ex quo fit
iure ꝑmittẽte l.Gracchus.C.ad leg.iul.de adul.l.nemo

dam num



damnum ff.de reg.iur.ita reſpondit Oldrad. & Caſ-
ſad.locis citat.
20 Accedit quia † variæ ſunt hominum voluntates,l.
quia poterat ff.ad Trebell.vel quia id facit propter te
nuitatem fructuum aut aeris intemperiem,vel ſimilẽ
cauſam:hæ enim poſſunt eſſe in cauſa reſignãdi,arg.
l.etiam ſi equo ff.de leg.1.l.ſi cui fundus ff.de leg.2.l.
libertus q ſoluẽdo ff.de bon.libert.l.1.§ & alias videa
mus ff.ſi qui.in fraud.patr.l.ſi in emptione ff.de min.
Ad quartum patet reſponſum ex ſupradictis.
Ad quintum reſpondet Gem.in d.c.commiſſa in
prima oppoſit.poſt Ioan.Monach.quod tunc nõ ſpe
ctatur†euentus qui nihil poteſt operari cum ab initio
inefficax eſt dolo,& ita procedit d.l.aliquãdo, ſed in
hoc caſu ab initio tenuit collatio,ideo &c.
Vel ſecundo reſpondetur negãdo nihil poſſe ope-
rati, nanque poſſet ſumm.Pontifex vel Epiſcopus di
ſpenſare,vt dictum eſt ſupra.
* Hanc autem concluſionem*communem declara
rem niſi conſtaret euidenter de fraude,vt tenent Ol
drad.Gamm.& alij ſupra citati, & ita exiſtimo proce
dere deciſionem Rot.6.de rerũ permut.in antiq.Ho
21 die†autem huiuſmodi reſignatio nõ admitteretur,nã
* que quoties reſignatur parochialis * ſtylus obtinuit
vt debeat exprimi per quãtum tempus illam poſſedit
reſignans,& ſi tempus eſt breue,ceſſio reijcitur,ſi au
tem hoc expreſſo Papa admittit reſignationem,nul-
li dubium eſt valere,& ita practicatur,vt vidi & didici
22 a peritiſſimis.Elapſo vero tempore nequaquam † po
terit reſignare,cum omne ius amiſerit, vt cõmuniter
* * per omnes receptum eſt vt ſupra dixi in prima illa-
tione 1.q.huius lib.ad quod etiã facit quod alias fuit
* reſolutum in vna*Brixien.fructuum coram Sarn.27.
23 Februarij 1542.teſte Put.deciſ.265.lib.1.quod† non
poſſit reſignare in fauorem ille cui commendata eſt
perceptoria,vt quamprimum compleuerit 14.ann.te
neatur emittere profeſſionem, alioquin perceptoria
vacare cẽſeatur ſi fiat reſignatio poſt decimumquar-
tum annum quo tempore non fuerat profeſſus, quia
vbi certa dies eſt ſtatuta,aduentus illius diei ſtatuit &
conſtituit in mora obligatos abſque aliquo interual
lo temporis,& videtur in terminis noſtris reſpondiſ
ſe Nauarr.conſ.1.de reſcrip.
Et ſi reſignauit reſeruata penſione, quamuis Na-
uarr.in loco citato dicat penſionẽ ei deberi, mihi ta-
men contraria probatur opinio, nanque non conceſ
24 ſiſſet Papa penſionem†ſi ſciuiſſet ius ei non compete
re,& tunc gratia eſt ſubreptitia cum non exprimitur
25 † id ꝙ expreſſum retraxiſſet a concedendo,c.poſtula
ſti & c.ſuper litteris de reſcrip.Rot.deciſ.32.de reſcr.
26 in nou.& communiter doct.Et cum penſio†detur re
ſignanti ne nimium diſpendium patiatur ex ceſſione
Oldrad.conſ.275.col.2.Sarn.q.60.de ann.Rebuff. in
prax.tit.de reſeru.num.13.& ipſe nullum ius habeat,
ſequitur penſionem reſeruatam eſſe nullam. Et cum
27 ipſe in renunciatione aſſerat ius habere,videtur † fal
ſum exprimere,& ſic nulla erit gratia Fel.in c.poſtu-
laſti col.4.de reſcrip. præterea ſi omnes volunt reſi-
gnationem non valere,ergo neque penſio reſeruata,
quia non entium nullæ ſunt qualitates.
Limita niſi narratum fuiſſet in beneficio nõ habe
re canonicum titulum,ita Nauarr.d.conſ.1. num. 4.
28 An autem reſignatarius † poſſit reſignare ante fi-
nem anni,Oldrad. tenuit quod ſic dict. conſil. 203.
quod intelligendum eſt ſi abſque fraude hoc fecerit
& ſi totum negotium narrauerit Papæ vt ſupra dictũ
eſt,& hodie vt ſupradixi non admitteretur.

## TERTIAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.

1 *In reſeruatione penſionis ſolet apponi pœna priuatio*
*nis in caſu non ſolutionis.*
2 *Non ſoluens penſionem non poteſt reſignare, ſi pen-*
*ſionarius egit ad priuationem.*
3 *Fruſtra reſignatur quod non habetur.*
4 *Non ſoluens penſionem poteſt reſignare, ſi penſiona-*
*rius non egit.*
5 *Pœna habet locum agente penſionario.*
6 *Emphiteuta cadit a iure ſuo ob nõ ſolutionem poſt de*
*clarationem domini.*
7 *Regreſſus reſeruatus ob non ſolutionem penſionis de*
*bet canonizari per declarationem.*
8 *Penſionarius non poteſt agere ad priuationem cõtra*
*reſignatarium ob non ſolutionem factã a reſignãte.*
9 *Delictum debitoris non nocet ſucceßori in beneficio.*
10 *Mors ciuilis æquiparatur naturali.*
11 *Declaratio uoluntatis terminatur ad uitam debitoris*
*vel creditoris.*
12 *Ius priuandi vaßallum non tranſit ad hæredem do-*
*mini.*
13 *Ius priuandi vaſſallum non tranſit ad hæredem ip-*
*ſius vaßalli.*
14 *Domino non declarante caducitatem, eius ſucceſſor*
*non poteſt illam declarare.*
15 *Habens regreſſum ſi non vtatur ueniente caſu non po*
*terit poſtea vti.*

TErtio quæro an poſſit reſi
gnare beneficiũ in fauo-
rem alicuius ille qui non
ſoluit penſionem impoſi
tam ſuper illo beneficio
reſignãdo, ob quod erat
impoſita pœna excõmu-
nicationis,& priuationis
beneficij, vel etiam erat
cõceſſus regreſſus,vt cõ-
muniter † ſolet fieri in reſeruatione penſionis de ſty
* lo.Duo caſus ſunt conſtituendi. Primus quando is,
cui reſeruata eſt penſio, non ſoluta penſione egit ad
priuationem,vel ad regreſſum. Secundus eſt caſus q̃-
do penſionarius tacuit.
2 In primo caſu concludo†negatiue videlicet nõ poſ
ſe reſignare,cum accedente voluntate, & domini de
claratione,abſque dubio ſit priuatus iux.ea quæ late
* ſcribit Caſſad.*communiter receptus in deciſ.1.loc.
allegans plures doctrinas de quibus per ipſum, & in
hoc nullum eſt dubium, nam cum per priuationem
3 non habeat ius,fruſtra reſignat quod non habet, vt †
dictum eſt late ſupra in p.q. in prima limitatione ſeu
declaratione.
In ſecundo caſu quando non fuit actum contra
4 non ſoluentem penſionem,†hoc caſu dicas illud be-
neficium poſſe reſignari ad fauorem alicuius,& ſuc-
* ceſſor erit tutus,ita Caſſad.deciſ.4.nu.4.loc.& eſt*cõ
* munis opinio,quam vidi ſæpius ſeruari in*praxi.
Ratio eſt quia ante declarationẽ creditoris debi-
tor põt impune reſignare,& valide, quia adhuc pęna
5 non ſucceſſerat,pęna.n.† habet locum agente penſio
nario,& ſic volente illo in cuius fauorẽ fuit illa pœna
* appoſita,prout fuit tentum in Rot.in*vna Gebbenẽ.
Monaſterij corã Petralanta de anno 1516.& ſucceſ

ſiue in alijs cauſis prout atteſtatur Caſſad.deciſ. 2.nu.
3.loc.& tempore Put.ita etiam fuit tentum prout ip-
ſe atteſtatur deciſ.34.lib.2.Moedan.deciſ.120.& dec.
* 338.col.3.&*in vna Toletan. penſionis 24.Octobris
1552.coram Reumano,teſte Caputaq.deciſ.8.p.3.ſi-
6 cuti in ſimili†vt emphiteota ob non ſolutionem cano
nis cadat a iure ſuo declaratio domini directi requiri
tur,l.2.ibi *volente* C.de iure emph.vbi Bart.Iaſ.& alij,
Alex.conſ.22.lib.2.& conſ.106.lib.4.col. 2.late Dec.
conſil.146.col.3.verſ.Capio ſecundum, fuit deciſum
* in vna*Bononien.bonorum coram D. Triuultio de
* anno 1521.& hanc eſſe opinionem veriorem* æquio
** rem ac** communiorem atteſtatur Caſſad. dicta de-
ciſ.ſub num.3.loc.Ergo cum ille cui reſeruata eſt pē-
ſio & regreſſus in euentum,&c. nō declarauerit ſuam
voluntatem agitando contra beneficiarium ad priua-
tionem,videtur noluiſſe & per conſequens potuit ille
reſignare.

Accedit quia licet in literis fiat priuatio quoties re
7 ſeruatur†regreſſus ob non ſolutam penſionem, tamē
requirit ut canonizetur regreſſus per declarationē iu
dicis,vt ſcribit Pelegr.dec.264.lib.3.vbi ex hoc atte-
* ſtatur fuiſſe tentum in vna*Segobien.penſionis. deci
ſiones in pluribus cauſis factas requirentes,vt in cau-
ſa priuationis citatio incipiat a principali habere locū
etiam in hoc caſu de quo dicetur infra.

Dubium tamen hic cadit, an cui reſeruata eſt penſio
poſſit idem declarare voluntatem ſuam cōtra reſigna
tarium,& ſic agere ad priuationem iuxta formam lite
rarum ob non factam ſolutionem penſionis ab eius
8 prædeceſſore? Breuiter†dicendum eſt negatiue,&cæt.
non poſſe agere,ita in terminis Caſſador.deci.4.num.
* 4.loc.&*eſt communis opinio doctorum.

Et hoc ex deciſionibus factis in morte naturali, nā
que ſi is cui reſeruata eſt penſio ac regreſſus tacuerit
9 viuente†debitore principaliter obligato, qui in tēpo-
re ſtatuto a ſolutione defecerat, ſuccedentem tali de-
* bitori in beneficio tutum eſſe fuit* tentum de anno
1522. coram Domino Camillo de Balionibus, & in
* alia Gebbenen.*monaſterij,vt atteſtatur Caſſado.di.
deciſ.4.vbi latiſſime comprobat,& deciſ. 2. vbi etiam
* latiſſime eod.tit.loc.ita etiam fuit tentum in vna*Ter
raconen.Parochialis 15.Octobris 1542.teſte Put.de-
ciſ.341.lib.1.& in vna Toletana teſte Caputaq. deciſ.
8.p.3.vt ſucceſſor ſit tutus.Hoc etiā procedit in mor
10 te ciuili,†quæ naturali æquiparatur,l.mulier ff. ad Tre
bell.Rot. deciſ.28.de procurat. in nou. & ſic in reſi-
gnatione. Ratio rationis quia declaratio facienda in
11 ſimilibus caſibus terminatur ad vitam creditoris† vel
* debitoris,vt eſt*communis opinio de qua atteſtatur
Ruin.conſ.35.lib.1.vbi late.

Hinc ſi vaſſallus commiſit cauſam propter quā po
12 terat feudo priuari,†ſi dominus decedat ante declara-
tionem,ius priuandi vaſſallum non trāſit ad hæredes,
glo.in cap.1.§.1.verb.concubuerit quibus mod.feud.
* amitt.communis*opinio de qua atteſtantur Cur. Iu-
nior.de feud.in 4.part.in vlt.particula in ſecunda du-
bitatione,Rip.in l.vlt.num.237.de reuocand. donat.
etiam ſi culpa erat talis ob quam erat vaſſallus ipſo iu-
* re priuatus,vt eſt communis*opinio teſte Iul. Clar.li.
5.recept.ſentent.§.feudum.quæſt.64.verſ. ſed quid ſi
13 culpa.ita etiam ſi moriatur†vaſſallus qui deliquit, ante
quam dominus proponat querelam, non poterit illā
proponere contra hæredem ipſius vaſſalli, Clar.lib.5.
* recept.ſentent.§.feudum.q.65.communis* teſte Caſ-
ſad dict.deciſ.4.nu.11.

14 Hinc ſi dominus†nō declarauerit caducitatē eius,
ſucceſſor nequit declarare,late Cuman. conſ.164.ita
* fuit deciſum*in Rot.in vna Bononien. bonorum de
menſe Maij 1522.coram Domino Paulo de Capizuc
chis in ſecunda inſtantia,teſte Caſſad.deciſ.3.titu.loc.
vbi adducit rationes & alias pluries fuit idem reſolu-
* tum,&*communiter eſt per doctores receptum. Im-
*15 mo alias fuit*tentum,quod qui reſignauit†reſeruato
regreſſu ſi fuit locus regreſſui, & habēs regreſſum nō
velit uti,ſi iterū veniat caſus,non poteſt vti,teſte Moe
dan.deciſ.manuſc.120.Sāctiſſimus Dominus noſter,
de quo vide eundem Moedan.deci.118.& 119.in ma
* nuſcrip.& hæc eſt communis*opinio recepta ab om
nibus.

## QVARTAE QVAESTIONIS

### *SVMMARIVM.*

1 *Habens in prouiſione decretum, vt in renunciatione debeat intimare reſignanti, non poterit reſignare non facta huiuſmodi intimatione.*
2 *Non facta prædicta intimatione ſi reſignans nō agit, valida eſt renunciatio.*
3 *Decretum operatur, ſi is ad cuius fauorem eſt appoſitum uelit uti.*
4 *Conſtitutio Sixti annullans venditiones non factas vicinis,procedit ſi vicinus ea vti velit.*
5 *Quiſque poteſt renunciare fauori ſuo.*

QVARTO commode
ſubnecti poteſt utilis
quæſtio, an ſi quis re-
ſignauit in fauorem
N.in cuius prouiſione
aderat decretū,vt nul-
latenus poſſit reſigna-
re, niſi prius reſigna-
tionem faciēdam per-
ſonaliter reſignanti in
timaret ad effectū vt
ille in cuius fauorem
voluerit reſignare obligaret ſe reſignanti coram No-
tario & teſtibus de ſoluenda penſione dando cedulā
banchariam,alias reſignatio videatur facta in fauorē
dicti reſignātis,an ille N.poſſit reſignare, adeo quod
reſignatio debeat cenſeri valida non facta prædicta
1 †intimatione? Reſponde eſſe faciendam dictam inti-
mationem,iuxta decretum appoſitum in prouiſione,
* vt volunt doctores*communiter citandi.

Verum ſi fuit facta reſignatio abſque prædicta inti
2 matione,ſi ille cui†faciēda erat hmōi intimatio nō e-
git ad beneficium,reſignatio eſt valida:qa tale decre-
tum non eſt tantæ virtutis,vt inficiat reſignationē fa-
* ctam,ita fuit concluſum*in Rot.in vna Abulē.Archi
presbyteratus corā Dño Fantuccio de mēſe Nouem-
bris 1555.vt habetur in li.diuerſ.dec.232.in manuſcr.

Rō eſt qa decretū annullatiuum, quod ſolet appo-
3 ni in prouiſionibus,†ita demū operat̄ ſi is in cuius fa-
uorē apponit̄ eo vti voluerit,Philipp.Prob.in addi. ad
Io.Monac.in c.tibi q col.3.n.7.de preb.li.6.tradit Pu.
* dec.8.n.2.li.2.vbi refert ex hoc in vna Rom.* domus
4 20.Aprilis 1543.fuiſſe tentum quod bulla Sixti † an-
nullās vēditiones factas alijs q̄ vicinis interpretat̄, vt
ita demū ſit nulla vēditio ſi vicinus voluerit,nāq; illud
5 decretū reſpicit fauorē partis,iō pōt†renūciari, c.vlt.
§.1.de dele.l.filio pterito,iūcta gl.ff.de iniuſt.irrit.te-
ſta.ad quod faciunt ea quæ ſupra diximus Caſſador.
deciſ.1.2.3.& 4.loc.late.

QVINTAE



## QVINTAE QVAESTIONIS

### *SVMMARIVM.*

1 *Impetrans beneficium per annum pacifice poſſeſſum tenetur ſeruare quod dicit regula de annali.*
2 *Impetrans beneficium per annum pacifice poſſeſſum poteſt illud reſignare antequam vocet poſſeſſorem in iudicio.*
3 *Reſignatario acquiritur ius poſt conſenſum.*
4 *Qui tenetur ſe promoueri facere poſt renunciationē intra annum.*
5 *Acceptans expectatiuam poteſt renunciare ante publicationem.*
6 *Poteſt quis reſignare intra tempus datum ad publicandum.*
7 *Regula Cancellariæ de annali quid diſponat.*
8 *Regula de annali qua ratione emanauit.*
9 *Cauſa finalis quæ ponitur in proœmio.*
10 *Diſpoſitio regulatur a ratione proœmiali.*
11 *Dictio,Vt.cauſam finalem oſtendit.*
12 *Intereſt reipublicæ,vt lites finiantur.*
13 *Extinctio litis ſpectat ad conſeruationem cōgregationis humanæ.*
14 *Regula de annali eſt fauorabilis.*
15 *Statutum permittens bannitum poſſe impune offendi dicitur fauorabile.*
16 *Lex puniens delicta dicitur fauorabilis.*
17 *Regulæ Cancellariæ ſtricte interpretantur.*
18 *Fauorabilis dr̄ diſpoſitio attenta ratione principali.*
19 *Intereſt vt habeatur certitudo poſſeſſoris.*
20 *Regula de annali inducit formam.*
21 *Diſpoſitio annullans actum inducit formam.*
22 *Diſpoſitio apponens tempus faciendi actum inducit formam.*
23 *Regula de annali habet locum in prouiſione quæ fit per reſignationem.*
24 *Regula de annali loquitur de quocunq; impetrante.*
25 *Ex reſignatione vere vacat beneficium.*
26 *Reſignans ante finem anni poſt vocatum poſſeſſorem non tenetur proſequi cauſam.*
27 *Poſt reſignationem reſignans non dicitur improbus.*
28 *Reſignatarius non tenetur obſeruare contenta in regula de annali.*
29 *Quis dicatur pacificus poſſeſſor ad effectum regulę de annali.*
30 *Lis ſuper poſſeſſorio eſt ſufficiens ad interrumpendā pacificam poſſeſſionem.*
31 *Mortuo impetrante poſt vocationem poſſeſſoris non habet locum regula de annali.*
32 *Mors naturalis æquiparatur ciuili.*
33 *Regula de annali procedit in renunciante, & reſeruante ſibi omnes fructus.*
34 *Reſeruatarius fructuum æquiparatur titulari.*
35 *Regula de publican.non habebat locum in reſeruatario fructuum,hodie ſecus.*
36 *An exceptio regulæ de annali competens reſignanti competat reſignatario.*
37 *Tempora prædeceſſoris, & ſucceſſoris iunguntur ēt in materia beneficiali.*
38 *Tempora vſucapionis ex perſona defuncti, & heredis iunguntur.*
39 *Beneficialia vltimis voluntatibus æquiparantur.*
40 *Tempora poſſeſſoris, & ſucceſſoris iunguntur ad complendam præſcriptionem.*
41 *Emptor vtitur acceſſione creditoris.*
42 *Quando annus de quo in regula de annali non eſt completus tempore reſignantis, reſignatarius non eſt tutus dicta regula.*
43 *Vbi verba non conueniunt,neque diſpoſitio.*
44 *Trienniū de quo in obligatione Lapi nō ſufficit quod ſit continuatum per ſecundum reſignatarium.*
45 *Speciale fauore eccleſiæ.*
46 *Non valet argumentum a materia profana ad beneficialem.*
47 *Extrema non coniunguntur quando media non ſunt habilia.*
48 *Reſignatio eſt mors ciuilis.*
49 *Quilibet poſſidens beneficium poteſt dare de regulæ de annali.*
50 *Regula de annali reſpicit odium impetrantis.*
51 *Quando tempus eſt lapſum ante reſignationem, reſignatarius non poteſt vti regula de annali.*
52 *Regula de annali eſt perſonalis.*
53 *Repetitio arguit mentem.*
54 *Poſſeſſio non tranſit in quempiam ipſo iure.*
55 *Stylus attendendus eſt.*
56 *Ratio declarat dictum generale.*
57 *Regula de annali eſt fauorabilis.*
58 *An ſi reſignans remanſerit in poſſeſſione poſt reſignationem ſit tutus regula de annali.*
59 *Reſignans ſi manet in detentatione retinet naturalē.*
60 *Manenti in detentatione competit reſtitutio.*
61 *Impetrationes certo modo abhorrentur.*
62 *Reſignans manens in poſſeſſione an ſit tutus regula de annali.*
63 *An reſignans manens in poſſeſſione per annum poſſit defendi regula de annali contra tertium reſignatarium.*
64 *An ſi tempore reſignantis fuerint elapſi undecim mēſes,competat huiuſmodi regula reſignatario.*
65 *Hæres repræſentat perſonam defuncti.*
66 *Statutum pœnale loquens de perſona ad repræſentatam non trahitur.*
67 *Regula de annali defendit priuatos ipſo iure.*
68 *Regula de annali non defendit hæreticum.*
69 *Regula de annali non defendit priuatum beneficio ob non ſolutionem penſionis.*
70 *Regula de annali non defendit eum de cuius non titulo notorie conſtat.*
71 *Regula de ann.non defendit non publicantem reſignationem.*
72 *Annus de quo in regula de annali incipit a die adeptæ poſſeſſionis.*
73 *Annus de quo in regula de annali debet eſſe continuus.*
74 *De huiuſmodi anno non ſubducuntur dies feriati.*
75 *Quid ſi fuit impeditus.*

QVinto quæro,an impe
trans beneficium per
annū pacifice poſſeſ-
1 ſum†ab alio poſſit il-
lud reſignare,cum te
neat̄ ex regula de an-
nal. intra ſex menſes
poſſeſſorē in iudicio
euocare,facere,cāmq;
intra annū expedire?
Reſponde poſſe illud
beneficiū reſignare,
2 tam†antequam vocet poſſeſſorem in iudicio quam
poſt & ante quam ſit expedita cauſa, ideſt intra an-

num,Simonett.deciſ.53.manuſcr.Creſcen.deciſ.227.
lib.1.in fin.in manuſcr.Caſſad.ſuper reg.Cancell.dec.
17.Sarn.in reg.de annal.q.62.& 63.Mandoſ.in eadem
* reg.q.23.24.& 74.& communiter* Doctores.
3 Ratio eſt†quia per collationem factam ex cauſa reſi
gnationis poſt conſenſum ius irreuocabiliter eſt acq
* ſitum reſignatario,Put.deciſ.106. lib.3.* communis
vt reſoluit Sarn.de infirm.reſign.q.31.vnde poteſt re-
* ſignare iuxta communes*concluſiones de quibus ſu
pra.Nec facit dubium,quod teneatur infra ſex menſes
poſſeſſorem euocare,& cauſam infra annum termina
re iuxta diſpoſitionem regulæ,namque qui tenetur ſe
4 promoueri facere infra†annum,poteſt infra tẽpus da
tum ad ſuſcipiendum ordines ſacros reſignare, prout
conſuluit Oldrad.conſ.203.factum tale eſt, & alij,vt
ſupra comprobaui,ita & etiam acceptans expectatiuã
5 poteſt reſignare beneficium acceptatum ante curſum
trium menſium datorum ad publicandum,vt fuit ten
* tum in*Rot.teſte Caſſado,deciſ.27. tenuit Palatium
ſuper reg.Cancellarię.Ita pari ratione poteſt quis reſi
6 gnare infra tempus†datum ad publicandum, Creſcẽt.
* deciſ.227.& eſt communis*opinio.

An autem reſignatarius teneatur vocare in iudiciũ
poſſeſſorem infra ſex menſes,& cauſam terminare in
fra annũ,dubium eſt:& quia materia eſt vtilis ac pra-
cticabilis,ideo ſubnectam aliquas concluſiones.

7 In primis eſt†præmittendum quod regula Cancella
riæ de annal. quę nunc inter regulas Sixti Quinti eſt
in num.30.ſtatuit,vt quicumque impetrauerit benefi
cium eccleſiaſticum tunc per annum immediate prę
cedentem poſſeſſum pacifice,& quod certo modo va
care prætenditur,teneatur nomen gradum,& nobili-
tatem poſſeſſoris eiuſdem,& quot annis illud ipſe poſ
ſederit,ac ſpecificam,& determinatã ex qua clare po-
terit conſtare nullum in dicto beneficio ius poſſeſſo
ri competere,in impetratione exprimere, & infra ſex
menſes eundem poſſeſſorem in iudicio euocari face-
re,cauſamque intra annum vſque ad ſententiam diffi
nitiuam incluſiue proſequi debeat,& teneatur,alioqn
impetratio ſit nulla,&c.

8 Ratio autem cur emanauit hæc regula ponitur †in
primis verbis,vt improbi lites exquirentium motus re
primantur;ex quo colligitur hãc eſſe cauſam finalem,
9 nam quæ dicũtur in proœmio cauſam †finalem indu-
* cunt iuxta communem & vulg.text.in l.vlt.ff.de hæ-
red.inſtit.Bart.in l.1.ff.de orig.iur.Bal.in §.quibus in
prima conſt.C.Rom.conſ.180.in ante penul.col.Ale
xan.conſ.12.col.5.lib.1.Dec.in l.1.in 2.lect.col.1.ff.ſi
10 cert.pet.Hinc dicimus,quod ſicut corpus† ab anima,
ita diſpoſitio a ratione proœmiali regulatur,Iaſ.in l.q
quadringenta co.2.ff.ad Trebe.quod eo magis patet
11 cum apponatur dictio vt,†quæ proprie cauſam finalẽ
oſtendit,clem.vt hi qui.& ibi Card.in primo no.de æ
tat.& qualit.Card.Ale.in c.cum ceſſante in primo no.
de app.Bal.in l.cum alijs C.de ſecund.nupt. & ita fuit
* dictum in vna cauſa * Taruiſin.feudi coram Rainal-
do Petruccio de menſe Nouembris 1535.teſte Sarn.
reg.de annal.q.1.col.1.quamuis ipſe teneat cõtrariũ,
cuius opinionem confutat Mandoſ.q.etiam prima. &
12 huiuſmodi†ratio fundatur in vtilitate publica, ut lites
finiantur,vt colligitur ex dictis per Bal.in l.2.in 5.no.
C.de nou.C.compon.Alex.conſ.190.mature col. pe-
nul.li.2.& conſ.171.col.3.lib.7.egregie Bart.in l. hæc
13 igitur C.de nou.Cod.facien.cum †extinctio† litiũ ſpe
ctet ad conſeruationem congregationis humanæ, vt
exorditur tex.in clem.dudum de ſepult.tradit Ancha,
in reg.poſſeſſor.col.3.de regul.iur.in 6.& ob id huiuſ-
14 modi regula†dicitur fauorabilis, vt late ibi concludit
Mandoſ.q.3.poſt Sarn.q.4.nu.4.& q.19.poſt nu.2.ſi-
15 cuti ſtatutum†permittens bannitum impune poſſe oc
cidi dicitur fauorabile,quia ad bonum publicum fa-
ctum eſt,Bart.in l.omnes populi num.23.ff. de iuſt.&
iur.Albert.de Roſat.in tract.ſtatut.in 4.par.q.20.Nel
lus in tract.Bannit.in 1.par.ſecundi temp.in prin.Iaſ.
conſ.133.col.penul.in fin.lib.1.& in l.vbi pactum nu.
16 15.C.de tranſact.& regulariter ob id lex puniens†deli
cta dicitur fauorabilis,Bar.in l.quemadmodum C.de
agric.& cenſit.lib.1.Rom.conſ.105. prope fin. Iaſ.in
l.ſi is quod ff.de iuriſd.omn.iud.Dec.conſ. 327. viſo
nu.5.& in l.factum ſuum §.in pœnalibus in 4.limitat.
* ff.de regu.iur.ac*communiter Doctores, & hoc eſt
17 ſingulare,nam omnes regulę Cancell.regulariter†ſtri
cte intelliguntur,Caſſad.deciſ.16.nu.5.& deciſ.23.n.
6.de pręben.& deciſ.35.num.6.ſuper reg.Sarn.in q.2.
proœm.reg.nume.4.& in reg. de impetr. benefic.per
obit.famil.Card q.5.Cardin.Pariſ.conſ.19.num. 3.&
ſequen.volu.4.fauorabilis igitur cenſeri debet regula
18 attenta†ratione principali,Ang conſ.68. num.4. An-
char.conſ.112.num.5.Ioan.Anan.conſ. 69. Crauett.
conſ.118.num.10.Curt.iun.conſ.87.nu.5. Socc.iun.
conſ.10.num.3.lib.3.Ber.conſ.14.nume.9.lib.2.com-
* munis*opinio teſte Anan.dict.conſ.69.Intereſt .n.vt
19 habeatur†certitudo poſſeſſoris ne laboretur in ambi-
guo.Oldrad.conſ.100.incip.in executione Ale. conſ.
7.& 110.lib.1.& conſ.68.col.3.lib.2.& conſ.112.col.
3.lib.3.cum alijs vt per Sarn.in hac reg.quęſt.31.Ideo
20 †regula inducit formam,vt late concludit Sarn. quęſ.
21 6.quia†annullat actum cap.ſi capitulo de conceſſ.præ
bend.in6.Bal.& alij in l.1.ff.de lib.& poſth.Rom.con
ſil.66.& imponit pœnam,Bartol.in l.præter §.1.ff.de
oper.nou.nunciat.Ioan.And.in c.ex tuæ de cler. non
reſiden.Anton.de Butr.in c.propterea de lat. & appo
22 nit tempus faciendi†actum,Bald.& Salic.in auth.quæ
ſupplicatio C.de precibus imp.offer.Abb.cõſ.92.ſta-
tuto in fin.lib.1.

His præmiſſis attingendo quaſdam quæſtiones, q̃
ad materiam conferunt: Primo quæro,an regula de
annal.habeat locum in prouiſione, quę fit ex cauſa re
ſignationis,vt reſignatarius teneatur ad ea quæ requi
23 rit dicta regula?Reſponde affirmatiue, †vt fuit ſenten
* tiatum in Rot.*in vna Cęſaraguſt. coram domino Si
binicen.de menſe Iunij 1521.teſte Caſſador.dec.15.
* ſuper reg.Cancell.vbi dicit fuiſſe ita*obſeruatum, idẽ
que voluiſſe videtur idem Caſſador.deciſ.17.ſuper re-
gul.ac etiam Sarn.de annal.qu.56.57. & 62. Mandoſ.
quæſt.23.& 24.Achill.Graſſ.deciſ.665. & communi-
*24 ter*doctores;namque regula† loquitur de quocumq;
impetrante,ſub quo certum eſt comprehendi cauſam
25 reſignationis ex qua†vere vacat beneficium & confer
tur Rot.deciſ.1.de reſcrip.in nou.num.1.in fin. & n.
2.vt late deduxi lib.primo q.4.

Nec obſtat quod ceſſet ratio regulæ,cum, quando
impetratur ex cauſa ceſſionis non eſt modus impro
bus exquirendi litem,namque data vacatione ex reſi-
gnatione ceſſionarius videtur extra culpam & dolum
tacẽdo poſſeſſorem,quia reſpondetur militare adhuc
rationem,nam poteſt cedere in potentiorem.&c.

Secundo quæro,an regula de annali procedat quã-
do quis impetrauit beneficium per annum ab alio pa-
cifice poſſeſſum,& vigore regulæ vocauit poſſeſſorẽ
26 in iudiciũ,ante tamen†annum elapſum alteri reſigna-
uit? Reſponde non procedere hoc caſu regulam,vt
fuit deciſum in*Rot.teſte Creſcent.deciſ.227.in fin.
lib.1.in manuſcrip.in qua fuit reſolutum reſignantem
amplius



amplius non teneri proſequi cauſam quia nullum ius
* amplius habet,adnot.per doctores*omnes in cap. ꝙ
in dubijs de renunciat.Guid.Pap.conſ.172.n.1.Card.
Pariſ.conſ.5.col.1.vol 4.ita etiã tentum* fuiſſe atteſta
27 tur Caſſador.deciſ.17.ſuper regul.quia amplius non†
dicitur improbus,& ceſſat ratio regulæ, tenet etiam
idem Caſſador.deciſ.16.num.8. ſuper reg. nec etiam
28 †reſignatarium cum tempore impetrationis aliquem
pacifice poſſidere non inuenerit,vt requirit regula,&
ſic cum verba non cõueniant,ergo neque diſpoſitio.
l.4.§.toties.ff.de damn.infect.Quod autem non inue
nerit pacificum poſſeſſorem probatur, quia ad effe
29 ctum illius regulæ dicitur pacificus poſſeſſor†cui nul
la mota ſit lis ſeu controuerſia iuris vel facti in iudi-
cio vel extra ſup re poſſeſſa,clement.gratiæ,vbi gloſ.
Cardin.num.8.Imol.& alij de renuncia. Archid.in c.
commiſſa de elect.lib.6.Mil.in repert.in verſ. poſſeſ-
ſio,Geminian.conſ.78.colum.2.Caſſador. deciſ.9.de
cauſ.poſſ.& propriet.& deciſ.24.num.11.ſuper regu.
Guid.Pap.conſ.134.Card.Pariſ.conſ.81.nu.6. vol.4.
Dec.conſ.302.in fin.Idem.Dec.in cap.2.n.2. de con
firm.vtil.vel inutil.commmunis*opinio, vt late reſo-
luit Sarn.de trienn.q.53.Rebuff.de pacif. poſſ.n. 166.
30 quod procedit etiam in lite ſuper†poſſeſſorio quæ eſt
ſufficiens ad interrumpendam pacificam poſſeſſionẽ
Caſſad.dict.deciſ.9.de cauſ.poſſ.& propriet & fuit *
tentum in Rot.die 17.Decembris.1519.in vna Gien
nen.Prioratus de Villa noua corã Moedan.teſte Sar.
in hac regul.de annal.q.43.ſed poſſeſſori præſupponi
mus fuiſſe motam litem, ergo, &c.

Ita etiam pari ratione ſi impetrans tale beneficium
31 moriatur †poſtquam fecit vocare in iudicio poſſeſſo-
rem pacificum,non habet locum regula,vt fuit deciſ.
* teſte*Caſſador.deciſ.27.ſuper regul.ergo idem in re-
nunciatione ex quo ciuiliter moritur,cum diſpoſitũ
32 in morte †naturali ex identitate rationis locum ha-
beat in morte ciuili,clemen.prima iuncta gloſ.in ver.
* mori vt lit.penden.clemen.vlt.de procur.vt*cõmuni-
ter doctores,Rot.deciſ.28.de procur.in nou.

33 Tertio quæritur,an regula hæc de annali† proce-
dat in eo qui reſignauit & reſeruauit ſibi omnes fru-
ctus,in quorum percipiendi poſſeſſione exiſtit,ac re
ſeruauit ſibi ſtallum in choro & vocem in capitulo.
Reſponde hunc iuuari hac regula,vt fuit reſolutum
in Rota*de menſe Martij.1534.in vna Placenti. De
canatus coram Creſcentio,quam deciſionem refert,
& ſequitur Sarn.in hac regul.de annal.q.60.Ratio qa
34 talis† æquiparatur titulari vt eſt*communis,prout re
ſoluit late Sarn.de publicand.q.2. per totã.Hinc hoc
35 caſu non habere locum dictam regulam †de publican.
* pluries fuit*tentum in.Rot.ſ.in vna Placentin.in vna.
Toletan.& in altera Spoletan.vt per Sarn.dict.q.2.de
publican.& in facti contingentia interrogatus reſpõ
dit Cardin.Pariſ.conſ.39.vol.4.vbi habes auctorita-
tes,ac rationes,quem videre poteris, & licet hæc ſit
communis opinio,tamen contrarium diſponitur per
Gregor.XIII.in conſtitutione.87.de publican.vt in-
fra dicã ſuo loco. Si vero reſeruauit ſibi fructus loco
penſionis,ſecus,vt tradit Sarn.dicta regul.de annal.q.
60.in fin.Mandoſ.quæſtio.30.ex ratione per ipſum
adducta.

36 Quarto quæritur,an exceptio†iſtius regul.de an-
nal.competens reſignanti beneficium competat etiã
reſignatario? Vt melius hæc quæſtio intelligatur, in
duo capita eſt diuidenda,quorum primum eſt quan-
do præſupponimus annum non fuiſſe completum tẽ
pore reſignantis,ſed poſtea tempore reſignatarij. Se-
cundum quando tempus lapſum eſt ante reſignatio-
nem.

Circa primum caput quando annus non eſt cõple-
tus tempore reſignantis,vt quia quis poſſedit per ſex
menſes beneficium,poſtea illud reſignauit & reſigna
tarius poſſedit per alios ſex mẽſes an iſte ſit tutus hac
37 regula de annali? Pro affirmatiua facit quia tempora†
prædeceſſoris & ſucceſſoris coniunguntur etiam in
materia beneficiali,ut in quaſi poſſeſſione intereſſen-
di electionibus Epiſcoporum & ſimilibus,ca. placuit
16.q.3.c.cı eccleſia Sutrina de cauſ.poſſ. & propriet.
c.cum de beneficio de præben.libr.6.vbi Gem. in 2.
not.ſicut in alijs materijs, nam tempora vſucapionis
38 ex perſona†defuncti & hæredis coniunguntur l. qui
cum pro hærede ff.pro emp.l.id tẽpus § vult.ff. de vſu
cap.l.Pomponius §.quæſitum ff.de acquirẽ. poſſeſſ.&
39 tamen beneficialia†vltimis voluntatibus comparãtur,
cap.auctoritate Martini de pręben.in 7.glo.in c. 1.eo
dem tit.& lib.Bal.in c.inter cæteras col.2.de reſcript.
Dec.conſ.306.nu.2.Card.Pariſ.conſ.119.num.11.vo-
40 lum.4.Sarn.de iur.quæſit.non toll.q.4.ita†etiam tem-
pora poſſeſſoris & ſucceſſoris coniunguntur ad com
plendam præſcriptionem Bald.conſ.159.col.penu.li.
3.Card.Pariſ.conſ.1.num.117.vol.1.
41 Hinc emptor†vtitur acceſſione venditoris l. in vſu
capione §.acceſſio ff.de diuer.& temp.præſcr.& mari
tus utitur acceſſione vxoris in dote & econtra l.Pom
ponius §.in dotem ff.de iur.dot.

His tamen non obſtantibus contraria opinio nega
42 tiua eſt verior†quam tenuit Caſſador.deciſ. 16. nu.8.
ſuper reg.Cancell.Sarn.d.reg.de annal.q.62.col.penu.
verſ.& ita omnia procedunt.ac col. ult. ubi atteſtatur,
* ita fuiſſe*tentum in Rot.Mandoſ.in eadem regu.qu.
* 23.nu.6.& hęc eſt*communis opinio: pro qua facit
quia regula loquitur ſemper de vno poſſeſſore anna-
43 li,vt patet in duobus aut tribus locis:ergo verba†non
conueniũt duobus poſſeſſoribus l.4.§.totius,vbi Bar.
ff.de damn.infect.l.ita autem in princ. vbi etiam Bart.
ff.de adminiſtr.tutor.ad quod faciunt not.per docto
* res communiter in l.hoc ſermone §.boues ff.de ver-
bor.ſignifi.

Accedit qa trieniũ ad ꝙ reducta eſt allegatio Lap.
44 89.nõ†ſufficit ꝙ ſit cõtinuatũ ꝓ parte tp̃e primi, &
pro parte tempore ſecundi reſignatarij,vt fuit con-
* cluſum in Rot.*in vna canonicatus.23. Nouembris.
1534.coram Creſcentio teſte Sarn.de triennal.q. 16.
vbi pro hac opinione plura adducit prout etiam facit
Rebuff.de pacif.poſſeſſ.num.267.cum ſequent.

Non obſtant contraria,quia ad illa poteſt reſponde
ri ex his quæ ſcribit gloſſ. pragmat. ſub tit.de pacif.
poſſeſſ.ſub verbo poſſedit,nam ſpeciale eſt vt coniun
gantur tempora in materia intereſſendi electionibus
45 †fauore eccleſiæ†vt ibi adnotatur, & vide reſponſio-
nem per Rebuff.d.tract.n.268.Alia vero exempla cõ
iungendi tempora procedunt in materia profana, a
46 qua non eſt licitum†arguere ad beneficiariam, vt la-
te reſpondit Rebuff.dict.tract.de pacif. poſſ.nu.267.
cum ſequent.

Accedit quia extrema non coniunguntur quando
47 media non†ſunt habilia l.duos in fine ff.de duobus
reis,l.cum antiquitas C.de teſtam.Cagnol.in rubr .ff.
de regul.iur.nu.6.late Balb.in tract.præſcrip.fol.mihi
23.col.2.& eſt communis*opinio.

Circa ſecundum caput quando tempus eſt elapſũ
ante reſignationem,Pro negatiua primo adducitur,
quia ſicuti contra mortuum poſſeſſorem non tenere
tur impetrans cauſam infra annum terminare,etiam
ſi alius

ſi alius in locum defuncti ſubrogaretur.ita etiam, &
48 quando poſſeſſor annalis reſignat†nam reſignatio eſt
mors ciuilis,c.ſuſceptum de reſcrip.li.6.Roman. cõſ
384.hinc clemen.vlt.de procur.habet locum in renũ
ciatione tamquam in morte ciuili,vt fuit tentum in
* vna*Oxomen.Archidiaconatus coram.Sarn.13. De-
cemb.1538.

Pro affirmatiua vero allegatur regulam eſſe realẽ
quia verba ſunt in rem prolata,& per conſequens be
neficium potius quam perſonam concernunt,ex quo
49 ſequitur quod quilibet†poſſidens beneficium poteſt
de ea dare,arg.l.aut qui aliter ff.quod vi aut clam.l.1.§.
permittitur ff.de aqua quotid.& æſtiu.Bart.in l.3.§.a
procurator ff.quod quiſque iur.

50 Secundo hæc†regula reſpicit odium impetrantis,
ergo hoc tantum debet attendi,non autem an poſſeſ
ſor viuat vel ſit mortuus,arg.l.qui exceptionem cum
gloſſ.in princ.ff.de condic.indeb.

Tertio ex ratione procemiali fundata in improbi
tate exquirentium lites, quæ videtur militare ſiue
poſſeſſor renunciet ſiue non, ergo & diſpoſitio, l.a
Titio.ff. de vrb.oblig.Quid dicendum?

Breuiter exiſtimo veriorem eſſe priorem ſenten
51 tiam quam † tenuit * Rot.tempore Leonis X. in vna
* Iſclana coram D. Iacobo Simonetta teſte eod. Simo
netta deciſ.53.in manuſcrip. & Caſſador.deciſ.16.ſu
per regul. Cancell. vbi hanc opinionem tuetur ex
pluribus,ſequutus eſt Mandoſ. hac reg.q.24.& 66.
quicquid voluerit Sarn.q. 62.in fin.& hanc opinio-
* nem reperio tenuiſſe dominos de Rot.in vn * Ca-
nonicatus die 18.Martij 1565.prout atteſtatur qui-
dam excellentiſſ. aduocatus in addit. manuſcrip.
ad Caſſador. dict. decimo ſexto ſup. regul. Ad
52 quod primo facit quia regula † hæc perſonalis eſt
* ſecundum * ſtylum Cancellariæ, prout annotarunt
tres excellentes abbreuiatores quos refert Sarn.
dict.quæſt.62.col.3.verſ.poſtremo,& patet quia ſem
per reſpicit ipſum impetrantem & poſſeſſorem, arg.
l.2.§.ſi procurator vbi Bart.ff.quod quiſque iur. ergo
extinguitur cum perſona.

Accedit quia cum regula loquatur de poſſeſſore
53 geminatis vebis, quæ † repetitio arguit men
tem,l.baliſta ff.ad trebell.ergo reſtringenda eſt ad ip
ſum poſſeſſorẽ & intelligenda eo durante,ſicuti dici
mus de qualitate verbi requiſita tempore verbi l. in
delictis §.ſi extraneus ff.de noxal.l.Titius ff.de milit.
54 teſtam.& ſicuti poſſeſſio non tranſit regulariter in
quempiam ipſo iure,l. Pomponi. §.quæſitum,& l.cũ
heredes in prin.ff.de acquir.poſſeſſ.Mates not.43. ita
nec exceptio quæſita vigore poſſeſſionis. Poſtremo
qualitas annalitatis deficit per mortem, cum mors
omnia ſoluat,ita per ceſſionem quæ eſt mors,vt ſæ
pe ſcripſi.

Non obſtant adducta pro poſteriori ſententia, nã
ad primum reſpondetur negando regulam eſſe realẽ
quia quamuis aliquæ cõiecturæ adſint ad hoc, nihil
ominus attendendus eſt ſtylus ſecundum quẽ vt dixi
55 eſt perſonalis,† Card.Pariſ.conſ.44.nu.17.& ſequen.
volum.primo,& conſ.14.num.8.& 9 & conſ.128.nu.
4.volum.4.Curt.iun.conſ.95.Calder.conſ.8. num.4.
de reſcrip. Dec.conſil.699.num.4. Rot.deciſ.2. de
* appell.in nou.*communis omnium doctorum ſenten
tia,vt per Burſat.conſil.363.num.15.volum.4.

Ad ſecundum reſpondetur quod licet regula ema
nauerit in odium exquirentiũ lites,tamen emanauit
etiem in fauorem poſſeſſorum,vt illos tueatur reſpe-
ctu poſſeſſionis annalis niſi impetrans ſeruauerit cõ
tenta in regula.Mandoſ.hac regul.q.3.num. 3. Vnde
cum verba dirigantur ad poſſeſſorẽ,non poterunt ve
rificari in alio,Paul.de Caſtr.conſ.224.colum.2.lib.2.
Alex.in l.quod Iulianũ §.conſtat in 4.nota.ff.de leg.
primo optime Crauett.conſ.312.ſub num.3.

Ad ſecũdum reſpondetur quod ratio reſtringitur
56 viuente poſſeſſore,quod † non eſt nouum iuxt. not.
per Bart.& alios in l.cũ pater §. dulciſſimis ff.de leg.
2.Vnde infertur impetrantem beneficium.quod det
inetur a tertio,qui infra ſex menſes,vel infra annum
* illud reſignauit,non teneri hac regula.vt fuit* tentum
teſte Simonett.deciſ.63.ita concludit Mandoſ.quæſt.
84.& ex rationibus,vt ibi.

Et hanc concluſionem intelligo, ſi tempus erat
elapſum & de regula non erat datum,nam tunc bene
procedit id quod ſupra ſcripſi,ſecus vero erit quan-
do erat datum de regula,vt in terminis ſcribit Man-
doſ. hoc volens in dict.quæſt.24. numero ſeptimo
verſiculo quo ad tertium, & ita intelligo Sarn.
dict.quæſt.62.colu.vlt.prope fin.nam cum ille cui ex
ceptio competebat,iam declarauiſſet exceptione vti
velle iam incipiebat poſſe detegi malitiam & impro-
bitatem impetrantis ad quam reprimendam & refre-
57 nandam extendenda eſt regula † cum ſit fauorabilis
Sarn.quæſt.4.num.4.& q.19.num.2.communis vt re
* ſoluit.Mãdoſ.q.3.col.penult.& vlt. Accedit quia cum
inciderit in regulam impetrans & fuerit de ea datum
ne ex ſua malitia reportet cõmodum,& via fraudibus
præcludatur,erit concludendum exceptionem regu-
læ ceſſionario poſſeſſoris cõpetere conta impetrãtẽ.

58 Quinto quæro an ſi reſignans†poſt reſignationem
remanſerit in pacifica poſſeſſione, hac regula tutus
ſit,& poſſit excipere contra impetrantem dictum be
neficium per obitum reſignatarij?Plura poſſent ad-
duci ꝓ vtraque opinione vt patet ex relatis per Sarn.
q.57.d.reg.concluſiue tamen procedendo reſponde-
tur poſſe excipere vt fuit tentum * in Rot.20. Maij
1538.coram *Io Paulo Ptolom.in vna Hiſpalen.Ca
pellaniæ ſanctę Catharinæ,& in alia Burgen.Canoni
catus coram D.Silueſtro Dacio 18.Decembris 1536.
vt atteſtatur Sarn.dict.q.57.in principio, qui in fine
hanc opinionem tenet:ſequitur Mandoſ.q. 29. nam-
que licet per renunciationem amittatur poſſeſſio
ciuilis & naturalis Io.Andr.Abb.& Imol.in cap. ſoli-
cite de reſtitut.ſpoliat.Caſſad deciſ.4.nu.3:eode. tit.
* Card.Pariſ.conſ.39 nu.3.vol.4.& * cõmuniter DD.
59 vt dixi ſupra,tamen ſi reſignas † maneat in detentio-
ne videtur retinere naturalem poſſeſſionẽ Cald.conſ.
4.de renunc.Rot.deciſ.prima de renunc.in nou.cum
qui detinet, poſſidere videatur largo modo, Alex. in
l.prima in principio nu.8.& in §.adipiſcimur num. 9.
ff.de acquir.poſſ.quę eſt adeo conſiderabilis,vt deten
60 tori competat†reſtitutio,vt tenuit Rota *coram Sta
fil.temp.Leon.X.de anno 1516.in vna Segobien.Ar-
* chidiaconatus & tempore Clemen.VII.in vna Cala
guritan.* Abbatiæ 3.Nouembris 1531.coram D. Pe
tro Tertio aduerſus tertiũ qui eum ſpoliauit, vt fuit
* tentũ in vna Teatin.*Abbatiæ coram Creſcentio, &
in alia Maceraten.coram Aquen, & in alia Burgen.
coram Accorambono,vt dicetur infra ſuo loco.

91 Accedat quia†impetrantes certe modo beneficia
multum abhorrentur cap.2.de cõceſſ.præbend.ideo,
&c.Quæ concluſio an hodie procedat ſtante conſti
tutione Greg.XIII.de publican.vbi annullat ius ob
non publicationem,dicemus ſuo lib.

Sexto quæro an reſignans qui poſt reſignationem
62 remanſit in poſſeſſione†pacifica per annum tutus ſit
hac



* hac regula contra reſignatarium? Ex mente Rot.* vi
detur dicendum affirmatiue,vt ſcribit Sarn.q.34.licet
contrarium pluribus fundamentis teneat Mandoſ.
q.18.quem vide,ego de hoc ſcribã plura,cum hodie
non procedat ſtante conſtitutione prædicta de pu-
blicandis,vt ſuo loco dicetur.

Septimo quæro an primus reſignãs manens in poſ
63 ſeſſione per annum poſſit defendi†hac regula contra
tertium reſignatarium habentem cauſam a ſecundo
reſignante?Pro affirmatiua concludit Sarn.d. regula
* q.56.quicquid obiter fuit dictum*in vna Hiſpalen.be
neficiorum,menſe Iunij de anno 1531. coram Iac.
Simonetta,& rationibus et per ipſum Sarn.

Octauo quæro ſi aliquis poſſedit beneficium per
11.menſes,& tunc illud reſignat, & antequam reſi-
gnatarius cõſequatur poſſeſſionem labatur menſis,
& ſic completantur annus coniungendo illos 11.men
64 ſes cum illo vno † menſe, an hæc regula de anno.
obſtet impetranti?Pro negatiua concludit Mandoſ.
dict.regul.q.22.ex his quę diximus ſupra in primo ca
pite quartæ quæſtionis,nam illud quod dicitur in l.
cæptam ff.de vſucap. eſt ſpeciale in hærede qui ex fi
65 ctione legis repræſentat †perſonam defuncti Auth.
de iureiuran.in princi.Specul. in tit.de feud.§.2. verſ.
27.Idem in tit.loc.§.2.verſ.18.& in tit.de iuram. ca-
lumn.§.2.verſ.ſed nũquid,gloſſ.& Bald.in l. ſi ſeruus
fugitiu.ff.de condit.furt.Alex.in l.in executione §.ex
parte ff.de verb. oblig.cum alijs adductis per Sarn.in
§.actiones col.1.& 2.inſt.de action.Modean. Peru-
ſin.in §.ſed,el ſecundo,inſtit.de vſucap.& tamen ſta
66 tutum pœnale†loquens de perſona ad præſentatam
non trahitur Ant.de Butr.in c.graue in 3.not.de præ
ben.Dec.conſ.486.num.5.& ſeq.ac paſſim doctores
communiter late Aim.Crauett. de antiquit. tempor.
* p.4.nu.87.

Nono quæro,an hæc regula defendat priuatos ip
ſo iure & quemcumque alium inhabilem?Reſponde-
67 * tur quod†ſic ſecundum interpretationem longæuam
Rot.vt atteſtatur Sarn.d.regul.quæſt.51.vbi adducit
rationes.

68 Primo limita†non procedere in hæretico, Car.Ale
xan.in cap.quo iure diſtinct.8.faciunt late tradita per
Caſſad.dec.14.ſuper regul.Cancell.fuit tẽtum in Rot.
* *in vna Illerden.præpoſituræ coram D.Paulo Capi-
zucco de anno 1519.& 1520.teſte Sarn.d.regul.q.52.
69 Secundo limita†non procedere in priuato beneficio
* ob non ſolutionem penſionis, vt fuit tẽtum*in Rot.
coram Stafil.de menſe Octobris 1529.teſte Sarn. q.
53 d.regul.
70 Lim.tertio in eo†de cuius non titulo notorie con
ſtat,late Sarn.d.q.51.col.vlt.exemplum habemus ho-
71 die in reſignatione non publicata,†vt dicitur in con-
ſtitutione Gregorij XIII.de publ.

Vltimo quæro pro cõplemento huius materiæ no
ſtræ quo ad regul.de annali quãdo incipiat hic annus
72 Reſpondeta die adeptæ poſſeſſionis ꝑ eum cuius be
neficium impetratur,Rebuff.quem refert,& ſequitur
73 Mandoſ.dict.reg.q.19.& annus†debet eſſe cõtinuus
74 Sarn.q.77.Mandoſ.q.21.ex quo infertur non †ſubdu
* ci ab hoc anno dies feriatos,vt tenuit Rota* in cauſa
Iſpalen.ſcolaſtriæ coram Aragonia de menſe Octo-
bris.1533.teſte Sarn. quæſ.72.dict.regul.& late q.73.
75 niſi†illo tempore fuerit impeditus,vt late Sarn. qu.71.

## SEXTAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.

1 *Promoti non poſſunt renunciare.*
2 *Promouendi non poßunt reſignare.*
3 *Regula Cancellariæ 21.de vacatur is per promotionẽ habet duas partes,& quid diſponat.*
4 *Principes ſolent importunitatem repellere.*
5 *Ratio dictæ regulæ de vacaturis.*
6 *Beneficia vacantia per promotionem ſunt reſeruata.*
7 *Regula de vacaturis eſt fauorabilis.*
8 *Dicta regula manauit ad obuiandam fraudibus.*
9 *Diſpoſitio ad tollendas fraudes fauorabilis.*
10 *Leges abhorrent fraudes.*
11 *Quæ differentia ſit inter primam partem dictæ regulę & ſecundam.*
12 *Præpoſiti,& decani veniunt appellatione prælatorum.*
13 *Prima pars dictæ regulę hodie eſt ſuperflua.*
14 *Expectatiuæ ſunt prohibitæ.*
15 *In generali ſermone numquam venit perſona loquẽtis*
16 *Verba generalia dicuntur dubia.*
17 *Ordinarij non poßunt recipere reſignationes conditionales.*
18 *Ex reſignatione vacat beneficium.*
19 *Regula de vacaturis per promotionem habet locum etiam in beneficijs reſignatis in manibus Papæ.*
20 *Vbi lex non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus.*
21 *Sine vtile fraus non ſolet committi.*
22 *Dictio Nec non reſoluitur in Et.*
23 *Verbum vbicumque eſt valde generale.*
24 *In manibus Papæ de raro fit reſignatio ſimpliciter.*
25 *Regula publicata præſumitur vſu recepta.*
26 *Lex pręſumitur vſu recepta donec contrariũ probetur*
27 *Dicta regula de vacaturis ante Gregorium XIII.non practicabatur.*
28 *Stylus non requiritur,vt introducatur in contradictorio.*
29 *Ad introducendum ſtylum ſufficit ita obſeruatum fuiſſe.*
30 *Creditur peritis atteſtantibus de ſtylo.*
31 *Extraiudiciales probant ſtylum.*
32 *Tempore Gregorij Decimitertij,& nunc dicta Regula de vacaturis practicatur.*
33 *Cancellaria eſt organum Papæ.*
34 *Stylus Curiæ modo albus modo niger.*
35 *Dicta regula de vacaturis habet locum in reſignationibus in fauorem.*
36 *Reſignationes in fauorem dicuntur etiam ſimplices.*
37 *Reſignatio in fauorem ſapit permutationem.*
38 *Dictio,& alias,auget.*
39 *Commenda eget particulari mentione.*
40 *Dicta Regula de vacaturis comprehendit cõmendas.*
41 *Verbum prouiſitionis latiſſimum.*
42 *Sub uerbo diſpoſitiones comprehenditur commenda.*
43 *Dictio quæcumque eſt vniuerſalis.*
44 *Dictio quæcumque tollit interpretationem reſtrictiuam.*
45 *Regula de veriſimili notitia habet locum in cõmẽda.*
46 *Commendæ noſtri temporis ſunt irreuocabiles.*
47 *Commenda nihil diſtat a beneficio.*
48 *Regula de vacaturis comprehendit beneficia iuris patronatus.*
49 *Dicta regula non comprehendit promouendum ad epiſcopatum in partibus infidelium.*
50 *Nulla tenentes Epiſcopi differunt ab alijs.*

51 *Derogatio*

51 *Derogatio dictæ regulæ de vacaturis quomodo fiet.*
52 *Dicta Regula de vacaturis comprehendit beneficia familiarium Cardinalium.*
53 *Verba generaliter ſunt intelligenda.*
54 *Dicta regula de vacaturis non comprehendit ignorãtes promouendos.*
55 *Ignorans dicitur eſſe in bona fide.*
56 *Ceſſante cauſa ceſſat diſpoſitio.*
57 *Fraudis præſumptio de qua in dicta regula non ceßat ex eo quod Papa ſignauit ſupplicationem.*
58 *In Papa præſumitur obliuio ob multitudinem negotiorum.*
59 *Expoſſeſſione pacifica decennali inſurgit præſumptio de rogationis.*
60 *Tempus litis non compulatur in decennio, vt requiritur.*
61 *Beneficium competens mihi ex facto alterius poſſum illo vti, eo inuito.*
62 *Diſpenſatio quo ad vnum annexum extenditur quoad alios.*
63 *Præſcriptio vnius extenditur ad annexa.*
64 *Exceptio præſcriptionis competens debitori cõpetit fideiuſſori.*
65 *Poſſidens præſumitur poſſidere.*
66 *Continuatio poſſeſſionis præ ſumitur.*
67 *Penſio pendet a beneficio.*
68 *Penſio pars beneficii reputatur.*
69 *Præſumptio diſpenſationis ex lapſo decẽnii habet locum etiam in profanis.*
70 *In penſione præſumitur diſpenſatio ex lapſo decennii.*
71 *Decennium operatur diſpenſationem in omni materia*
72 *Hæres poteſt allegare præſumptionem continuatæ, poſſeſſionis auctoris ſui.*
73 *Fideiuſſor poteſt opponere exceptiones competentes principali etiam eo inuito.*
74 *Penſionarius non poteſt allegare præſumptionem diſpenſationis reſultantem ex poßeſſione decẽnali reſignatarij eo negante.*
75 *Diſpenſatio præſumitur ſi allegetur ab eo pro quo præſumitur.*
76 *Continuatio poßeſſionis præſumitur ſi allegetur ab eo qui poßedit.*
77 *Solennitas extrinſeca præſumitur ſi allegetur ab eo ad cuius fauorem præſumptio oritur.*
78 *Iuſſus patris præſumitur ſi ipſe hoc allegat.*
79 *Priuilegium præſumitur ſi allegetur a priuilegiato.*
80 *Parua data, & paruus conſenſus non perficiunt reſignationem.*
81 *Supplicatio dicitur probatio perfecta.*
82 *Regula de vacaturis habet locum quando reſignatio eſt perfecta intra tempora promotionis, & vacationis.*
83 *Ante conſenſum gratia non dicitur perfecta.*
84 *Supplicatio antequam ſit regiſtrata poteſt lacerari.*
85 *Diſpoſitio correctoria loquens de actu vero non comprehendit fictum,*
86 *verba generalia non capiunt beneficia electiua.*
87 *Regula de vacaturis venit ad declarationem extrauagantis ad regimen.*
88 *In fauorabilibus ſub verbo prouiſionis veniunt electiua.*
89 *Regula de vacaturis comprehendit beneficia electiua.*
91 *Epiſcopus electus non poteſt reſignare.*
92 *Regula de vacaturis derogat concordatis.*

1 ET quia dictum eſt ſupra† qu.1.
nu.75.promotos ad eccleſias
cathedrales non poſſe renunciare, cum ſint priuati ipſo iure, non ab renuncerit Sexto loco quærendum,
num promouendi ad prædictas eccleſias poſſint reſignare eorum beneficia quæ obti-
2 nent. Reſpond.†ad hoc eſſe regulam Cancellariç in ordine.21.inter regulas Sanctiſſ. D.N. Sixti V. his verbis *Item prædictus D.N. Papa voluit decreuit & ordinauit quod quæcumque conceſſiones gratiæ & mandata, etiam motu proprio & cum derogatione huius conſtitutionis quæ ab eo pro quibuſuis beneficiis vacaturis promotionem quorumcumque ad eccleſiarum, & monaſteriorum regimina, ſi huiuſmodi conceſſiones, & mãdata diẽ promotionis ipſorum promouendorũ p̃ceſſerint. Nec non quæcumque collationes prouiſiones & diſpoſitiones pro tempore faciendæ de præmiſſis & quibuſuis alijs eccleſiaſticis ſecularibus & regularibus quæ per promouendos vel aſſumendos ad quaſcũque prælaturas inter illarum vacationis & huiuſmodi promotionis vel aßumptionis tempora ſimpliciter vel ex cã permutationis vbicũque reſignari, vel alias dimitti contigerit, cum inde ſequutis pro tempore ſint caßæ & irritæ, nulliuſque roboris, vel momenti.*
3 Quæ regula†vt in eius interpretatione animaduertit Mandoſ. duas habet partes, quarum prima reſpicit prouiſiones ab ipſo Papa emanandas, ſecunda concernit quemcumque modum diſpoſitionis ſeu dimiſſionis beneficiorum vbicumque, ſecunda incipit Nec non. in prima parte vult vt non valeant quæcumque gratię etiam cum derogatione huius conſtitutionis emanandæ de beneficij vacaturis per promotiones, ad eccleſias, & monaſtria, ſi diem promotionis præceſſerint. In ſecunda diſponit vt quæcumque diſpoſitiones faciendæ de his beneficijs quæ promouendi ſeu præficiendi prælaturis intra tempora vacationis illarum & promotionis reſignauerint ſint etiam nullæ.
Et quo ad primam partem intentio Papæ eſt tollere omnem modum conceſſionis gratiarum ſuper beneficijs per huiuſmodi promotionem vacaturis, quia vt tradit Gloſſator ibi poſt principium, quando aliqs ad eccleſiam vel Monaſterium promoueri debebat, Papa importune vexabatur ſuper beneficijs illius vacaturis, adeo quod Papa illa etiam indignis concedebat, quare ad iſtud inconueniens euitandum emanauit hæc regula in prima parte vt tradit Mandoſ. ibidẽ
4 q.1.nu.1. Principes†enim ſolent importunitatem repellere, l.omnes fundi & l.penult. C.de fund.patrim.li.11. Fulgoſ.conſ.20.col.3.ante num.5. Quo vero ad ſecundam partem intentio Papæ videtur fuiſſe, vt ſibi p̃
5 ſeruetur†collatio libera beneficiorum quæ per promotionem ſunt omnino vacatura, namque eueniebat quod promouedi reſignabant, & nihil per eorum promotionem vacabat, hanc rationẽ deducit Rebuff. in dict.regula. & Mandoſ. ibidem dict.quæſtio.1.ſub
6 n.4.& ſic deludebat reſeruatio Papæ de beneficio †vacante per promotionem, de qua in cap.cum in cunctis§.cum vero de elect.& extrauag.ad regimen.
Et quia huiuſmodi materia videtur vtilis & parum tractata a Doctoribus, ideo aliquas q. ſubijciam pro elucidatione totius materiæ.
Primo igitur quæro, an huiuſmodi regula ſit dioſa vel fauorabilis. Omiſſa diſputatione concludendum eſt eſſe fauorabilem, †vt tenent Felin. in cap.de quarta.col.



ta col.5.ante num.16.de præſcript. Rebuff. ſuper concordan.rubr.de mandat. Apoſt.§.ſtatuimus ante fin.
* Mandoſ.dict.regul.q.1.num.5.& * communiter alij
8 & ratio eſt quia huiuſmodi † regula emanauit ad obuiandum fraudibus, namque ſcientes ſe ad eccleſias promouendos eſſe faciebant ſecretas renunciationes aut permutationes, & ſic fraus fiebat, vt Rebuff. locis
9 citat.probat. & tamen diſpoſitio†quæ emanauit ad obuiandum fraudibus dicitur fauorabilis & amplianda,
* late Caputaq.deciſ.215.p.3.pluries deciſum in Rot.
10 nam iura abhorrent † fraudes & illis reſiſtunt, Card. in clement.1.in 2.not.de rer.permut.
11 Secundo quæro † quæ differentia ſit inter primã partem regulæ & ſecundam? Reſponde magnam, quia in prima vt dictum eſt loquitur Papa de gratijs & mãdatis de prouidendo ad beneficia vacatura per promotionem ad eccleſias & monaſteria, in ſecunda de collationibus & prouiſionibus faciendis de beneficiis ſecularibus, & quæ per promouendos & aſſumendos ad quaſcumque prælaturas inter illarũ vacation. & promotion.vel aſſumption.tempora fuerint reſignata, vel permutata, vt ſint nulla. Iſta enim pars ſecũda eſt magis generalis quam prima, quia in prima loquitur de beneficijs vacaturis per p̃motionem ad eccleſias vel monaſteria, in ſecunda de beneficijs reſignandis per promouendos, vel aſſumendos ad qualcumque prælaturas, & ſic ne dum comprehendit beneficia quæ vacãt per promotionem ad eccleſias vel monaſteria, ſed etiam per, aſſumptiones ad quaſcumque dignitates, puta præpoſituras, decanatus & alias
12 habentes iuriſdictionem † , quæ veniunt appellatione prælaturæ, c.decernimus, & ibi Abb. Felin. Dec. ſuper gloſſ.vlt.de Iudic. & late hoc explicat Mandoſ. dict.regul.q,3.& q.6.per totam. Et vult vt non valeãt prouiſiones de dictis beneficijs vacaturis ex cauſa reſignationis, vel permutationis inter illarum eccleſiarum vacationis & promotionis vel aſſumptionis tem
13 pora. Aduertendum quia prima pars † regulæ hodie eſt ſuperflua ex cap.19. Conc. Trident. de reform.ſeſſ.
14 24.quo prohibentur † expectatiuæ & quęcũque gratiæ ad vacatura. ponitur tamen in regulis editis poſt dict. Concilium, cum dicatur, vt non valeat etiam ſi ſint conceſſæ motu proprio, & cum derogatione regulę, ideo ſequentes quæſtiones erunt de ſecunda p.
Tertio quæro, an huiuſmodi ſecunda pars regulæ habeat locum duntaxat in reſignationibus factis in manibus ordinariorum, an vero etiam in illis quæ fiunt in manibus Papæ? Quod non habet locum in reſignationibus factis in manibus Papæ probatur pri
15 mo, quia ſub generali ſermone†numquam venit perſona loquentis, niſi id fuerit expreſſe dictum, l.Paulus §.vlt.vbi gloſſ.& Bart.de pignor.l.inquiſitio, vbi Bal. & Salic.C.de.ſolut. Gabriell.de verb.ſignific.conc.9.
* in fin.& eſt communis*opinio, namque regula non dicit reſignationes in manibus noſtris factæ, ſed ge-
16 neraliter dicit vbicumque†quæ verba generalia dicuntur dubia, vt aliunde interpretationem recipere poſſint, Aretin.conſ.84.num.5.Corn.conſ.30.nu.7.lib. 3.& verbum vbicumque potius ſe refert ad loca vbi ſunt factæ quam ad perſonas in cuius manibus ſunt factę, l.prima vbi gl.in verb.reliqua ff.ſolut.matr. Car. Pariſ.conſ.7.num.12.volum.primo: ſecundo quia regula dicit, ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis, quæ verba proprie comprehendunt reſignationes in
17 manibus ordinariorum, cum † ipſi non poſſint recipere reſignationes conditionales, vel ad fauorem alicuius factas ſed ſolum ſimplices, & ex cauſa permutationis, gloſ.& Doctores inc.ex parte, el primo, de off. deleg. Caſſedor.deciſ.2.de ſimon. Gig.de penſ.quęſt. 4.ſub num.3. Mil.in verb. ſimoniael ſecundo, & eſt
* communis * opinio.
Tertio, vt dictum eſt ſupra, mens Papæ fuit obuiare fraudibus, quæ fiunt per promouendos, quę ratio
18 ceſſat quando reſignatur ſimpliciter in manibus †Papæ, quia tunc vacat beneficium ex ipſa reſignatione, & ſic Papa habet intentum ſuum quod beneficium vel vno vel altero modo vacet, & de illo poteſt ad libitum diſponere. Accedit quia in manibus ſuis nõ fiũt reſignationes ſecretę.
His tamen non obſtantibus contrariam opinionẽ
* tenuit Rot.in vna*Cremonen. penſionis 18. Maij 1584.coram R.P.D. Cantuccio, †vt huiuſmodi re-
19 gula habeat locum in reſignationibus factis extra curiam in manibus ordinariorum, & in curia in manibus Papæ, quod etiam videntur firmare Gloſſator, & Rebuff.in dict.regul. nam etiam in reſignationibus factis in manibus Papæ, tam verba quam ratio regulę viget. verba, qa iſtæ ſunt reſignationes ſicut aliæ, regu
20 la nõ diſtinguit, †ergo neq; nos diſtingere debemus. l.de pretio de pub.rõ.qa ẽt in iſtis põt cadere fraus, immo magis q̃ in reſignationibus factis in manib. ordinariorũ inferiorũ collatorũ qa reſignationes in manib. ĩferiorũ fiũt ſimpliciter abſq; nulla reſeruatione in manib.vero Papæ fiunt in fauorẽ, & cũ multis reſeruationibus, & cõſequẽter minus timendũ eſt ne fraudulẽter quis ſimpliciter reſignet q̃ ſi reſignet cũ vtili-
21 tate, & tamen † ſine vtilitate fraus nonſolet committit, Crauett. conſil.319. numero 13. & ſic nemo præſumitur committere fraudem ſine commodo, Corn.conſ.117.col.fin.lib.4. Crauett.conſ. 75.n. 17. Tertio ponderando quod tota hæc regula regitur ab vno verbo voluit decreuit & ordinauit, ergo quẽadmodum in prima parte loquitur de Papa vt expreſſe dicitur, ita & in ſecunda præſertim ob dictionem
22 illam, nec non, †quę reſoluitur in Et, gloſſ.in clem.prima in verb.nec non, de off.deleg. Neuizan. conſ.72.
23 num.14. Quarto quia dicit † vbicumque, Archid. in cap. vlt.de priuileg. Grat.conſ.130.num.18. lib.2. Quinto quia in regula de infirm. antiquo tempore fiebat mentio tantum de reſignatione ſimplici, & tamen habebat locum in reſignationibus factis in curia, Caſſador.deciſ.31.ſuper regul. Sarn.quæſt.26. de
* infirm.qui referunt, ita*fuiſſe deciſum. ex quo patet reſponſum ad primum argumentum, quia regula de infirmis comprehendebat Papam loquentem, & patet etiam reſponſio ad ſecundum argumentum.
24 Accedit quia de raro†fit reſignatio ſimpliciter in manibus Papæ, vnde &c.arg.l.nam ad ea ff.de legib.
Quarto dubitatur, an huiuſmodi regula fuerit tempore Pauli IIII. Pij IIII.& Pij V.ac Greg.XIII.vſu re
25 cepta? Pro affirmatiua facit quia regula*publicata habet ſuum effectum, & præſumitur vſu recepta, Gozzad.conſ.26..num.16.Dec.conſ.449.num.9.& conſ. 534.num.9. Roland.a. Vall.conſ.39.lib.2. Nat.conſ. 430.num.11.& conſ.575.num.33. Cutt. Iun. conſ.
26 129.num.12. donec fuerit probatum fuiſſe ſublatam per † implicitum contrarium vſum Gozzad. conſ. 23.num.9. Abb.conſ.53.num.1.lib.2. Nat. cõſ.574.
* num.14.& facit quod reſoluit Rot.in vna * Narnien. Legati 9. Octobris 1570.coram R.P.D. Seraphino decem annorum. Alex.conſ.6. num.2. & conſ.132. num.2.lib.2. Felin.in cap.primo num.13. de treug. & pac. Soccin. Iun.conſ.32. num.47.lib.2. Put. deciſ.1. lib.primo, Pelegrin.deciſ.29.lib.2. Card. Sanctæ Crucis

cis deciſ.176. in manuſc.& ob id quando ponitur de
rogatio in ſupplicatione in literis extēditur his verbis
ſi eum promoueri contigerit,&c.Pro negatiua autē
27 in dicta cauſa Cremonen.quę † in Rot. vertebat ſu
per prouiſione facta de anno 1573.fuerunt plures te
ſtes examinati, inter quos Ioan.Druet reuiſor ſuppli
cationum tempore Pauli IIII. Pij IIII.&, Pij V. ac
Gregorij XIII.qui depoſuit ſuo tempore non vidiſſe
dictam regulam vſu receptam,& conſequenter non
vidiſſe derogatum dictæ regulæ,& quod vidit expe
diri quaſdam reſignationes per 15.dies ante promo-
tionem abſque derogatione,& Eufroſinus Epipha-
nius idem depoſuit,& quod expediuit plures reſigna
tiones factas per promouēdos,& electos abſq; dero-
gatione.Deſiderius Colimus depoſuit idem de toto
tempore quo compoſuit ſupplicationes , & minutas
bullarum.Io.Angianus ſolicitator depoſuit expediuiſ
ſe literas 20. Epiſcopatuum Hiſpaniæ,& numquam
vidiſſe illam vſu receptam,& ſubdit , quod ſi aliqua
beneficia vacauiſſent propter nō derogationem præ-
dictam fuiſſent impetrata & multæ lites exortę, pro-
ut ortæ fuerunt ob non derogationem regulæ de vi-
ginti,regulæ de annali,& aliarum,& quod multæ alię
regulæ Cancellariæ non ſunt in vſu,prout illę quæ ꝑ
tinent ad facultatem Vicecancellarij,& illa de mone
ta,& quod Datario,qui eſt oraculum Papę , dicebat
quando volebat expedire reſignationes beneficiorū
promouendorum quod ille erat promouēdus, & hac
cauſa reſignabat,& hoc verbo tantum.Et quod huiuſ
modi regula non obſeruatur in curia,neque in iudi-
cando,neque in praxi, nec tollit ius , & quod ſeruit
tantum pro forma.

Et R.P.D.Alexander Glorierius Clericus Cameræ
nunc dig.Nuntius in Regno Neapolitano,fidem fe-
cit,quod tempore quo fuit Abbreuiator in toto pon
tificatu Pij V.nunquam vidit hanc regulam fuiſſe vſu
receptam in Cancellaria Apoſtolica,& quod non po
nebatur derogatio in ſupplicatione,& literis, Et ita a
28 lij.Nec eſt neceſſe,quod ſtylus huiuſmodi† fuerit in-
troductus in contradictorio iudicio.Put.dec. 1.in re
gul.de infir.Bart.in l.de quibus n.13.vbi Paul.de Caſt.
n.11.teſtatur de communi de legib.Craue.conſ.55.n.
29 6.Tiraq.de iur.1.gen.q.51.†Sed ſufficit ita obſeruatū
fuiſſe,Alex.conſ.8.nu.7.lib.6.Crauet.conſ.107.ſub.n.
4.Cardi.S.Cruc.deciſ.33.Dec.in l.ſemper in ſtipula-
30 tionibus ad fin.ff.de regul.iur.& creditur peritis,†ita
atteſtantibus cum quotidie habeant iſta præ manibus
Bar.in l.lege Iulia in fin.de teſtib. Dec.conſ. 447. nu.
31 10.in fin.& conſ.654.n.28.& extra iudiciales†infor-
mationes multū cōferunt ad probandum ſtylū,Alex.
in l.4.§.hoc autem iudicium nu.26.de dam.infec.Af-
flic.deciſ. 243.in fin. præſertim quando eſt habita a
peritis,Card.Pariſ.conſ.112.n.15.vol.4.Et hæc opi-
nio multum placet,quia ita audiui*practicari & ob-
ſeruari ab omnibus quo ad pontificatum Pauli. IIII.
Pij IIII.& Pij V.Tempore autem Pontificatus felic.
record.Grego.XIII.de ſtylo Cancellariæ erat neceſ-
32 ſaria derogatio huiuſmodi,namque†fuit propoſitum
hoc dubium in Cancellaria,& maior*pars Dñorum.
Abbreuiatorum die 17.Martij,& 26.eiuſdem menſis
fuit in voto de dicto tempore de ſtylo Cancellariæ eſ
ſe neceſſariam derogationem regulæ , quæ reſolutio
fuit ſubſcripta ꝑ tres Abbreuiatores his verbis,ita eſt
Io.Barengus Abbreuiator Decanus. C. Pamphilius
Abbreuiator.L.de Campo Abbreuiator: Cancellaria
33 .n.†eſt organū,Papæ Fel.i c.in nſa coll.28.de reſc.Caſ.
dec.3.nu.3.& deciſ.4.nu.5.de re ſeru.& deci.2.n.7. de
vnionib.& hmōi reſolutio fuit confirmata ꝑ Rot.in
* d.cā*Cremon.28.Maij 1484.& 5.Februarij eiuſdem
* anni,& ita nunc obſeruatur*tēpore S.D.N.Sixti V.&
vidi plures ſupplicationes promouendorum cum de-
rogatione huius regulæ,& Cardinalis.S.Stephani Pro
34 datarius volebat poni hmōi derogationē †ſtylus.n.in
curia mō eſt albus mō niger,& quotidie mutaṫ ſm o
pinionem Datarij,Auditorum Rot.& Abbreuiato-
rum Fel.in c.Rodulphus ſub.n.22.de reſcrip. Lap.al-
leg.51.in prin.Caſſad.de reſcript.Ideo neceſſe eſſet,
hodie in reſignatione promouendorum ponere de-
rogationem huius regulæ, quādo eſt certus reſignās
de promotione,vel habet ſpem,alias reſignatio factā
abſque dicta derogatione ex vſu eſſet valida.

Quinto dubitatur,an hæc regula habeat locum in
reſignationibus,quæ fiūt in fauorem & cum aliqua
reſeruatione.Pro negatiua ponderantur verba regu-
læ dum loquitur de reſignationibns factis ſimpliciter
vel ex cauſa ꝑmutationis,quæ verba reſignationi ſim
plici conueniunt,Rebuff.de reſign.expr.n.2. & 4.Se-
cundo,quia quando Papa vult exprimit.

*35 Contraria tamen opinio†eſt verior,quam tenuit*
Rot.in d.Cremon.28.Maij 1584.coram Cantuccio,
& fuit opinio gloſſatoris,& Rebuff.in hac regula.Nā
que mens regulæ eſt comprehendere omnem mo-
dum dimittendi beneficia,vt patet ibi,*vel alia dimit
ti*,quę non poſſunt aliter interpretari, Bar.in l.1. nu.
12.ff.de condi.& dem.Scd'o, qa ēt regula de infirmis
antiquo tꝑe loquebaṫ de reſignatione ſimplici,& tñ
cōphēdebat cōditionalem ex rōnib. poſitis a Sarn.&
alijs,vt ſupra dictū eſt. Tertio, qa ēt reſignationes in
36 fauorem†dicūtur ſimplices,vt patet ex deci.37.Ptolo
mæi in manuſcr.& decidetur infra lib.7.Quarto,quia
37 reſignatio in fauorem†ſapit permutationem . Idem.
Ptolom.deciſ.101.manuſcr.Ergo &c.ad primum, &
ſecundum reſpondetur in regula verba æquippollen
tia,ex quibus id colligitur:rurſus hæc ſententia con-
38 firmatur quia dicit regula,*velalias*,quæ dictio† alios
modos vltra ex preſſos auget,Achill.deciſ.1.de clauſ.
Caputaq. deciſ.273.lib.1.

Sexto dubitatur,an hæc regula comprehendat cō
mendas?per aliquos vidi conſultum negatiue , quia
39 commenda eget † particulari mentione,Gemin.in c.
nemo ſub num.2. Franc. ſub num.6.de elect.lib.6.
Caſſad.deciſ.5.ſub num.11.de priuileg.Crauett.conſ.
285.ſub num.2.Pauin.de poteſt.cap.ſed.vacan. parte
2.quæſt.2.Sarn.de triennal.quæſt.5.num.3.& de pu-
40 bl.q.4.numer.2. In contrarium tamen eſt † commu-
* nis vt hæc regula comprehendat commendas,& hāc
* ſnīam firmauit Rot.in d.*Cremonen. penſionis 18.
Maij 1584.coram Cantuccio,namque regula proce
dit vlterius annullando ne dum collationes, ſed etiā
51 prouiſiones † quæ dictio eſt latiſſima,comprehēdiq;
omnem modum prouidendi,glo.in clem.vlt.in verb.
prouiſioni.de elec.Gemin.& Franc.in c.1.de elec. in
5.& ſignanterquod comprehendat commendam tra
dit Gemin.in c.nemo num.8.& ibi Franc.num.5.pro
42 pe finem.de electio.libro 6.& ſubdit diſpoſitiones, †
ſub quo verbo comprehenditur commenda,Card.in
clem.1.num.2.de ſupplen.prælat.negl.& dictio quæ-
43 cūque†eſt vniuerſalis & includit ea quæ improprie in
44 ſunt,Dec.cōſ.599.numero 2. & tollit†interpretatio-
nē reſtrictiuam,Alex.conſi.117.nu.5.comprehendit
que ea quæ alias non comprehenderētur. Rui. conſ.
18.num.19 libro.2.Secundo,accedat quia in renun
ciationibus cōmendarum poteſt fraus conſiderata
a regula conſiderari.vnde idem ius ſtatuendum eſt.ex
hac



hac etiam ratione regula de veriſimil.not.habet locū
45 † in commenda,Caſſad.deciſ.30.ſuper regul. Sarn. q.
6.de impetran. benef.vacan.per obit. famil.Card. &
* * communiter alij,vt per Mandoſ d.regul. quæſt.3.
46 num.4.Tertio , quia † commendæ noſtri temporis
ſunt irreuocabiles ex quo fiunt ad vtilitatem perſo-
næ,& non eccleſiæ.Sarn.in.regu.de public.q.4.& pa
37 rum † aut nihil diſtant ab alijs beneficijs , Sarn.q.20.
de annal.Rebuf.de pacif.poſſeſſ.nu.36.cum ſeq. alias
rationes videre poteris per Sarn. reg. de tiennal.q.5.

Septimo dubitatur.an hæc regula habeat locum in
*48 beneficijs iuris patronatus?cōis?opinio† eſt affirma
tiua quam tenent Fel.in c.de quarta col.5.ante.n. 16.
* de pręſcrip.vbi refert ita iudicatum fuiſſe in*Rot. in
cauſa ſua propria Sarn.de triēnale.7.num.3.Lamber.
de iur.patr.art.11.n.11.p.1.lib.1.num.4.Mandoſ.hac
regu.q.5.num.2.Ad quod facit primo,quia hæc regu
la eſt fauorabilis,vt ſupra concluſi,ergo debet com-
prehendere talia beneficia,gl.in clem. diſpendioſam.
de iudi.Io.Selu.de benef.p.1.q.3.num.9. Secundo ex
* d.Collectan.in c.vlti.in q.21.de ſortileg.& ita * con-
cludunt communiter doct.

Octauo dubitatur,an hæc regula habeat locum in
49 beneficijs promouendorum † ad Epiſcopatus in par
tibus infidelium exiſtentes? Negatiue concludendū
vt late Mandoſ.hic q.4. Alſonſ. Hoied.incompatib.
benef.p.1.c.4.in ſi.verſ.ſed iſtis non obſtantibus , &
* eſt*communis opinio,vt dixi ſupra q.1.nu.89.90.&
50 91.Hi.n.nulla tenentes†valde diſſerunt ab alijs , cum
non poſſint habere poſſeſſionem.Sarn.q.47.de annal.
num.4.Rip.reſponſ.23.ſub tit.de legib.2.Bal.in auth.
licentiam C.de epiſ.& cler.

51 Nono dubitatur † quomodo fiat derogatio? vide
tradita per.Mandoſ.hac regul.q.2.

Decimo dubitatur,an comprehendantur benefi-
cia familiarium Cardinalium?fuit de hoc dubitatum
in Rot.coram Cantuccio in d. Cremon. penſionis:
nihil tamen fuit reſolutum,ex quo Domini volue-
runt videre quid obſeruaretur in ſtylo, mihi autem
52 †affirmatiua opinio videtur probabilis.

Vndecimo dubitatur,an hæc regula habeat locū
in eo,qui reſignauit poſt vacationem talis eccleſiæ
ad quam poſtea ipſe fuit promotus ignoranter?& ſic
an comprehendat promouendum ignorantem ſe ꝑ
mouendum?Pro affirmatiua facit,quia verba regu-
53 læ ſunt generalia,& conſequenter † generaliter intel
ligenda ſunt in omni promouendo,l.j.§. quod antea.
ff.de aleat.l.in fraudem,& ibi Bal.ff.de teſta.mil.Soc.
Sen.in l.2.§.ex his in prin.ff.de verb. obl.Crauet.cōſ.
91.num.4.& cum non diſtinguat,neque nos diſtin-
guere debemus,l.de pretio ff.de pub.in rem act.Cra
ue.conſ.308. num.3. & hanc opinionem aliqui ex
* dominis de* Rota tenebant.cum de hoc cōtrouer
teretur in d.Cremonen.penſionis 28.Maij 1584. co
ram Cantuccio,moti etiam ex eo,quia regula eſt pręſ
ſeruatiua beneficiorum,quę vacant per promotionē
vnde debet comprehendere ignorantem ſe ꝑmo-
uendum.

54 Pro negatiua autem, † quæ mihi videtur verior
& benignior,ac quodammodo recepta,vt hæc regu-
la non comprehendat ignorantem ſe promouēdum,
quamuis reſignet poſt vacationem eccleſiæ ad quā
poſtea fuit promotus,primo facit,quia regula emana
uit,vt obuietur & occurratur fraudibus , quas facie-
bant promouendi,qui habentes notitiam futuræ ſuę
promotionis reſignabant , vt deluderetur reſeruatio
Papæ,de beneficio vacanto per promotionem,vt per
gloſſatorem & Rebu.ſupra alleg.Quæ ratio, ut refert
* gloſſator in eadem regula,in ſi.fuiſſe*Romæ iudicatū
55 ceſſat vbi ꝑmouēdus ignorat ſe ꝑmouēdū , † igno-
rans dr̄ eſſe in bona fide,& a fraude & dolo excuſaṫ,
l.quicunque.ff.de ſeru.fug.l.1.ff.de recept. & per cōſe
56 quens ceſſante ratione†ceſſat diſpoſitio c.cum ceſſan
te de appel.l.adigere §.quamuis de iur.patr.late Tire-
quall.in ſuo tract.Ceſſant.cau.in pluribus locis,& au-
diui aperitiſſimis practicis huiuſmodi reſignationes
factas ab ignorantibus non inualidari per regulā hanc
nec poni derogationem eiuſdem regulæ hoc caſu ,&
* * ab hac opinione exiſtimo non eſſe*recedendum in iu
dicando*& conſulendo,nam aliàs multæ prouiſiones
eſſent nullę,& poſſent multæ annullari.Nec obſtat ge
neralitas regulæ,quia reſtringitur ex ratione,l.cū pa-
ter.§.dulciſſimis ff.de leg.2.

Limita non procedere a tempore quo ipſe procu-
rat,vel habet ſpem probabilem,nam hoc caſu require
retur derogatio,& ita vidi obſeruari.

57 Duodecimo dubitatur†an huiuſmodi fraudis præ-
ſumptio excludatur ex eo quod ſupplicatio ſit manu
Papę ſignando manu propria cenſetur tollere obſta-
culum,& ſuſpicionem fraudis,contrarium tamen*fuit
deciſum in Rot. in d.Cremonen.penſionis.28.Maij
58 1584.coram Cantuccio.quia Papa†multitudine nego
tiorum impeditus hęc retinere memoriæ non præſu
mitur,& non poteſt c.ex parte,& ibi Doctores præſer
tim Card.num.7.Anan.num.2.Ancha.num. etiam.2.
de offic.dele.Gomeſ.in cap.1.n.135.de conſtit.lib.6.

Decimotertio dubitatur an ex poſſeſſione pacifica
decennali videatur inſurgere præſumptio derogatio-
59 nis huius regulę,& ſic diſpenſationis?Affirmatiue†cō
cludendum eſt late Couar.in regul.poſſeſſor. 2.p.§.1.
2.Paul.de Caſtr.in l.ſiue poſſidetis.C.de prob.Rip.in
c.cū eccleſia Sutrina.n.27.de cauſ.poſſ.& propriet.&
* alij*omnes,ſi autem per minus tempus ſecus c. com-
miſſa.de elect.lib.6.& in ſimili fuit dictum in vna* O
ueten.Archid.de Pineo.15.Februar.1575. coram Ca
putaquen.Io.And.& Fel.in c.illud præſum.cum alijs,
60 vt per Gabrie.eo.tit.concl.1.n.68.& tempus†litis non
computatur,Soc.Iun.conſ.56.num.13.lib.1.fuit reſo
lutum in vna Auerſan.*tenimenti coram R. P. D.Bu
balo,ſed dubium,eſt,an huiuſmodi præſumpta diſpē
ſatio poſſit ab alio allegari habente intereſſe reſerua-
tionis penſionis aut medietatis fructuum contra poſ-
ſeſſorem contradicentem,& negantem. Pro affirma-
tiua allegatur primo l.ex perſona,vbi not.Bal. de fide
iuſſ.l.ſi ſtipulatus eſſem ff.de fideiuſſ.vbi quando†be-
61 neficium competit mihi ex facto,& perſona alterius
poſſum illo vti etiam eo inuito & contradicente Bar.
in l.ſi poſt mortem §.vl.col.vl.verſ.vlterius,vt liqueat.
ff.de bon.poſſ.contr.tab.& facit tex.in l.pen.C.de tēp.
in integr.reſt.Cagn.in l.inuito num.6.ff.de regul.iur.
Secundo quia penſio & prouiſio ſunt correſpectiua
& annexa ac depēdentia inſeparabilia,& tamen in cō
62 nexis & annexis diſpenſatio†quo ad vnum extendi-
tur ad aliud annexum gl.in c. quia in tantum , & ibi
Abb.de præb.Fel.in c.tranſlato n.6.vbi late de conſt.
63 &†præſcriptio vnius extenditur ad annexa & inſepa-
rabilia Balb.de præſcr.in 2.p.q.2.nu.12.Fel.in c.audi-
64 tis nu.12.de pręſcr.Ideo exceptio præſcriptionis quæ
†competit debitori extenditur etiam ad fideiuſſ.Bald.
in l.tam mandatori n.10.C.de non num. pec.ſequitur
Balb.d.q.2.n.12.Hinc poſſidens longo tempore ſi ne
65 gat poſſediſſe†præſumitur ad damnum ipſius Paul. de
Caſtr.in l.ſiue poſſidetis nu.9.C.de probat. Hinc præ
66 ſumitur†continuatio poſſeſſionis Bart.in d.l. ſiue poſ
ſeſſionis

ſeſſionis Bart.in d.l.ſiue poſsidetis ſub n.5. & qđ hæc
67 ſint connexa patet,quia penſio † pendet a beneficio
Imol.in clem.1.§.1.nu.4.de ſupplen.prælat.negligen.
Gig.conſ.123.num.4.& eſt penſio adeo annexa bene
68 ficio†vt pars illius reputetur late Gig.de penſ.qu. 28.
Tertio quia præſumptio diſpenſationis & iuſtitiæ ti-
69 tuli ex lapſu decennij præſumitur†etiam in mere pro-
ſanis l.qui in aliena ff.de acquir.hæred.l.ſi filius fami-
lias C.de petit.hæred.cum alijs vt per Tiraqu. de præ-
70 ſcr.2.illat.°& quod†in penſione præſumatur diſpenſa-
* tio ex lapſu decennij tenuit Rot.in*vna Farſen. pēſio
nis coram III.Card.Aldobrandino de anno. 1581.&
71 diſpenſatio in quacumque materia†ex lapſu decennij
præſumitur,Achil.de Graſſ.dec.2.de diſp. Anc.conſ.
117.Felin.conſ.2.num.32. Sarn.de trienn.q.20.Idem
Sarn.in recoll.manuſcr.dec.21.lib.1. Quarto quia hæ-
72 res†vel ſucceſſor poteſt allegare præſumptionem con
tinuationis poſſeſſionis auctoris ſui,Abb.in c.cumad
ſedem num.16.de reſt.ſpoliat.Alciat.de præſumpt.re
* gul.2.præſump.21.num.5.& fuit reſolutum* corā R.
73 P.D.Bubalo in vna Rom.Palatij. Quinto fideiuſſor†
poteſt opponere exceptiones ex iure principalis, etiā
eo inuito l.ſi ſtipulatus in princ.& l.ex perſona rei, &
l.ſi teſtam.ff.de fideiuſſ.l.fideiuſſori.ff.de donat.l.om-
nes de exc.l.defenſiones.C.eo.6.allegatur l.1. & 2. de
liberal.cauſ.

His tamen non obſtantibus contrariam opinionē
* tenuit Rot.in vna Cremonen.* penſionis die Lunæ.
5.Decembris 1583.coram R.P.D.Bubalo non poſſe
74 N.penſionarium†contra hanc regulam præſumptio-
nem diſpenſationis reſultantem ex poſſeſſione decen
nali reſignatarij,eo inuito & negante allegare, primo
quia ex decennali poſſeſſione tunc præſumitur diſpē-
75 ſatio quando†allegatur ab eo pro quo diſpēſatio præ-
ſumitur,at ſecus ſi ab eo negatur,etiam ſi tūc ab alio
contra eum allegetur,ſicuti in ſimili videmus in con-
76 tinuatione poſſeſſionis nam continuatio præſumitur
† ſi is qui ſemel poſſedit aſſerit ſe hodie poſſidere, nā
tunc præſumitur poſſeſſio medio tempore continua
ta,ſecus ſi negat, nam tunc præſumptio iſta ceſſat gl.
in l.ſiue poſſidetis in verb.conſtituti verſ.non diſtin-
guitur & ibi Bart.num.6.& 7.Bald.in l.1. circa medi.
verſ.reuoco in dubium Angel.num.4.verſ.in gl.3.Al-
ber.nu.4.verſ.Odofred.Paul.de Caſtr. nu. 9. Cuman.
col.2.circa med.verſ.tu dic C.de probat.Butr. in capi.
cum ad ſedem num.25.Abb.num.etiam 25.de reſtit.
ſpol.Rip.in c.cum eccleſia Sutrina num.27. vbi atte-
* ſtatur de*communi de cauſ.poſſ.& propriet.Couarr
in c.Rainutius §.11.ſub num.2.de teſtam. vbi de cō-
77 muni etiam:Item ſolemnitas extrinſeca† præſumitur
quādo allegatur ab eo ad cuius fauorem præſumptio
oritur,at ſecus ſi ab eo negatur Salic.in l.ſi filius.qu.1.
verſ.ſed hoc non obſtat C.de pet.hæred.dicens quod
78 †iuſſus patris præſumitur præceſſiſſe, ſi ipſe hoc alle-
gat,ſecus ſi negat ſequitur Alex.conſ.9.num.9. verſi.
poteſt etiam lib.3.Ruin.conſ.23.num.26.lib.5.Gabr.
79 de præſumpt.concl.1.num.74.Ita†priuilegium præſu
mitur in vſu ſi talis præſumptio a priuilegiato allege
* tur,non autem ſi negetur ut fuit deciſum in una Cau
rien.Iuriſdictionis 29.Aprilis 1575.ſec.facit conſilio
Anchar.297.num.11. verſ.ad hoc vbi quòd etiam vbi
conſtat de titu.de vno tempore non poteſt illius con
tinuatio per tertium allegari Bartol.in l.gerit. numer.
28.ff.de acquirend.hæred.Salicet.in l. ſi filius num. 4.
C.de petit.hæred.ex quibus patet reſponſum ad pri-
mum argumentum,ſ'm tollitur quia præſupponimus
iſtum negare,namque ſi non negaret tunc diſpēſatio
quę ex decēnali poſſeſſione reſultat præſumeretur ēt
ſuper penſione,& hic nulla adeſt diſpenſatio ſed tan-
tum præſumptio.

Ad tertium reſpondetur verum eſſe in penſione p̄
ſumi diſpenſationem,ſed hoc non poteſt applicari ca
ſui noſtro cum ille neget.ad quartum,& quintum re
ſpondetur procedere ſi Papa feciſſet aliquem actum
poſitiuum,tunc enim poſſet allegari præſumptio di-
ſpenſationis,at in caſu noſtro non conſtat de aliquo
actu poſitiuo Papæ.ad vltimum reſpondetur l.1.& 2.
procedere vbi agitur de cauſa ſtatus perſonæ in qua
cauſa filius poteſt agere īuito patre,& pater inuito fi
lio:in caſu vero noſtro agitur de alleganda præſum-
* ptione.Et hæc*deciſio fuit cōfirmata die Lunæ. 26.
Ianua.1584.in ead. cauſa & coram eodem,cum eſſet
de nuo propoſita cauſa,& informatum. Limita tamē
non procedere quoties ille non negaret,vt patet ex
adductis ſupra.

Decimo quarto dubitatur.An hæc regula compre
hendat duntaxat reſignationem perfectam intra tem
pora promotionis,& vacationis,vel etiam comprehē
dat eam in qua fuit præſtitus conſenſus poſt promo
tionem,ſupplicatio vero fuit ſignata ante promotio-
nem. Pro negatiua facit quia parua data, & paruus
80 †conſenſus non perficiunt reſigna ionē Caſſad. dec.
60.ſed regula videtur loqui de reſignatione perfecta
Pau. de Caſtr.conſ.190.in 3.dub.lib.1.ergo &c. Pro
affirmatiua facit quia q̄ regula nō diſtinguit neq; nos
diſtinguere debemus l.de pretio ff.de pub.in rem act.
Secundo,quia eſſet aperire viam fraudibus, & regula
redderetur eluſoria,& quod dicit de parua data non
habet fundamentum quoties ſupplicatio eſt ſignata
manu Papæ,cum data quæ cadit inter tempus vaca-
tionis,& ſupplicatio dicatur probatio perfecta †ſi-
81 cut dicimus de inſtrumento Dec. conſilio 36.nu-
mero 2.Quid dicendum?Referam quid determina-
uit*Rot.in d.Cremenea.penſionis die Lunæ.4. Iun.
1584.in qua Franciſcus Guiniſius promotus fuit ad
Eccleſiam Montis Faliſci.8.Aprilis ſupplicatio. reſi-
gnationis præceptoriæ S.Antonij facta per d.Franciſ
cum ad fauorem D.Pauli cum reſeruatione penſio-
nis pro D.Hier.1.April.miſſa d.ſupplicationis die.17.
April.cōſenſus D.Franciſci ſuper dicta reſignatione
& Pauli ſuper reſeruatione penſionis die .18. Aprilis
dubitabatur an intraret regula,cum conſenſus fuerit
præſtitus poſt promotionem:fuit reſolutum nega-
tiue ex duobus fundamentis, primo quia regula in-
82 telligitur quando reſignatio†eſt perfecta intra tem-
pora vacationis,& promotionis,hæc autem non eſt
talis,qeia prouiſio fuit die.8.Aprilis facta, miſſa vero
die 17.eiuſdem menſis Put.deciſ.94.lib.2.Sarn. de in
fir.q.18.Creſcent.deciſ.75.Nec obſtat quod ſignata
ſupplicatione gratia dicatur perfecta,quia reſponde
83 tur non eſſe ſimpliciter perfectam†expectat enim præ
* ſtationem conſenſus,vt eſt*communis omnium do-
84 ctorum ſententia,& antequam†ſit regiſtrata poteſt la
cerari ab officialib.optime Sarn.in reg.de iu.q̄ſi.non
tollen.q.2.in fi.Nec obſtat quod conſenſus retrotra-
hatur,quia id intelligitur per viam fictionis,& regula
intelligitur de reſignatione vere facta intra tempora
vacationis & promotionis non de reſignatione quæ
per quandam fictionem cenſetur facta:nam in mate
85 ria correctoria diſpoſitio loquens de actu †vero non
86 comprehendit actum fictum,quia actus fictus†n̄ p-
prie dicitur talis Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore n. 170.
ff.de vſuc.2.quia præſumitur notitia Papæ, & officia-
lium,qui cum poſſent illam ſupplicationem lacerare
cum



cum non eſſet regiſtrata tempore promotionis mit
tendo illam ad regiſtrum poſt promotionem apparet
manifeſte mentem Papæ fuiſſe vt reſignatio effectua
retur,ex quo non ſolum non contulit beneficiū, ſed
paſſus fuit reſignationem iam cæptam effectuari, &
gratiam ſemel factam ſuum ſortiri effectum. Hodie
autem ad cautelam poneretur derogatio, & optimū
eſſet expediens ad tollendas lites,& ita cōſulerem fa-
ciendum,quod etiam pluries vidi fieri.

Decimoquinto quæro an hæc regula comprehen
dat beneficia electiua?pro negatiua facit quia verba
87 † generalia non capiunt electiua,Fel.in c.in noſtra in
32.collor.de reſcr. In contrarium tamen eſt veritas,
88 quia † regula venit ad declarationem extrauagantis
89 Ad regimen,quæ cum loquatur†etiā de electiuis,er-
go,& hęc regula.Ita in ſimili arguit Caſt.in cōſ.338.
num.5.lib.1.ſecundo quia hæc regula eſt fauorabilis
cum obuiet fraudibus Rebuff.in concor.tit.de mād.
Apoſt.§.ſtatuimus in fi.& quia quando ſumus in fa-
90 uorabilibus ſub verbo collationis prouiſionis † & di-
ſpoſitionis veniūt beneficia electiua, Selu. de benef.
in p.3.q.1.num.26.Mādoſ.de Idiom.q.2.Fel.in c.po-
ſtulaſtis de reſcr.in 2.& 3.fal.Gemin.in c. ſi propter
* 91 col.2.de reſcr.lib.6.& † ita videtur tenuiſſe Rot.* in
92 cauſa de qua infra.vnde electus ad epiſcopatum † nō
poterit reſignare beneficia prius obtenta.decimoſex
93 to Dubitatur An regula deroget † concordatis Re-
* buff.tenet quod non,& ita fuit reſolutum in Rot.*in
vna Padebor.præpoſituræ die Lunæ 29. Maij 1588.
coram R.P.D.Bubalo.

---

## SEPTIMAE QVAESTIONIS

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatione minorum venit tam pueritia quā adoleſcentia.*
2 *Minor 25.annorum poteſt reſignare beneficia.*
3 *Minor 25.annorum in beneficialibus habetur pro maiori.*
4 *Minor 25.annorum poteſt alienare.*
5 *In reſignatione minoris 25. annorum non requiritur auctoritas curatoris.*
6 *Minor 25.annorum habet perſonam legitimam.*
7 *Minor 25.annorum poteſt acceptare beneficium abſque curatore.*
8 *Minor 25.annorum pōt per procuratorem reſignare.*
9 *Minor 25.annorum poteſt conſtituere procuratorem ad reſignandum abſque cauſæ cognitione, cum decreto iudicis.*
10 *Decretum Iudicis non requiritur in renūciatione maioris 25.annorum.*
11 *Minor 25.annorum renuncians non eſt reſtituendus.*
12 *Admiſſa renunciatione beneficium vacat.*
13 *Reſtitutio in integrum competit minoribus læſis.*
14 *In ſpiritualibus non datur regulariter reſtitutio.*
15 *Non excuſatur minor in his quæ ſpectant ad ſalutem animæ.*
16 *Minor non reſtituitur aduerſus matrimonium.*
17 *Minor non reſtituitur aduerſus ingreſſum religionis.*
18 *Chriſtus diligit milites voluntarios.*
19 *An iuramentum impediat reſtitutionem.*
20 *Minor 25.annorum læſus in renunciatione beneficij debet reſtitui ſi non eſt alteri collatum.*
21 *In feudo datur reſtitutio minori.*
22 *Minor cenſetur maior vt agere poſſit.*
23 *Ex ſtatuto poteſt perſona minoris legitimari.*
24 *Minor 25.ann.poteſt ſtare in iudicio etiam abſque curatore.*
25 *An ad dandam hāc reſtitutionem ſufficiat fragilitas ætatis,vel requiratur dolus aduerſarij.*
26 *Læſio debet eſſe grauis vt detur reſtitutio.*
27 *Cum non eſt expreßum quę læſio requiratur intelligitur de magna.*
28 *Propter modicam læſionem non datur reſtitutio.*
29 *Quæ læſio dicatur magna ad effectum reſtitutionis remittitur arbitrio iudicis.*
30 *Vltra dimidiam dicitur magna.*
31 *Minor læſus vltra dimidiam reſtituitur non obſtante iuramento.*
32 *Læſio in tertia parte dicitur magna.*
33 *Læſio in ſexta parte totius etiam dicitur magna.*
34 *Minoribus incumbit onus probandi fuiſſe læſos.*
35 *Debet quis probare id ſupra quod ſe fundat.*
36 *Læſio probatur præſumptione.*
37 *Læſio probatur per teſtes.*
38 *Læſio probatur ſcriptura.*
39 *An minor læſus poſt collatum beneficium alteri ſit reſtituendus.*
40 *Cum collatum eſt beneficium res non eſt integra.*
41 *Quando agitur de lucro datur reſtitutio minori.*
42 *Priuatus beneficijs ſi reſtituatur non recuperat ea ſi ſunt collata.*
43 *Per reſtitutionem quis recuperat bona penes fiſcum.*
44 *Minor reſtituendus eſt, niſi contrarium reperiatur expreſſum.*
45 *Quod lex non dicit,neque nos dicere debemus.*
46 *Reſtitutio iuſtitiæ aufert ius alteri quæſitum.*
47 *Reſtitutio iuſtitiæ dicitur fauorabilis.*
48 *Non plus reſtitutio in integrum reſtituit quam læſio abſtulit.*
49 *Per reſtitutionē gratioſam quis recuperat quod amiſerat per delictum.*
50 *Bannitus reſtitutus recuperat bona quæ amiſerat.*
51 *Reſtitutio in beneficialibus eſt in remſcripta.*
52 *In lucroſis reſtituitur minor.*
53 *Reſtitutio gratioſa nō ſe extendit ad recuperationem vaſſallorum.*
54 *Doctor reſtitutus non recuperat lecturam ſi alteri fuit data.*
55 *Bannitus reſtitutus non recuperat locum ab alio occupatum.*
56 *Epiſcopus poteſt reſtituere in integrum.*
57 *An minor vtriuſque iuris D.læſus ſit reſtituendus.*
58 *Minor 14.annorum poteſt renunciare beneficia.*
59 *Renunciatio minoris 14.annorum debet fieri cum auctoritate tutoris,& cauſæ cognitione.*
60 *Minor 14.annorum ſine auctoritate tutoris nō poteſt quicquam facere.*
61 *Minor 14.annorum non habet adminiſtrationem.*
62 *Minor 14.annorum non habet conſenſum.*
63 *Minor 14.annorum renuncians abſque tutore venit reſtituendus.*
64 *Habens plura beneficia incompatibilia,& vnum renuncians non videtur deceptus.*
65 *Minor 14. annorum hodie non poteſt habere beneficium Eccleſiaſticum.*
66 *Minor ex diſpenſatione poteſt habere beneficium.*
67 *Minor læſus reſtituitur ſine noua collatione.*
68 *Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum poſitio.*
69 *Reſtitutio operari debet quod nec proſit nec obſit qđ euenit.*
70 *Collatio eſt ius in beneficium in alium translatum.*

71 *Ancharanus declaratur.*
72 *Ex ſententia nulla non datur vacatio.*
73 *An minor læſus reſtitutus recuperet locum priſtinũ quem habebat in collegio.*
74 *Reſtitutus ad feudum dicitur habere nouum ſeudum. cont.num.78.*
75 *Reintegrato matrimonio datur noua dos.*
76 *Reſtitutio fit in omnibus & per omnia.*
77 *Differentia inter reſtitutionem gratioſam & iuſtitiã.*
79 *Reſtitutus ad canonicatum cẽſetur reſtitutus ad præbendam.*
80 *Reſtitutus ad canonicatum recuperat, ſtallum in Choro.*
81 *Reſtitutus ad beneficium habens iuriſdictionem cenſetur reſtitutus ad illam.*
82 *Minori læſo datur quatrienniũ ad petendam reſtitutionem.*
83 *In beneficialibus etiam datur quatriennium.*
84 *Eccleſiæ datur reſtitutio etiam poſt quatriennium.*
85 *In ſpiritualibus non conſideratur læſio enormiſſima.*

SEptimo quæro An minor
poſſit reſignare benefi-
cium eccleſiaſticũ quod
obtinet? Hic articulus di
ſtinguendus eſt. Aut loq
mur de minore 25. ann.
Aut vero de minore 14.
1 nam appellatione† mino-
rum venit tam pueritia q̃
adoleſcentia c. in præſen
tia de probat.§.nunc admonendi Inſtit. de his quib.
alien.lic.vel non, Io.de Amicis conſ.40.num.5.& ita
reſoluit inſignis moder.Sfor.Odd.in tract. de reſt.in
integ.par.1.q.2.art.5.num.42.
* In primo caſu*communiter tenent doctores mi-
2 norem 25.annorum, maiorem vero 14.poſſe†reſigna
re beneficium quod obtinet gloſ.in c.ex parte verbo
quamuis minor verſ.ſed ſi minor, & ibi Abb. nu.14.
qui dicit hoc eſſe de mente Io.Vinc.Ioã. de Lignan.
* Ant.de Butr.de reſt.ſpoliat.& ibi* omnes cõiter Ar-
chid.in c.certis nu.6.15.q.3.Card.ſanctæ Crucis, de-
ciſ.83.in manuſcr.Put.deciſ.161.lib.2.Crauett.conſ.
90.excellentiſſimus Burſat.conſ.411.col.4.& hæc cõ
cluſio non habet dubium, vt tradit Boer. deciſ. 350.
* num.1.& videmus quod communiter* hoc practicat̃
3 in curia, & extra. Nam minor 25.ann.† maior autem
14.in beneficialibus habetur pro maiori, vt infra dicã
ex c.vlt.de iud.vbi poteſt ſtare in iudicio, & conſtitue
re procuratorem, ergo & renunciare: nam a pari pro
cedunt ſtare in iudicio actiones intentare, & renũcia
4 re quia eo modo per viam indirectam† alienatio ſeq
poteſt l.ait prætor vbi Bart. ff.de iur. delib. Andr.de
Iſern.in c.1.§.ſi vaſſallus col.2.ſi de feud.fuer. cõtro.
int.dom.& agnatum Dec.conſ.445.col.5.Calcan.cõ
ſil.105.in fi.Bal.conſ.250.col.1.lib.4.
Nec in tali reſignatione requiritur cõſenſus & au
5 ctoritas curatoris, † vt tenet Milius quẽ refert Put.d.
* deciſ.ibi nu.2.lib.2.& hoc non*habere dubium dicit
Boer.d.deciſ.350.num.1.quia talis minor 25.annorũ
6 & maior 14.in beneficio habet† perſonam legitimam
tam in iudicio quam extra exercendi, & experiendi
ac faciẽdi omnes actus ſine curatore ſicut maior 25.
ann.vt probat tex.in c.vlt.de iud.lib.6.quod incipit, *ſi
annum quartum decimũ tuæ peregiſti ætatis in bene-
ficialibus & alijs cauſis ſpiritualibus, necnon & de-
pendentibus ab eiſdẽ ac ſi maior 25. annis exiſteres
ad agendum & defendendum per te vel per procura
torem (quem ad hoc cõſtituendum decreueris) admit
ti debebis*, & ibi gloſſ.in verbo debebis.Gemi.Anch.
* Franc.&*cõmuniter doct.Crauett.conſ.90.in primo
dub.& conſ.153.in fi.Gig.reſp.14.nu.3.Ferret.conſ.
282.adeo vt quantum ad hoc matrimonium carnale
& ſpirituale æquiparentur, vt probat tex.in d.c. vlt.iũ
cto c.ex parte de reſtit.ſpoliat.& vtrobique commu-
* niter*doctores.
7 Hinc minor 25.annorum† poteſt acceptare bene-
* ficium abſq; curatoris aſſenſu, & eſt * communis,
vt reſoluit Burſat.conſ.411.num. 11.& 12.vol.4.
Amplia vt minor 25.ann.maior autem 14.poſſit re
8 ſignare beneficium, † quod obtinet tã per ſe quam p
procuratorem Ant.Aug.deciſ.125.lib.1.in manuſcr.
* Put.deciſ.161.lib.2.& communiter*doctores.
Dubium tamẽ eſt an iſte maior 14.annis & minor
25.poſſit conſtituere procuratorem ad reſignãdum
abſq; cauſæ cognitione, & ſic abſque decreto iudicis
Put.d.deciſ.161.lib.2.refert propoſitũ fuiſſe hoc du-
* bium*in Rota in vna Segobien.integrę portionis co
rã Illuſt.Card.S.Crucis die 20.Octobris 1540. & fuiſ
ſe tentum negatiue, ſ.non poſſe maiorem 14.ann.con
ſtituere procuratorem ad reſignandum niſi corã ſu-
periore, & cum cãæ cognitione, eſto quod in ſuppli-
catione eſſet expreſſum quod renuncians eſſet maior
14.annorum, mouetur quia minor 25.ann. & maior.
14.poteſt reſignare coram ſuperiore, & cũ cauſæ co-
gnitione, ergo & cum eadem ſolennitate debet con-
ſtituere procuratorem ad reſignandum nãq; minor
& mulier quia non põt actum expedire ſine certa for
ma, neq; poterit conſtituere procuratorẽ forma non
* ſeruata, vt eſt communis*omnium doctorum ſenten
* tia de qua dicam infra, & ita etiam fuiſſe*deciſum at-
teſtatur Ant.Aug.deciſ.125.lib.3.in manuſcr.
His tamen non obſtantibus cõtrariã opinionẽ exi
ſtimo veriorẽ quod maior 14.ann.& minor 25.poſſit
9 conſtituere procuratorẽ† ad reſignandum beneficiũ
abſq; cauſę cognitione, & decreto iudicis quia tex.in
d.c.vlt.diſponit vt maiores 14.ann.& minores 25.ha-
beant̃ pro maioribus 25.ann.in beneficialibus, & cau
* ſis ſpiritualibus, & ibi cõiter* doct.hoc notãt: ſi ergo
in his cauſis parificantur maiores 25.ann.& minores
10 ergo † quemadmodũ nõ requiritur ſolennitas hmõi
* qñ renunciat maior vt*cõiter ſcribunt omnes do. er
go neq; hoc caſu ad vulg.l.vlt.de accept.& hoc vr̃ in
* nuere Fran.in d.c.vlt.in not.6. Hinc alias in Rota*in
vna Venetiarũ matrimonij corã bon.mem.Oradino
die 29.Nouẽbris 1557.vt habetur in lib.antiq.diuer.
in manuſcr.dec.293.fuit tentũ, in cauſis ſpũalibus, &
dependẽtibus, vt eſt cã legitimitatis minorẽ 25.ann.
poſſe conſtituere procuratorẽ abſq; decreto iudicis
nulla alia ratione niſi quia parificat̃ur maioribus in
cauſis ſpũalibus, & dependentibus, & in cauſis benefi
cialibus ẽt parificat̃ maioribus vt probatur expreſſe ĩ
d.c.vlt.ergo ex hac deciſ.vr̃ receſſum a deciſ.facta tẽ-
pore Put. quia poſteriora derogant prioribus Bal.in
l.domũ col.1.C.de rei vend.Iaſ.conſ.215.col.2. circa
med.lib.2.Crauett.conſ.313.num.5.verſ.10.
Non obſtat ratio Put.quia non eſt verũ quod ma
* ior reſignet cum ſolennitate vt* communiter volunt
doct.bene verum reſignatio fit coram ſuperiore, vt
debet, ita & quando fit per procuratorem.
Sed hic quæritur an iſte minor 25.ann. maior au-
tem 14.ſit reſtituẽdus aduerſus reſignationem bene-
ficij ab ipſo factam. In hac cõcluſione dd.varia ſcrip-
ſere ac fuerunt contrarij, adeo quod veritas elici nõ
poſſit.



poſſit.ego autem pro reſolutione omnium exiſtimo
conſtituenda eſſe duo capita principalia.
Quorum primum erit qñ in reſignatione non eſt
læſus, vt quia reſignauit ad fauorem alicuius conſan-
guinei vel amici, aut renũciauit cũ vellet matrimoniũ
contrahere, aut religionẽ ingredi, aut ex alia ſimili cã,
ita quod non poſſit conſiderari metus aut dolus reſi-
11 gnatarij† & in hoc dicas veram eſſe*& receptam DD.
ſententiam non eſſe reſtituendum ita glo.in l.ait p̃tor
verb.quid aliud ff.de minor.25.anno.quam hoc caſu
puto procedere, Ant.de Butr.in d.c.ex parte de reſtit.
ſpoliat.Crauett.conſ.90.verſ.circa ſecundum dubium
nu.4.Rebuff.in prax.in tit.de reſig.in verb.ratione p-
ſonæ in principio, ita poſt alios Couar.lib.1.variar.re-
ſolut.c.5.& expreſſe hoc firmat Exc.D.Ludou.Alfer.
conſ.3.per totum, & præcipue nu.11.
Ratio eſt quia cum minores 25.annor. poſſint re-
* nunciare beneficia vt ſupra dictum eſt ex* communi
12 & vera opinione, ſequitur quod† admiſſa renunciatio-
ne beneficium vacet, Inn.Butr.& Hoſt. in c.quod in
dubijs de renun.Io.And.in reg.ratum de reg.iur.libr.
6.Rot.deciſ.3.de renunc.in antiq.Cardi. Pariſ.conſil.
93.lib.4.Rip.in c.ex parte nu.23. de reſcri. Aufrer.in
dec.266.Tholoſ.vnde ad ius quod amiſit redire non
13 poteſt nec iure reſtitutionis, nã reſtitutio in integrũ†
competit minoribus 25.ann.ſi læſi fuerint, l.nã & po-
ſtea §.minor.ff.de iureiu.l.non omnia C. de minor.l.
quod ſi minor.§.1.ff.eod.tex. ad literam in l. minori-
* bus C.de reſtit.in integr.& hanc eſſe*veritatem atte-
ſtatur Sfor.Odd.de reſtit.in integr.q.4.art.1.ſub n. 2.
Hinc eccleſia non reſtituitur ſi non eſt læſa Deci.
conſ.564.nu.18.
Eoque magis quia ſumus in ſpiritualibus in quib.
14 non datur† regulariter reſtitutio Lap.alleg.53. Abba.
Anch.& alij in d.c.ex parte de reſtit.ſpoliat. cum alijs
adductis per Sfor.Odd.in tract.de reſtit.in integr. q.
60.art.7.nu.37.cum ſeq.
Hinc non excuſatur minor in his quæ ſpectant ad
15 ſalutem† animæ Marian.Soc.ſen.in c.ex litterarum nu
me.8.de apoſt.Turrecrem.in c.ſymbolum de conſec.
diſt.4.
16 Hinc non † reſtituitur aduerſus matrimonium,
Bald.in l.1.nu.1.& 3.ff.ſolut.matrim.& in rubr.de iu-
dic.nu.7.Alexan.conſ.80.num.1.& 2.lib.7.Ferret.con
ſil.139.per totum, Dec.conſ.112.in princ.Couar.lib.
* 1.var.reſolut.c.5.ſub num.1.communis*opinio vt re
ſoluunt omnes doctor.in d.c.ex parte de reſtit.ſpolia.
de communi omnium ſententia atteſtatur Sfor.Odd.
dict.q.60.art.1.ſub num.3. etiam ſi dolus cauſam de-
* diſſet contractui* communis vt reſoluit Couarr.in
epit.de ſponſ.par.2.c.3.§.7.nu.1.2.3. Hinc non reſti-
17 tuitur aduerſus† ingreſſum religionis, Innoc.in c.cum
dilectus de eo quod met.cauſ.Felin.in ca.in præſentia
num.10.de prob.Ant.de Butr.in c.cum virum nu.11.
& ibi Anch.nu.8.de reg.Bart.in repet. Auth. ingreſſi
num.18.C.de ſacroſan.Ecc.Socc.Iun.conſ.41.nume.
* 13.lib.3.communis*opinio teſte Sfor.Odd.d.q.60.ar
* tic.11.nu.23.etiam ſi dolo ingreſſus fuerit vt*eſt cõ-
* munis opinio*canoniſtarum teſte Cyn.in dic.auth.in
18 greſſi nu.7.quamuis Chriſtus velit† milites uolũtarios
D.Th.2.2.q.188.ar.9.c.præſent.3.q.3.
19 Eoque magis† ſi interuenit iuramentum Dec.cõ
ſi.180.& 181.nu.4.Cur.conſ.141.n.Bertr.conſ. 175.
n.1.lib.1.vbi atteſtatur de*communi.
Secundum caput quando minor 25.ann. & maior
14.renũciauit bñficiũ, & in ipſa renunciatione eſt læ-
ſus facto alterius & hic caſus ſubdiſtinguendus eſt in
duas concluſiones: Prima erit quando minor reſigna
uit, & beneficium adhuc non eſt collatum: Secunda
erit quando beneficium eſt collatum. Circa primã qñ
beneficium non eſt adhuc per ſuperiorem collatum
* vera*& recepta eſt ab omnibus DD.affirmatiua opi-
20 nio† vt debeat reſtitui, quam opinionem tenuit Io. &
Vinc.Ant.de Butr.Hoſt.& alij*cõmuniter ut per Ab
batem qui illos refert in c.ex parte n.14.de reſti. ſpo.
vbi hoc tenet Card.Zabarell.& glo.magna, & alij oẽs
Archid.c.certis nu.6.15.q.3.Angel.in l.vnica C.ſi de
momẽ.poſſ.aga.Sarn.de trien.q.15.cum infinitis alijs
allegatis per Boer.deciſ.350.a nu. 4. vſque ad finẽ vbi
* refert ita fuiſſe*iudicatum, & atteſtatur hanc eſſe**cõ
** muniorem, & magis æquam opinionem late Couarr.
d.c.5.lib.1.variar.reſol.& hanc opinionem tenuit Ro.
* in vna*Toletan.canonicatus, & præbendæ teſte Tho
ma de Tanis deciſ. manuſcripta 46. qui in deciſ. 54.
* atteſtatur hanc eſſe*communem opinionem alias 57.
vt atteſtatur, & tenet Ant.Bard.in tract.de temp.ven
di.c.5.num.1.& ita etiam tentum fuit in vna* Ciuitat.
Capellaniæ maioris die 5.Martij 1543.vbi maior reſi
gnauit beneficium valoris octuaginta ducatorum &
habuit pro recompẽſa beneficium 58.ducatorũ: fuit
tentum dandam eſſe reſtitutionem, teſte Put.dec.437
* lib.1.& hanc eſſe*etiam communem atteſtatur Re-
buff.in prax.fol.mihi 354.nu.2.
Ita etiam in feudo deuoluto ad dominum compe
21 tit minori reſtitutio† in integrum (quod beneficiũ dr̃
c.1.§.beneficium quib.cauſ.feud.amitt.) vt tenet Al-
be.de Roſat.in l.ſi ex cauſa §.nunc videndũ ff.de mi-
nor.Alc.conſ.69.col.penul.lib.1.
Nec obſtat quod cum minor in beneficialibus ſit
maior dic.c.vlt.de iud.non debeat reſtitui, quia reſpõ
22 detur quod† cenſetur maior, quantum ad hoc vt age
re poſſit in iudicio per ſe, & per procuratorem, nõ au-
tem quo ad hoc vt non poſſit, cum eſt læſus reſtitui
arg.c.ad noſtram de reg.ita expreſſe reſpondit Archi.
in d.c.certis nu.6.15.q.3.Abb.in d.c.ex parte num.17.
quod comprobatur quia ſi minor habilitetur per ſta
tutum vel conſuetudinem in certis caſibus vt admit-
tatur in aliquo actu iudiciali vt legitimam habeat per
ſonam† quod fieri poteſt l.vlt.qui leg.perſo.gl.in l.2.ff.
de eo quod certo loco Boer.deciſ.9.plures citat; tamẽ
ex hoc non videtur ei interdicta in integrum reſtitu-
tio ſi lædat̃ ac ſi nõ fuiſſet reputatus maior gl.in l.vni-
ca C.ſi de mom.poſſ.fuerit app.q̃ faciũt ſingularẽ ibi
23 Cyn.Alb.de Roſ.Bar.Bal.Sali.cõm.† alij Bal. in auth.ſi
captiui.co.2.ver.ſed iuxta hoc q̃rit C.de epiſc.& cler.
Bar.conſ.101.col.3.Rom.conſ.90. verſ. p̃pea Afflit.
in 2.lib.conſt.regn.rub.38.n.15.Tiraq.in tract.de no
* bil.c.20.nu.41.Borgnin.de tuto.& curat.nu.99.*cõ-
mu.opin.teſte Bero.d.deci.350.col.3.de communi ẽt
Sfor.Odd.q.15.nu.75.illud enim ut poſſit tanquã ma
ior agere in iudicio inductum eſt ex d.c.vlt.in fauo-
rem minorum, ſi enim non poſſent ex hoc petere re-
* ſtitutionem verteretur in odium contra vulg.&*com
munem regulam de qua per Tiraq.de vtroque retra-
cta.1.§.32.gloſſ.1.num.7.Rip.reſponſ.3.num. 42.tit.
de iure gent.ciuil.ſiue ſtatut.Bellon.conſ.27.nu.7. nã
hoc caſu quia habetur pro maiori etiam non ceſſat
** beneficium nullitatis, vt eſt**magis communis opi-
nio teſte Oct.Simoncel.in tract.de decre.li.3.tit.8.n.
25.& 26.ex quo patet, quod ſupradicta conſequentia
24 nõ valet, ad q̃ ẽt facit qa minor habet† legitimã cau-
ſam ſtandi in iudicio etiam abſque curatore, & reputa
tur, vt maior quo ad iudicium poſſeſſorium per ip-
ſum proponendum gloſſ.Bar.& Doct.per illum tex.

in l.vlt.C.qui legit.perſo.ſtand.in Iud.habent Abb.in
c.cum dilectus col.3.de arbit. & tamen reſtituitur in
integrum etiam in eo poſſeſſorio ſi fuerit læſus Iaſ.in
l.1.num.10.ff.de iuriſd.omn.iud.Alex.conſ.80.lib.7.
Put.deciſ.58.lib.3. Sed hic quæro de vtili caſu an ad
dādam huiuſmodi reſtitutionem ſufficiat, quod fue
rit læſus ex negligentia ſua & fragilitate ætatis an ve-
ro requiratur etiam quod fuerit læſus dolo aduerſa-
25 ri, videtur dicendum ſufficere † fragilitatem cauſatā
reſpectu ætatis, vt tenent Ioan.And.in cap.auditis co
lum.3.verb.minoribus de reſtit.in integ.Alber. in l.ſi
minor.num.1.C.de tranſact.Maurit.in tract.de reſti.
in integr.cap.174.Menoch.de recuper. poſſ. remed.
* 15.num.136.* communis opinio teſte Sfor.Odd.de
reſtit.in integr.quæſt.4.artic.2.num.7.verſ.in contra-
rium ex l.minoribus C.de reſt.in integ. etiam ſi ſine
dolo aduerſarij, tum etiam quia remediū conceſſum
* eſt propter ætatis fragilitatem l.1.ff.de min.vbi * cō
muniter DD.& nouiſſime Rebuff.conſ.83.num.2.

His non obſtantibus contrariam opinionem cre
do veriorem, quia cū in his beneficialibus habeatur
minor 25.ann.pro maiori d.c.vlt.de iudic.ſequitur le
ſionem conſiderandam eſſe non ratione ætatis, ſed
ratione, & dolo aduerſarij faciunt ea quæ ſcribit Bel
lamer.conſ.18.num.19. & 20. ad contraria reſpond.
procedere quando læditur in temporalibus in quibus
non habetur pro maiori, & ita loquitur Ioan. Andr.
Alber.Maurit.Menoch.& Sfor.Odd.

Rurſus quæro quæ læſio requiratur? Reſpond.gra
26 uem læſionem † requiri, ita poſt per ipſum cit. tradit
Couarr.dict.c.5.lib.1.variar.reſolut.in prin. ad quod
facit quia quoties expreſſum non eſt in iure quæ læ-
ſio ſit ſufficiens ad dandam reſtitutionem in integrū
27 tunc requiritur magna † l.ſuo.ff.de in integ.reſtit.vbi
* gloſſ.& communiter* doctor. Innoc. in cap. coram,
eo.tit.Coſta.in l.qui liberos n.61.ff.de rit.nupt.Sarn.
in §.pœnales num.4.Inſt.de actio.Gozzad.conſ. 44.
28. num.8.Natt.conſ.631.num.22.nec propter †modicā
datur reſtitutio gloſſ.Hoſtien.Collect.Anchar. in c.
1.de reſt.in integ.Alex.conſ.27.num.2.lib.1. Bertrad.
conſ.109.num.3.lib.3.Iaſ.conſ.63.num.2.lib.3.Rim.
conſ.400.num.37.& ſeq.lib.2.Ruin.conſ.119.num.
14.lib.5.Afflict.ſuper conſt.regn.rub.70.num.7.Ga
briel.lib.2.commun.concl.de reſt.in integr.concl.1.
* * Grat.conſ.4.num.81.lib.1.& hæc eſt**magis commu
nis opinio vt atteſtatur Burſat.conſ.27.nu. 17. cum
infinitis alijs adductis a Sfor.Odd.d.q.4.ſub nu.105.

Verum prudens iudex inſpecta qualitate perſona-
rum alijſque coniecturis iudicabit an læſio ſit huiuſ-
29 modi, vt per eam † intret remedium hoc reſtitutionis
in integrum Abb.in cap.quintauallis num.33.ant.fi.
de iureiur.gl.in c.cum illorum, & ibi Fel.de ſent.excō
mun.Ber.in c.in præſentia num.179.de prob. & in c.
cum dilecti num.55.de empt.& vend.Card.Pariſ.cō-
ſil.89.num.53.lib.1.Dec.conſ.39.num.7.cum alijs vt
per Menoch.de arbit.iud.caſ.73.Soc.Iun. conſ.144.
* num.14.lib.1.& conſ.84.num.43.lib.2.& hanc eſſe*
* * magis communem opinionem atteſtatur Soc. Iun.
conſ.48.nu.22.lib.1.a qua non eſſe recedēdum in iu-
refert Sarn.de ſubrogan.collitig.n.2.quod datur ſub
rogatio iſto modo,vt ſi contigerit prædictũ priuan
dum lite hmõi pendente mori,vel cedere , quod tali
caſu dignetur impetrãtem ad illud ſubrogare.Et cã
64 hæc non ſolet committi in curia niſi† delictũ fuerit
ibi perpetratum,vel priuãdus reſideat in curia,Sarn.
65 de ſubrogan.collitig.q.7.num.6.& dicitur†profana,
nõ beneficialis gloſ.in c.2.verb.finita,vt lit.pẽd. lib.
6.Sarn. de ſubrog.collitig. quæſt.7.numer. 2.& de

ann.q.42.col.1.ac impetrans tenetur probare delicta ad pœnam talionis vel ſaltem ad pœnam deffamationis,Sarn.d.q.7.de ſubrog.collitig.nu.6.in fin.quod intellige eo modo,vt dictum eſt ſupra nu.61.

Dubium tamen eſt,ſi dum iudicium agitatur contra homicidam,vel alium criminoſum,vt priuetur,ip
66 ſe criminoſus†moriatur,an qui impetrauit beneficiũ debeat illud habere,vide deciſ.Rotæ vlt.vt ti.penden. in nou.vbi diſputat hunc articulum.Capel.Tholoſan. deciſ.436.Sarn.de ann.q.42.col.5.Gondiſal.in tract. de legat.p.1.q.14.col.15.Gamm.in eo.tract.nu.321.
* vſque ad nu.351.vbi dicit quid*obſeruat Rota,Roffiniac.de beneſ.cap.21.num.7.

An vero dicto impetranti in forma iuris qui petit aliquem priuari propter crimen,obſtet regula Cãcel
67 larię de annal.?Rot.*ſæpe†tenuit negatiue,vt p Sarn.
* d.regul.42.de ann.col.2.limita in priuato ipſo iure,vt tenuit Rot.die 29.Octobris 1529.coram Staphileo
* in vna*Placent.Capellaniæ.

## DECIMAE SEPTIMAE QVAESTIONIS.

### SVMMARIVM.

1 Senex poteſt reſignare.
2 Senes poſſunt reſignare coram Papa & ordinarijs.
3 Renunciatio ſenis plus debet iuſtificari ,quã iuuenis.
4 Senectus eſt defectus habens in ſe labores & dolores.
5 Senectus habet plura incommoda.
6 Senex parum præſumitur viuere.
7 Renunciatio ſenis fraudulenta eſt nulla.

DEcimo ſeptimo quęro,an ſenex poſſit reſignare beneficia?Reſpondeo poſſe,†Sarn.
1 de infir.relig.q.7.col. penul.in fi.gloſſ.Cõc. Baſilien.in ita.de collat.in verb.permutationi,quã ad hoc refert & ſequit Guliel. Rouill.de iuſtit.&iur. p.2.c.14.ſub nu.2.Archid.in c.nihil 7.q.1 Mandoſ.in regul.de infir.q.4.n.
* 7.& communiter alij.

Amplia vt non ſolum ſenes poſſint reſignare corã
2 Summ.†Pontif.ſed etiam coram ordinarijs,vt colligi
* tur ex conſtitutione Pij.V.de qua infra dicetur , & eſt communis opinio.

3 Declara†vt renunciatio ſenis debeat plus iuſtificari quam iuuenis,nãque difficilius admittitur reſignatio ſenũ quam iuuenum,vt dicit glo.dicti Conc.Baſilien.quã refert Gulie.Rouill.dic.p.2.de iuſt.& iur.c.
4 14.nu.2.cum ſenectus†ſit defectus habens.in ſe labores,& dolore,Abb.in c.magnæ col.2.de vot.& dr ſenex,quaſi ſe neſciens,Archid.in c.tanta, diſtinct.86.
5 & habet†plura incommoda,vt habetur in Saluſt.in Iugurtin.in Liuio lib.5.ab vrbe condita.& late illa enumerat ſatyricus Iuuenal.ſatyr.10.Plin.lib.7. c.10. &
6 ideo†parum præſumitur viuere,Archid.in c.nihil 7. quæſt.1.Catald.de Boncomp.in tract.de Conc. trãſl. Baſilien.col.3.

7 Limit.ſecũdo,niſi renunc.†ſenis eſſet facta fraudolenter ita Sarn.d.q.7.de infir.reſign.col.penult.in fin.

## DECIMAE OCTAVAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.

1 Nemo poteſt cogi ad renunciandum.
2 Nemo cogitur permutare.
3 Inuitus nemo transfertur de vna Eccleſia.ad aliam.
4 Nemini facit iniuriam qui ius ſum proſequitur.
5 Nemo cogitur inuitus beneſacere.
6 Nemo cogitur donare,vendere,ac emere.
7 Quiſque rei ſuæ eſt moderator & arbiter.
8 Nemo cogitur recipere beneficium.
9 Abbas & Epiſcopus non poſſunt cogi renunciare.
10 Nemo cogitur acceptare Cardinalatum.
11 Cardinalatus aliquando fuit recuſatus.
12 Ex cauſa quis cogi poteſt ad renunciandum.
13 Ex cauſa cogitur quis permutare.
14 Ex cauſa poteſt quis inuitus transferri.
15 Ex cauſa quis cogitur vendere.
16 Cauſa facit recedere a regulis iuris.
17 Criminoſus cogitur renunciare.
18 Epiſcopus ob crimina cogitur cedere Epiſcopatum.
19 An Papa ſimoniacus poſſit cogi renunciare remiſſiue.
20 Illiteratus cogitur renunciare.
21 Epiſcopus ignarus literarum poteſt cogi renunciare epiſcopatum.
22 Ratione ſcandali quis poteſt cogi renunciare.
23 Ratione ſcandali quis priuatur beneficio.
24 Ratione ſcandali quis inuitus transfertur.
25 Ratione ſcandali multa fiunt quæ alias non fierent.
26 Epiſcopus ex ſcandalo poteſt priuari.
27 Tempore ſchiſmatis quid fiat?
28 Antipapa cogitur cedere.
29 Propter irregularitatem poteſt quis cogi renunciare etiam ſi ſit prælatus.
30 In caſibus in quibus prælatus poteſt priuari poteſt ẽt cogi renunciare.
31 Dictante vtilitate eccleſiæ poteſt cogi quis renũciare.
32 Propter vtilitatem eccleſiæ quis transfertur de vna eccleſia ad aliam.
33 Propter vtilitatem eccleſiæ cogitur quis permutare
34 Ob vtilitatẽ eccleſiæ quis cogitur rẽ ſuam alienare.
35 In caſibus in quibus cogitur renunciare, ei debet dari recompenſo vt viuat.
36 Cogitur renunciare quis in caſu c.quia diuerſitatem de conceſ.præb.
37 Cedens in manibus non habentis facultatem cogitur poſtea renunciare.
38 Non licet illegitimis habere beneficia vbi eorum patres habuerunt.
39 Tali caſu,aut pater,aut filius tenetur dimittere.
40 Abbatiſſa debet habere 40.annos.
41 Abbatiſſa non poteſt præfici duobus monaſterijs.
42 Abbatiſſa poteſt habere duo monaſteria annexa.
43 Abbas non poteſt præfici duobus monaſterijs.
44 Senes & infirmi non poſſuunt renunciare.
45 Remedium vt cogatur beneficiarius cedere eſt ſubſidiarium.
46 Prælatus infirmus irreuocabiliter non poteſt cogi cedere.
47 Epiſcopus cui fuit commẽdata parochialis non poteſt cogi illam cedere.
48 Petens licentiam cedendi poteſt cogi renunciare.
49 Superior non debet illudi.

50 Prĕſentata



50 Præſentata poſtulatione Papæ non poteſt ab ea recedi.
51 Pœnitentia licita eſt in pluribus caſibus.
52 Poſt ſcientiam ſuperioris pœnitentia non admittitur.
53 Fidem fallere graue eſt.
54 Perſonæ eccleſiaſticæ non debent facere eorum verba irrita.
55 Ex pacto nudo datur actio de iure canonico.
56 Deus non facit differentiam inter ſimplicem loquelam & iuramentum.
57 Licet variare ante præſentatam poſtulationem.
58 Obligatus ad vendendum cogitur vendere.
59 Epiſcopus petens licentiam cedendi cogitur renunciare.
60 Vbi militat eadem ratio fit comprehenſio.
61 Idem ius ſtatuitur vbi eſt eadem ratio.
62 Simplex beneficiarius petens licentiam cedendi ab epiſcopo cogitur cedere.
63 Petens licentiam cedendi per procuratorem cogitur cedere .
64 Petens licentiam cogitur cedere , etiam ſi alteri ius non ſit quæſitum.
65 Poſt quæſitum ius tertio non eſt licita pœnitentia.
66 In electione,& præſentatione poſt ius quæſitum nõ licet pœnitere.
67 Hodie de ſtylo licita eſt pœnitentia poſt petitam & obtentam licentiam.
68 Reſignans poteſt pœnitere ante præſtitum cõſenſum formalem in Camera,vel Cancellaria.
69 Diſpoſitio c.quidam de renunc.non ſeruatur.
70 Diſpoſitio d. cap. quidam loquitur etiam de epiſcopo .
71 Summus Pontifex vicem Dei gerit in terris.
72 Dignitas epiſcopalis magna.
73 Cardinalatus dignitas maxima.
74 Epiſcopus petens licentiam cedendi cogitur cedere .
75 Renunciatio beneficiorum inferiorum fit per ſupplicationem.
76 In ſtylo fit ſtrictiſſima interpretatio.
77 Stylus contra ius commune limitate intelligitur.
78 Stylus non excedit terminos.
79 Stylus contra legem non coadiuuatur.
80 Conſenſus requiritur de forma.
81 Qua ratione requiritur conſenſus pro expeditione litterarum.
82 Regula de conſenſibus non habet locum in epiſcopatibus .
83 Epiſcopatus prouidentur in Conſiſtorio.
84 An in renunciatione epiſcopatus requiratur conſenſus,& qui.
85 Promiſſio cedendi facta fraude non ligat.
86 Papa tenetur obſeruare ius diuinum.
87 Iuramentum eſt de iure diuino.
88 Iuramentum ſeruandum.
89 Deus eſt promiſſionum obligator.
90 Subrogatus ſapit naturam &c.
91 Pacta ſeruanda.
92 Papa debet habere vnum calamum , & vnam linguam .
93 Papa non poteſt ſe iuramento abſoluere.
94 Inter abſoluentem,& abſolutum eſt differentia.
95 Epiſcopi non poſſunt ſe abſoluere a votis.
95 Nemo poteſt imperare ſibi ipſi.
97 Gregorius XII.quid promiſit in Conclaue.
98 Gregorius XII.fuit habitus pro periuro.
99 Papa non tenetur renunciare Papatui,quamuis hoc promiſerit in Conclaue cum iuramento.
100 Papa non tenetur obſeruare capitula edita in Conclaui.
101 Factum ab aliquo vti canonico reuocatur ab eodem epiſcopo creato.
102 Promiſſiones factæ a Principe ante electionem reuocantur poſtea ſecuta electione.
103 Prĕlatus nõ conuenitur poſt prĕlationem de eo quod fecit ante.
104 Manumiſſus non conuenitur ratione negociorum geſtorum.
105 Propter ingreſſum religionis quis abſoluitur a iuramento & voto.
106 Mutatione perſonarum mutatur ſtatus.
107 Intes Cardinales ſede vacante probibita ſunt pacta.
108 Innocentius Papa in nocte ſuæ creationis plures ſupplicationes ſignauit.
109 In inſtrumento ſemper intelligitur excepta auctoritas ſuperioris.
110 Iuramentum recipit interpretationem a voluntate iurantis.
111 Papa præſumitur iuſta cauſa recedere a iuramento .
112 Qui non habet ſuperiorem poteſt ſecum diſpenſare.
113 Qui non habet ſuperiorem poteſt committere alteri abſolutionem.
114 Deficiente ſuperiore poteſt quis ſibimet ius dicere .
115 Imperator legem ſibi imponit.
116 Iuramentum eſt ſeruandum quoties habet tres comites.
117 Papa habet poteſtatem a Deo.
118 Cardinales nullam habent poteſtatem in Papa.
119 Iuramentum extortum tempore probibito non valet .
120 Iuramentum contra honeſtatem non eſt obſeruandum .
121 Electus in Epiſcopum poteſt acceptare abſque metu periurij.
122 Iuramentum non reuocandi teſtamentum eſt nullum .
123 Iuramentum intelligitur præſtitum rebus ſic ſtantibus .
124 Papa poteſt expedire etiam ardua ſine cõſenſu Cardinalium.
125 Princeps tenetur ſeruare pacta licita,& honeſta.
126 Illicita reputantur quæ ſunt aduerſus dignitatẽ Pontificiam .
127 Princeps non poteſt tollere ius naturale.
128 Princeps ex cauſa diſpenſat ſupra ius naturale.
129 Papa diſpenſat contra iuramentum.
130 Papa poteſt ſe abſoluere ſicut abſoluit inferiores.
131 Papa poteſt abſolui a confeſſario.
132 Non requiritur abſolutio cum nullum eſt iuramentum.
133 Partis citatio requiritur in abſolutione a iuramento .
134 Papa tenetur ſeruare pacta edita in Conclaue pro ſedando ſchiſmate.
135 Papa tenetur renunciare papatum cum conſtat habere vxorem.
136 Continentia clericorum eſt de iure poſitiuo.
137 Reddere debitum eſt præceptum iuris diuini.
138 Ius naturale potius ſeruandum eſt quam poſitiuum.
139 Presbyteri Grĕci contrahunt matrimonium.
140 Franciſcus Romolinus fuit creatus Cardinalis ab Alexandro VI.cum haberet vxorem.
141 Reſignatio facta coacte eſt nulla.

ET quia inter has perſonas ali-
quæ poſſunt cogi ad reſignan
dum beneficia quę obtinent,
ideo totam hanc materiã hoc
in loco explicare decreui. Et
quęro decimooctauo, an poſ
ſit cogi aliquis ad reſignandũ
beneficiũ, quod obtinet? Re-
1 * gula* eſt negatiua † ab omni-
bus doctoribus recepta, vt nemo cogatur renuncia-
re beneficio, in quo credit ius habere, ita Innoc. in c.
* licet num. 2. de elect. & alij* omnes.
2 Et nemo cogitur † ad permutandum beneficium
quod obtinet vt ſcribit Feder. de Sen. in tract. de per-
mut. benef. num. 39. Petr. de Vbald. in eod. trac. num.
* 62. & eſt communis* opinio.
3 Et inuitus† nemo transfertur de vna eccleſia ad a-
liam, vt fuit ſtatutum in Concil. Cõſtantien. teſtẽ Ab
bate in c. cõſtitutus, n. 14. de relig. dom. Idem Abb. in
c. vlt. de poſtul. præl. in fi. vbi dicit idem fuiſſe ſtatutũ
in Concil. Piſan. & in diſputatione incip. epiſcopus.
Et ratio eſt ſecundum Innoc. loco citato, quia ne
4 mini † facit iniuriam qui ius ſuum proſequitur, c. cũ
* eccleſia Vulter. de elect. vbi* omnes.
5 Accedit quia † nemo cogitur inuitus benefacere,
l. inuitus nemo in principio, ff. de regulis iuris l. tuto
ri ff. de nego. geſt. gl. in c. ad reprimendum, de offic.
ord. Crauett. conſ. 121. num. 11. Natt. conſ. 500. verũ
* num. 10. lib. 3. & communiter* alij.
6 Nec etiam aliquis † poteſt cogi ad donandum, vẽ
dendum, & alienandum, l. nec emere, C. de iure deli-
* ber. Cor. conſ. 151. nu. 1. vol. 3. & eſt communis* re-
7 gula, quia † quiſq; rei q̃ poſſidet eſt moderator, & ar-
* biter, l. in re mandata, C. mand. vbi* omnes.
Præterea accedat alia ratio poſita per Fed. de Sen.
8 & Petr. de Vbald. in citatis locis, quia † ſicut nemo co
gitur recipere beneficiũ, vel dignitatẽ eccleſiaſticã
Innoc. in c. 1. de his quæ fiunt a maior. par. cap. & in
* c. quã ſit de elect. & cõiter* eſt receptum, ita neq; re-
nũciare acceptũ, ẽt ſi habeat annexã dignitatẽ, vt eſt
9 † Abbatia, & Epiſcopatus, vt tradit Abb. in c. ad ſup-
10 plicationẽ, n. 8. de renun. Rom. conſ. 345. nu. 1. ẽt † ſi
ſit Cardinalatus, vt voluit Cald. cõſ. 1. de trãſlat. Epi-
ſcop. Abb. in c. vlt. n. 13. de poſtul. prælat. Barb. de p̃-
ſtant. Card. 12. q. Baſilica primę partis n. 10. ponentes
11 exẽplum in Epiſcopo † Floren. qui nolebat acceptare
Cardinalatũ, & nouiſſime tpe fel. recor. Greg. XIII.
quidã Hiſpanus noluit acceptare Cardinalatum.
12 Limita vt ex cauſa † quis poſſit cogi ad reſignãdũ
beneficiũ q̃ obtinet, Abb. in c. quidã in 2. not. & in
c. ad ſupplicationẽ, de renunc. Hoſt. quẽ refert & ſe-
quitur Petr. Vbald. de permut. beneſ. nu. 63. Feder. de
Sen. in eo. tract. num. 39. Iacob. de Conc. lib. 9. art. 3.
nu. 25. vbi declarat dictum Innoc. in d. c. licet, vt non
procedat cauſa accedente, Pauinus de auct. c. ſed va
can. p. 2. q. 2. nu. 13. vbi dat exemplum quando ſit in
* reſignantis pœnam, & hæc eſt communis* opinio.
13 Ita ex cauſa quis cogitur † ad permutandum bene
ficia, vt tradit Fed. de Sen. & Petr. de Vbald. locis cita
* tis, & eſt communis* opinio omnium Doctorum.
14 Ita etiam ex cauſa † quis poteſt inuitus trãſferri de
* vna Eccleſia ad aliam, vt eſt* communis opinio, vt p
Rom. conſ. 345. nu. 3. cum ſeq. & pręcipue n. 5. Fel. in
c. quæ in Eccleſiarũ, nu. 43. de conſt. de communi at
teſtatur Hor. Mand. in add. ad dictum cõſ. Romani.
15 Ita etiam ex cauſa † quis cogitur vendere rem ſuã,
vt ſcribit Cor. conſ. 25. n. 9. vol. 4. Florian. in l. ſi quis
ſepulchrũ, ff. de relig. & ſumpt. fun. Ang. in l. 2. ff. ſol.
* matrim. Couar. lib. 3. var. reſol. c. 10. vbi refert ita* fuiſ
ſe iudicatũ, & plures citat, & habes late p Barth. Soc.
* in tract. fallen. reg. 435. per totũ, & ſequuntur* oẽs.
16 Nam cauſa facit † recedere a regulis iuris, l. ſi ho-
minem ff. mand. Dec. in c. cum ſit Romana nu. 13.
de appell. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 52.
* num. 5. & eſt* communiter ab omnibus traditum.
17 Primũ † exemplũ eſt in criminoſo qui cogitur re-
nunciare, gl. in c. niſi cum pridẽ, in ver. dũtaxat in fi.
* & ibi Hoſt. Abb. n. 3. & * cõiter alij Doctores, Card.
Alex. in c. hoc nequã n. 2. 7. q. 1. D. Tho. 2. 2. q. 185.
art. 4. verſ. reſpondeo, & probatur expreſſe in d. c. niſi
18 q̃ aũt qũo procedat, dicã infra: idq; procedit ẽt † in
Epiſcopo, nãq; in eo loquunẽ Doc. allegati, & tex. in
d. c. niſi, ac ẽt probatur in c. ex literis, de exceſſ. præl.
vbi Inno. III. ſcribit Epiſcopo Hiponen. & Abbati
de Tileſo viſitatoribus Lombardiæ, vt moneãt Epi-
ſcopũ Albiganẽ. cedere Epiſcopatui, alioquin eum
priuẽt: nã ex eo quia conſenſit homicidio indignus
eſt altaris miniſterio, & per conſequens non põt põ-
* tificale officiũ exercere, & ibi* oẽs Doct. hoc dicũt.
19 Quod an procedat † in Papa ſimoniaco, & noto-
rie criminoſo, ac incorrigibili, vt poſſit cogi, habes
per Imol. in c. propoſuit in 11. col. de conceſſ. præb.
& per Bal. in c. olim de reſcrip. Fel. in c. ad audientiã,
de præſcrip. & in c. cum veniſſent, de iud. & latiſſime
hunc articulum ad partes diſputantem, & plura ad-
ducentem per Iacob. de Concilio lib. 9. art. 2. a prin
cipio vſque ad finem per 206. numeros.
20 Secundum exemplum † eſt in illitterato qui cogiẽ
beneficiũ renunciare, Hoſt. in c. niſi cũ pridẽ nu. 14.
* Bal. n. 3. & alij oẽs, de renũ. idẽ Hoſt. in c. vlt. n. 3. ver.
ſed ẽt de ætat. & qualit. & ibi Abb. nu. 1. & 2. Fel. in c.
ſi qñ nu. 14. de reſcrip. Alfonſ. Hoied. trac. de incõp.
* benef. p 1. c. 24. nu. 29. in fi. &* cõmuniter doctores.
Idque probatur in d. c. vlt. de ætat. & qualit. & ex
rationibus quas pono infra in alio lib. vbi declaro. &
21 hoc † procedit etiam in Epiſcopo prout loquũtur au
* ctoritates citatæ, & eſt communis* opinio.
22 Tertiũ exẽplũ, vt rõne † ſcãdali qs poſſit cogi renũ
ciare beneficiũ, q̃ obtinet, ẽt ſi ſit Epiſcopus, Fed. de
Sen. trac. de pm. benef. n. 40. Hoſt. ĩ d. c. niſi cũ pridẽ,
n. 63. Card. Iac. de Cõc. li. 9. ar. 3. n. 24. & n. 37. Mant.
* * in dialogo de Cõc. n. 55. & eſt* cõis doct. ſententia*
23 in praxi quoq; recepta, nanque ratione † ſcãdali quis
priuatur Gamb. in extrauag. Iulij II. de ſimoniaca Pa
pæ electio. num. 256. Steph. Aufrer. in clem. vt cleri-
* corum, num. 12. de off. ordin. &* communiter alij.
24 Et rõne ſcãdali † qs transferri põt de vna Eccleſia
ad aliã, Arch. in c. ſuggeſtũ 7. q. 1. Abb. in c. 1. de elec.
* Redũã. de reb. Eccl. nõ alien. rub. 18. n. 54. & eſt* cõis
25 opinio. Et rõne ſcãdali † multa fiunt, q̃ alias non per-
mitterenẽ, Philippus Prob. de iur. regal. q. 23. n. 3. Ce
poll. de ſimul. contrac. n. 247. Card. Pariſ. conſ. 68. n.
132. vol. 4. & plura referã infra dũ de cauſis reſigna-
26 tionis tractabo, & id procedit nõ † ſolũ in Epiſcopo,
vt dictæ auctoritates loquunẽ, ſed ẽt hẽt locũ in Pa-
27 pa, nã ad ſedãdũ † ſchiſma daẽ hic modus inter alios,
28 vt cogaẽ cedere tã Papa, q̃ † antipapa, Pet. de Anch. in
trac. ſchiſmat. in 3. q. Card. & Arch. quos refert, & ſe
quiẽ Card. Iac. de Conc. lib. 9. ar. 3. n. 24. qđ fuiſſẽ ſer
uatũ tpe Greg. XII. legimus in Concilio Conſtan.
29 Quartũ exẽplũ erit † in irregularitate pſonæ, nã p p
hanc poterit quis cogi renunciare, etiam ſi ſit Præla
tus, vt voluit Hoſt. in d. cap. niſi cum pridem num.
* 41. & eſt* communis opinio, vt infra dicam.
30 Quintum † exemplum erit in omnibus caſibus in
quibus beneficiarius poteſt priuari, namque poteſt
moneri



moueri his caſibus, & cogi ad renunciandum, & ſi
nolit, poterit procedi ad priuationem, quod colligo
* ex auctoritatibus ſupra allegatis, tradunt* communi-
ter Doct. in d. cap. niſi cum pridem, de renunc. Silue-
ſtr. in ver. ſimonia, ſub num. 10.
31 Sextum* exemplum erit quando vtilitas Eccleſiæ
hoc ſuadet, vt quia imminet periculum deſtructionis
Innoce. in d. c. niſi cum pridẽ §. propter malitiã, Abb.
ibidẽ n. 11. verſ. quandoque de renunc. Feder. de Sen.
de perm. benef. n. 39. & 40. Petr. de Vbald. in eo. tract.
num. 63. verum hoc caſu ſolet procedi per dationem
coadiutoris, vt infra dicam.
32 Ita propter † vtilitatem Eccleſię quis transfertur de
* vna Eccleſia ad aliam iuxta communem* opin. de qua
per Roman. d. conſ. 345. & per Lap. in addit. ad dictũ
tract. Feder. de Sen. num. 39.
33 Ita quoque propter † vtilitatem Eccleſiæ quis cogi
tur permutare, vt voluerunt Feder. de Sen. & Petr. de
* Vbald. locis citatis, & cõmuniter* doctores ſequunẽ.
34 Præterea propter vtilitatem † Eccleſiæ quis cogitur
rem ſuam alienare, ut late per Couar. lib. 3. var. reſol. c.
* 10. & eſt* communis op.
35 Declara tamen vt his caſibus † debeat dari renunciã
ti recõpenſa & contracambium reddituum, vt poſſit
viuere, vt voluit Feder. de Sen. in tract. de permutat.
benef. nu. 40. Petrus de Vbal. in eod. tract. nu. 63. poſt
Innoc. quem citat Hoſt. in d. c. niſi cũ pridem de re-
nunc. Iacob. de Concilio lib. 9. art. 3. nu. 25. & nu. 37.
* & eſt cõis* opinio quam vidi ſeruari in facti* contin
* gentia, quod etiam vult Abb. in c. vlt. n. 13. de confir.
vtil. vel inut. volens Epiſcopo coacto renunciare pro
pter delictũ dandum contracambium.
36 Septimũ exemplum † erit in caſu c. quia diuerſitatẽ
de conceſſ. præben. vbi Innoc. III. mandat P. Sanctæ
Mariæ in via lata diacono Cardinali Apoſtolicæ
ſedis legato vt cogat ad reſignandas præbendas eos,
qui tempore ſuſpenſionis Archiepiſcopi Elboracen.
& poſtea abſq; eius auctoritate ſe intruſerunt in illis
ibi, *Mandamus quatenus eos, qui præbendas, vel di-
gnitates Eccleſiæ Elboracen. vel aliarum ad donatio
nem eius ſpectantes præter auctoritatem, acceperunt
ipſius, ad eas reſignandas monitione præmiſſa per ex
communicationis ſententiam, & ſubtractionem alio
rum beneficiorum, non obſtante confirmatione a Sede
Apoſtolica obtenta ſub forma communi, &c.* & ibi
gl. Abb. & alij Doct. ex his verbis formant plures quę
ſtiones, quas ego reſolui in interpretatione cap. 1.
de iudic. in notabilibus Abbatis.
37 Octauum eſt exemplum † in eo qui ceſſit in mani-
bus non habentis facultatem recipiendi reſignationẽ
illam, namque volente ſuperiore cogitur denuo cede
re, ita Ant. de Butr. in cap. vlt. num. 5. de renunciat.
cuius opinio iuſtificatur ex his quæ infra dicam dum
tractabo coram quo ſit facienda renunciatio.
Nonum eſt exemplum in caſu cap. 15. ſeſſ. 25. de re
form. in Conc. Trident. vbi ex eo quia ſtatuit Conci-
38 lium, vt † non liceat filijs clericorum qui non ex legiti
mo matrimonio nati ſunt in Eccleſijs vbi eorum pa
tres aliquod beneficiũ Eccleſiaſticũ habent, aut ha-
buerũt, etiam diſſimile beneficiũ obtinere, nec in di-
ctis Eccleſijs quoquo modo miniſtrare, vt arceatur
memoria a locis Deo conſecratis, ſubdit tex. *Quod ſi
in præſenti pater & filius in eadẽ Eccleſia beneficia
obtinere reperiantur, cogatur filius ſuum beneficiũ re
ſignare, aut cũ alio permutare extra Eccleſiã intra
triũ menſiũ ſpatiũ, alias ipſo iure eo priuatus exiſtat,
& ſuper his quęcumq. diſpenſatio ſubreptitia cenſea
tur, &c.* & eſt cogendus † potius filius, quam pater, q̃a
in eo maior ratio militat, vt per Abb. in c. cũ decorẽ
39 de fil. presbyt. & ſi mortuus eſt pater non tenetur fi
* lius illud beneficium dimittere, vt cenſuit* ſacra Con
gregatio Conc. Trid. 8. Cal. Decembris 1566.
Decimum exemplum in caſu cap. 7. ſeſſ. 25. de re-
form. Conc. Trid. vbi poſtq̃ ſtatuit † Concilium ne eli
40 gatur Abbatiſſa minor 40. ann. & q̃ octo annis poſt
emiſsã profeſſionẽ laudabiliter vixerit, ſubdit, *Duob.
vero monaſterijs nulla præficiatur et ſi qua duo, vel
plura quocumque modo obtinet cogatur vno excep-
to intra ſex menſes cetera reſignare, poſt id vero tem
pus, niſi reſignauerit omnia, ipſo iure vacant.* nam ſi-
41 cuti vnus Abbas non poteſt præfici † duobus monaſte
rijs, vt in Concilio Agathen. cap. 38 & 57. Venet. ca.
8. niſi vnum monaſterium dependeat ab alio, vel inui
42 cem ſint † annexa, cap. vlt. de relig. dom. cap. cum ſin-
* gula de præb. in 6. gl. q̃ dicit* ſingularẽ Abb. in c. cum
Eccleſia n. 37. de except. ita & Abbatiſſa nõ põt p̃fici
43 & habere duo † monaſteria, ẽt ſi vnũ habeat in titulũ,
aliud vero incõmẽdã. vt probant illa verba quocũque
* modo, & eſt communis* opinio om. doctorum.
Et quia in præſenti quæſtione occurunt aliqua du
bia, ideo de illis eſt videndum.
44 Et primo an ſenes † & infirmi poſſunt cogi ad re-
ſignandum eorum beneficia, quæ obtinent? cõis* cõ
* cluſio eſt negatiua, vt tradit Innoc. in c. niſi cum pri
* dem nu. 4. Abb. num. 9. & alij* omnes.
Nã nullibi hoc cautũ reperiẽ, & nulla adeſt cauſa
rationabilis, cum aliter poſſit Eccleſiæ prouideri, ad
not. in c. vlt. de cler. ægrot. vbi Io. Andr. Abb. Imol. &
* alij oẽs, hoc. n. remediũ vt cogatur* beneficiatu cede
45 re eſt extra ordinẽ, ad q̃ nõ debet deueniri, niſi in ſub
ſidiũ l. in cauſæ la ſecunda ff. de minor. l. in prouincia
li. ff. de oper. nou. nunc.
46 Amplia ẽtſi beneficiatus † vel Prelatus ſit infirmus
incurabiliter, nã nihilominus non põt cogi renunc.
n. 3. verſ. itẽ Prælatus, & ibi Abb. in ſin. ex cap. ex parte
de cler. ægrot.
Rurſus quæro ſi fuit cõmendata parochialis Eccle
47 ſia Epiſcopo donec de † ea diſponat in perſonã bene-
meritã, & gratã, an poſſit cogi ad renunciãdũ? Rot. te
nuit eſſe in facultate ſua an velit reſignare, vel nõ, Pe
* legrinus deciſ. 137. lib. 2. in manuſcript.
Secundo an poſſit cogi ad reſignandũ beneficiũ, q̃
* petijt a ſuperiore licentiã cedendi, illãq; poſtea obtu-
48 nuit? Reſpõdeo cõmunẽ,* & receptã † eſſe doctorũ ſen
tẽtiã affirmatiuã, vt poſſit hoc caſu cõpelli, q̃ tenue-
rũt Inoc. Hoſt. Abb. antiquus, Bernardus in caſibus.
Ant. de Butr. nu. 5. Card. Zabarell. Io. And. Bald. An
* char. Egid. Anan. Collectaneus, Abb. Panormit. cæte-
riq;* oẽs in c. qdã de renun. gl. in c. niſi in fin. in ver. li
cẽtia, & ibi ẽt Card. in fin. eod. tit. Hoſt. in ſum in tit.
de renũc. §. qs renũciare n. 5. verſ. nõ põt. Goffred. in
ſum. de renũc. nu. 15. D. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 4. verſ. ſed
cõtra Petr. Rauen. in cõpẽdio iuris canonici p. 3. tit.
de renũnc. col. 8. verſ. & nota pulchrũ D. Ant. in ſua
ſum. part. 3. tit. 19. c. 5. §. 1. in fi. Silueſtr. in ver. renunc.
Tabien. in eod. verb. n. 11. Bonif. de Vitall. in clem. vni
ca n. 20. de renunc. Dec. in c. ex p. el 1. n. 4. de reſcript.
Gãb. deciſ. 19 in manuſc. Caſſad. deciſ. 1. n. 3. & dec. 2.
n. 7. de renũnc. Petr. Gregor. ſyntag. iuris. lib. 17. c. 17.
& lib. 51. c. 14. n. 1. Mandoſ. in reg. Cancell. de infir.
reſign. q. 9. n. 4. Maiolus in tract. de irregularitate li. 3.
c. 6. Rebuff. cõſ. 70. 12. verſ. 18. Fuſcus in tract. de viſi-
tat. 2. p. c. 28. n. 1. & Abb. antiquus in d. c. qdã inducit
illã decretalẽ pro eo qui promiſit comedere cũ N.
qui de hoc faciebat magnam inſtantiam, & poſtea nõ
curauit vt poſſit cogi.

Et hãc cõcluſionẽ ꝓbat tex.in d.c.qdã de renunc.
vbi Innoc.III.in Concilio generali hęc verba ꝓfert.
*Quidam cedendi licentiam cum inſtantia poſtulantes ea obtenta cedere prætermittunt, ſed cum in poſtulatione huiuſmodi, aut Eccleſiarum cõmoda quibus præſunt, aut ſalutem videantur propriam attendiſſe, quorum neutrum ſuaſionibus aliquorum quærẽtiũ, quæ ſua ſunt, ſeu etiam leuitate qualibet nolumus impediri eos ad cedendum decernimus compellendos.*
Ratio eſt vt tradit gloſſ.in d.cap.quidam ver.com-
49 pellendus,ne illudatur †ſuperior,illuderetur enim ſi lo-
50 cus eſſet pœnitẽtiæ,hac enim ratione †pſentata poſtu
latione Papæ non poteſt ab ea recedi cap.bonæ,el ſe-
cũdo,§.nec obſtabat,ver.ſi enim poſtquam de poſtu
lat.prælat.variatio enim prohibita eſt, clement.vnica
de renunciatione,vbi Card.& Bonifac.de Vitall.poſt
gloſſ.adducunt concordantia & in hoc fundari diſpo
ſitionem d.c.quidam tradunt ibi Hoſt.Egid. in prin.
Butr.num.5.Goffred.loco cit.num.15.in fin.Hoſt.in
51 ſum.d.§.quis renunciare nu.6.Ideo†quamuis pœnitẽ
tia licita ſit pluribus caſib. quos poſt alios deduxi in
l.eos ff.de falſ.tamen non admittitur pœnitẽtia in his
52 quæ ſuperioris†præſentiam exigunt poſt ipſius ſcien
* tiam,ne illudatur,& ita omnes*concludunt.
53 Accedat ſecunda ratio quia admodum † graue eſt
fidem fallere,l.1.in princ.ff.de conſtit.pecun.l.1.ff.de
pact.capitul. noli exiſtimare 23.quæſtio. prima.Paul.
de Caſtrenſ.conſ.317.nu.li.1.maxime perſonis Eccle
ſiaſticis, quæ cauere debent ne eorum†verba faciant
54 irrita,Card.in d.clem.vnica nu.1.2.& 11. in fi.Bonif.
nu.18.de renun.Fel.in ca.cum olim nu.5.de re iudic.
55 Tertio quia ex ſimplici†promiſſione,& pacto nu-
do de iure Canonico datur actio cap.1.&ibi Doct.*
omnes,vt congerit Fel.nu.5.de pact.cum alijs vt per
Iaſ.in l.iuriſgentium.§. ſed cum nullæ nu.4.ff.eo.late
56 Card.Pariſ.conſ.82.lib.1.nam†Deus inter ſimplicem
loquelam & iuramentum non facit differentiam, vt
dicit glo.in d.c.1.in ver.prax.ſeruetur in fin.cap. iura-
menti.22.quęſt.1.
57 Quare quẽadmodum †in poſtulatione licet poſtu
lantibus variare ante præſentationem poſtulationis
etiam inuito poſtulato,tamen poſtquam poſtulatio
pñtata eſt Papæ non poſſunt ab ea recedere, ne Papã
illudere videantur,vt dicitur in.d.cap.bone,& ibi In-
* noc.& cõiter Docto.vt de cõmuni teſtatur ibi Abb.
num.10.de poſtul.prælat.ita & poſt obtentam licen-
tiam cedendi a ſuperiore non erit licitum pœnitere,
58 ita etiam qui ſe obligat†ad vendendum compellitur
vẽdere,l.ſi hæres ff.de act.emp.no.in l.fideiuſſor& ibi
Bart. ff.de le.1.Anch.in d.c.quidam,vbi Anan. nu.2.
Et hæc concluſio procedit nedum in ſimplici be-
59 neficiato, ſed in habẽte dignitatem † Eccleſiaſticã ẽt
Epiſcopalem,Hoſt.Io.And.Card.Butr. Anan ita exẽ
* plificant,& hęc eſt*communis & recepta Doctorum
ſententia,tum quia in ſimplici beneficiato eſt caſus
in terminis in d.c.quidam,vnde nulla remanet dubi-
tatio,Corn.conſ.106.ſub nu.4.lib.4. Dec. conſ. 484.
nu.1.Ceſal.conſ.138.nu.70.lib.1.Socc.Iun.conſ.12.n.
2.Roland.a Vall.conſ.77.n.5.lib.1.tum etiam quia in
dignitate Pontificali militant eædem rationes ſuper
quibus fundatur diſpoſitio d.cap.quidam,vt omni-
60 bus innoteſcit, vnde vidẽtur ſub illa diſpoſitione†tex.
comprehendi Dec.in cap.at ſi clerici.§.de adulterijs,
nu.28.de Iudic.& in cap.2.requiris, n.2.de appell. &
conſ.284.colum.2.& conſilio. 301.colum.2. & conſ.
301.col.2.Card.Pariſ.conſ.83.n.21.vol.3.& conſ.66.
num.3.vol.4.Crau.con.118.nu.15.Oldr.conſ.185.in
61 fin.vbi enim eadem eſt ratio ibi idem†ius ſtatui debet
vulg.l.illud ff.ad l.Aquil.l.a Titio.ff. de verb. oblig.&
hæc concluſio nullum habet*dubium,eo magis cum
tex.in d.c.quidam loquatur generaliter.
62 Secundo hæc concluſio†procedit,ſiue fuerit peti-
ta,& habita licentia a Papa ſiue etiam ab alijs inferio
ribus ordinarijs,namque etiam in his militat ratio il
luſionis,& variationis,& hoc eſt de mente Hoſt. Io.
And.Card.Ant.de Butri.Abb.in d.cap.quidam, & eſt
* communis*& recepta doctorum ſententia, vt patet
ex doctoribus allegatis ſupra,qui loquuntur pro ma
iori parte abſolute,namque d.cap.quidam loquitur ge
neraliter,ergo,&c.
Tertio hæc concluſio procedit,ſiue fuerit hęc li-
63 centia petita,& obtenta per ſe,†ſiue per alios,de man
dato tamen & ad inſtantiam ipſorum beneficiatorũ,
namque quod ab alio ſit de mandato meo, vide-
tur a me factum,& in hoc tendent*communiter om
nes,vt dictum eſt ſupra ſuo loco.
Quarto hęc concluſio procedit,ſiue poſt obten-
64 tam huiuſmodi licentiam ius non fuerit † quæſitum
tertio,ſiue fuerit quæſitum, quod colligitur ex omni
bus ſupradictis doctoribus citatis,namque nõ ſe fun
dant quod alteri ſit ius quęſitum,ſed quod prohibita
eſt illuſio,& variatio,bene verum quod ſi fuerit quæ
65 ſitum ius tertio,eo fortius poterit†pęnitere,Hoſt.Io.
Andr.Egid.3.opp.Card.in opp.Butr.n.7.in d.c.quidã
Goffred.loco cit.nu.15.verſ.& hoc verum eſt,vt vide
66 mus in electione,poſtulatione,præſentatione, in qui
bus non admittitur pœnitentia poſtquam alteri ius
eſt quæſitum Din.in reg.iuris in 6.Abb. in d.c. bone
* el ſecundo nu.11.de poſt.præl.&* cõmuniter Doct.
Sed dubium eſt an hodie hoc procedat.duo capi-
ta ſunt conſtituenda,vnum.ſ.in beneficijs inferiori-
bus,& in dignitatibus quæ expediuntur extra conſi-
ſtorium,aliud vero in Epiſcopatibus Archiepiſcopa-
tibus,& alijs beneficijs conſiſtorialibus.
* In primo capite vera,&*communis eſt ſententia
67 ab omnibus fere approbata †licitam eſſe hodie pœni-
tentiam poſt petitam & obtentam licentiam renun-
ciandi:quandoquidem licitũ eſt pœnitere donec con
* ſenſus fuerit extenſus in Camera vel Cancellaria vt
late dixi ſupra lib.1. & eſt* communis opinio.
In ſecundo capite an hoc hodie procedat in Epi-
ſcopatibus,vt ſi Epiſcopus petijt, & obtinuit licentiã
poſſit poſtea cogi reſignare.
Pro negatiua facit quia ex pluribus deciſionibus in
*68 ſacro Auditorio*Rotæ factis conſtat † reſignantem
poſſe pœnitere ante præſtitum conſenſum formalẽ
in Camera vel Cancellaria etiam poſt ſignatam ſuppli
cationem,vt atteſtantur Put.deciſ.17.& 29.in titu. de
renunc.in manuſc.& dec.206.li. 2.Moheda.deciſ.11.
Accoramb.dec.47.Achil.de Graſſ.deciſ.1.de renunc.
Ant.Auguſt.deciſ 186.li.3.Cott.deciſ.16.Sarn. deci.
20.li.1.omnes in manuſc.cum alijs cit.ſupra li.1.adeo
* quod hæc eſt communis*& recepta Doct. ſententia,
& in locis citatis dict.doctores dicunt diſpoſitionem
69 * †d.c.quidam receſſiſſe ab aula,& ita ſeruari* de ſtylo
attentis modernis regulis Cancellariæ atteſtantur.
Pro affirmatiua uero facit quia diſpoſitio d.c.qui-
70 dam loquitur etiam de † Epiſcopis, vt ibi conſiderant
Hoſt.Io.Andr.Butr.Egid.Anan.& alij* communiter
vt ſup.dixi,Card.in clemen.vnica q.1.& ibi Bonif. de
Vitall.num.29.& 30.de renunc.in quibus magnopere
prohibetur variatio ad not.in d.clem.vnica de renun.
vnde ſequitur non poſſe pœnitere poſt obtentam li-
centiam cedendi ex his quæ dicta ſunt,eo magis quia
cum renuntiatio Epiſcoporum a ſummo Põtifice dũ
* taxat admittatur iuxta communem*opinionẽ de qua
dicam



dicam ſuo loco,per huiuſmodi pœnitentiam ipſe sũ
mus Pontifex illuderetur,vt tradit gl.in d.ca. quidam
in verbo compellendos,ꝙ quam graue ſit omnib.pa-
71 tet,cum Summus Pontifex † Dei vicem in terris ge-
rat,vt late proſequitur Card. Pariſ.conſ.68.volu.4.&
hæc opinio mihi magis placet habito reſpectu ad per-
ſonam,quæ petit licentiam, eſt enim Epiſcopus cuius
72 dignitas†eſt maxima,Burſ.Conſ.351.nu.14.vol.4. &
ad perſonam per quam petitur licentia huiuſmodi,
nã vt tota die experimur hoc fit medio Illuſtriſſimo
73 rum Cardinalium,quorum†dignitas quanta ſit licet
videre ex his q̃ ſcribunt Barb.in tract.de auct. Card.
ac Manfred.& Card.Alban.alijque in eod. tract. &
tandem ad perſonam ſummi Pontificis concedentis
hoc unde maximum oriretur ſcandalum ſi hmõi per
74 ſonæ illuderentur,quare dicendum†eſt,& concluden
dum Epiſcopum petentem & obtinentem licentiam
renunciandi Epiſcopatui poſſe cogi cedere niſi aliud
viſum fuerit ſanctitati D.N.PP.
Non obſtant deciſiones Rotæ in contrarium alle
gatæ.ſ.pro negatiua opinione, namque reſpondetur
* loqui*de ſtylo,quia præſupponunt ius commune eſſe
in contrarium,ſ.non eſſe licitam pœnitentiam, & lo-
75 quuntur in renunciationibus beneficiorum†inferio-
rum,quorum renunciatio fit per ſupplicationem por
rectam R.P.D.Datario,ſed hic ſtylus non reperitur
eſſe obſeruatus in renũciatione Epiſcopatuum, quo
fit vt non fiat extenſio ad huiuſmodi renunciationẽ,
76 nam in ſtylo†ſtrictiſſima ſit interpretatio, vt non ex
tendatur de caſu ad caſum,de loco ad locum, prout
habetur in l.de quibus.ff.de legib.in c.vlt.de conſuet.
cap.auditis de reſcript.Fel.in cap.in noſtra collor.21.
verſ.ſed obſtare videtur,de reſcr.Card.Pariſ.cõſ.112.
num.12.vol.4.Hinc dicit Bellam.deciſ.65. & deciſ.
461.qđ allegantes ſtylum debent deducere caſus in
quibus fuit ita actum,vt poſſit dignoſci vtrum ex illis
poſſit argui ad eum,de quo eſt conuerſio.Hinc ſcri
bit Dec.conſ..72.col.2.circa medium,verſ.& iſta cõ-
77 cluſio,ſtylum contra ius cõmune tantum †habere de
potentia quantum de actu,& non plus, quare limita
te intelligitur ut habeat locum duntaxat in caſibus
in quibus ita fuit obſeruatum, late Crau. de antiq.
temp.p.4.in princip.num.42.cum ſeq.quo fit vt indu
* bitata &*communis ſit concluſio ſtylum† contra ius
78 commune non excedere terminos,Bald.conſil.275.
col.vlt.lib.2.& in l.vlt.col.4.num.9.C.com. vtriuſque
iud.ſed hic ſtylus eſt contra ius commune,nempe cõ
tra d.c.quidam,vnde cum tantum reperiatur intro-
ductus in renunciatione beneficiorum inferiorum,
non debet extendi ad renunciationem Epiſcopatus,
cum hæc inter ſe differant,diuerſiſque formis & mo
dis fiant vt dicam ſuo loco,eoque magis †quia ſtylus
79 contra legem certam non coadiuuatur,immo inter
eſt vt annulletur iuxta ea,quæ ſcribit Menoc.cõſ.52.
num.51.& conſ.101.n.74.lib.1.Alciat. conſ.220.in
fin.Burſ.conſ.393.num.20.lib.4.
Idque eo libentius erit firmandum in caſu noſtro
cum ceſſet ratio quare ille ſtylus fuit introductus.Nã
80 cum in reſignationib.conſenſus tacitus qui reſulta-
bat†ex porrectione ſupplicationis videretur formalis
ad validitatem ipſius renunciationis Caſſador.deciſ.
prima de renunciat. Moedan. deciſ. 60. Creſcent.
deciſ.210.conſenſus qui poſt ſignatam lib.1.Put. de
ciſ.19.de renunc.in manuſcript.dummodo de porre
ctione facta per reſignantes vel eorum legitimos ꝓ
curatores conſtet,Guidob.deciſ.92.quamuis procu-
rator in manuſcr.Et in hoc erãt fundatæ conſtitutio
nes Alex.VI.& Leonis X.de quibus per Boer.deciſ.
81 348.Verum cum†ex experiẽtia appareret multas frau
des in hoc poſſe fieri,quia quis poſſet nomine alterius
porrigere ſupplicationem reſignationis illumque
hoc modo priuare beneficijs,Sarnen.de public. reſi-
gnan.q.7.num.3.& 4.Put.deciſ.3.incip.Alfonſus lib.
3.ideo regula Cancellariæ 40.vel 23.requirit conſen
ſum pro expeditione literarum,qui conſenſus præſta
tur in Camera,vel Cancellaria,& eſt formalis, vt late
per Sarnen.de inf.reſign.q.31.& dicam ſuo loco, ſu
per hac enim regula Cancellarię fundatus eſt hic ſty
lus,& per conſequens deciſiones factæ in Rot.quod
ſit licitum pœnitere ante pręſtitum conſenſum in Ca
82 mera,vel Cancellaria,ſed hæc regula Cancellariæ†nõ
* habet locum in Epiſcopatibus,tum quia, vt dixi, &
eſt*communis ſententia,hæc regula facta eſt ad ob-
uiandum fraudi,quæ fraus non cadit in renunciatio
83 ne Epiſcopatuum † cum huiuſmodi renunciationes
fiant in Conſiſtorio pſentibus Cardinalibus,& ad re
lationẽ vnius Cardinalis fiat diſpoſitio Eccleſiæ,arg.c.
nobiliſſimus,& ibi Præpoſ.97. di.quo fit vt nullũ ſit
dubiũ poſſe aliquẽ porrigere ſupplicationem, & im-
petrare Epiſcopatum,cum diſpoſitio Epiſcopatuum
fiat per cedulam ad relationem Cardinalis,vt ſuo lo-
co dicam. Tum etiã quia regula ſtatuit,vt præſentes
in curia debeant conſentire perſonaliter per ſe ipſos
84 & tamen in reſignationibus quæ fiunt†de Epiſcopa-
tibus per præſentes in curia ipſi non conſentiunt co
ram Papa,ſed aliquis Cardinalis eorum nomine reſi
gnat in Conſiſtorio,& illi ſimplici reſignationi ſta-
tur,abſque quo alius cõſenſus per ipſos præſtetur;vn
de cum in reſignationibus Epiſcopatuum non habea
mus per regulam Cancellariæ immutatum ius com
mune, & ſtylus curiæ quod ſit locus pœnitentiæ fue
rit introductus reſpectu regularum Cancellariæ, &
non reperiatur obſeruatus in Epiſcopatibus in qui-
bus militat diuerſa ratio,ſequitur argumentum in cõ
trarium adductum non obſtare,quod patet eo etiam
quia omnes Doct.ſupra citati in præallegatis deciſio
nibus dicunt licitam eſſe pœnitentiam vſque ad con
ſenſum præſtitum in Camera,vel Cancellaria, ſed in
renunciatione Epiſcopatuum non præſtatur conſen
ſus in his locis,vt ſupra dictum eſt,ergo ex mẽte Do
ctorum colligitur hoc duntaxat procedere in benefi
cijs inferioribus in quibus præſtatur huiuſmodi con
ſenſus,& non in Epiſcopatibus.
Et hic caſus accidit anno 1585.nam cum Reuerẽ
diſſimus D.Epiſcopus Tropien.haberet quamplures
differentias cum ciuitate Tropien.promiſit per apo
cham manu ſua ſcriptã,& ſubſcriptã ab Illuſtriſſimo
Cardinali Alexandrino renunciare dictam Eccleſiã
quando id ſit cum licentia & gratia Sanctiſſimi D.
Papæ,& Sereniſſimi Regis Philippi,cui ius præſentã
di ad dictam Eccleſiam ex priuilegio Apoſtolico cõ
petit,poſtea Sanctiſſimus D.N.dedit licentiam, ac ẽt
Rex Catholicus conſenſit,& nominauit ad Eccleſiã
N.cuius perſona cum eſſet etiam a Sum.Pontifice ad
miſſa,fuit mandatum formari proceſſum & deueniri
ad præconizationem,Epiſcopus vero cõtradixit.fuit
dubitatum an poſſit cogi? S.D.N.Sixtus V.volens ſu
per hoc habere quid eſſet de iure, commiſit cauſam
Illuſtriſſimis,& Reuerendiſſimis DD. Proſpero tit.
S.Clementis Cardinali.S.Crucis,& Hippolito tit. S.
Pancratij Cardinali Aldobrandino,qui cum vtramq;
partem audiuiſſent, & oĩa mature conſideraſſent, an
tequam integram facerent relationem ſuamque ſen
tentiam dicerent,ſum.Pont.iuſtis de cauſis mandauit
imponi

imponi perpetuum ſilentium.
Et hic non eſt omittendum quod promiſsio ce-
85 dendi non ligat ſi fuit facta † ad conſilium & fraudẽ
æmuli, Abb.in c.lecte num.3.de renunc.& ibi Ant.de
Butr.num.4.& eſt*communis opinio.
Tertio ſi inter Cardinales exiſtentes in conclaui
fuit factum pactum ac iuratum, vt quiſque eorũ qui
aſſumeretur ad ſummum Pontificatum teneatur renũ
ciare Papatui intra tantum tempus. An ſi aſſumatur
vnus illorum Cardinalium teneatur Cardinalis ille fa
ctus Papa renunciare Papatum.
Affirmatiuam opinionem, quod ex illo pacto iura
to obligetur, in terminis videntur tenuiſſe Ant.de
Butr.in cap.1.col.2.de conſtit.Petr.de Anchar.conſ.
66.& conſ.281.Egid.in cap.4.de iniur.lib.6.Dec. in
cap.porrecta num.4.de confirm.vtil.vel inutil.& con
ſil.151.
86 Ad quod primo facit quia†Papa tenetur ad obſer
uantiam illorum, quæ ſunt de iure diuino, late Card.
87 Pariſ.conſ.68.volum.4.ſed iuramentum eſt † de iure
diuino, cap.at ſi Chriſtus de iur.iur.habetur Matth.5.
D.Thom.in prima.2.q.100.art.8.& eſt communis *
opinio.
88 Secundo quia iuſiurandum† ſeruandum eſt vbicũ
que ſine diſcrimine ſalutis æternæ ſeruari poteſt, cap.
cum contingat de iur.iu.cap.licet eodem tit.in 6.Iaſ.
in auth.ſacramenta puberum C.ſi aduerſ. vend.& ibi
omnes.
89 Tertio quia etiam†Deus ex promiſſione propria
obligatur, vt ſcriptum reliquit Bal.in princ.ff.de pact.
vbi refert Magiſtrum ſententiarum, ita dicentem, ac
Ariſtotelem hoc dicere ſolitum Alexandro Magno,
& probatur in cap.22.Geneſis, vt tradit Ferr.in cap.1.
de probat.num.1.poſt Dec.col.1.Ergo ille qui vices
90 illius gerit in terris†ad not.in §.fuerat inſt.de actio.la
te Crot.conſ.184.lib.2.nu.51.Dec.conſil.286.num.
5.& conſ.689.nu.17.Deus enim poſuit in ore princ.
91 †pacta ſeruabo, ad not.in l.1.ff.de pact.ideo Papa de-
92 bet†eſſe immobilis, vt lapis ſingularis, & habere vnum
calamum, vnamque lingua, Mart.Lauden.in tract.de
Princip.q.258.Burſ.conſ.76.lib.1.
93 Quarto accedat, quia†Papa non poteſt ſe a iuramẽ
to antea facto abſoluere ſeu alteri cedere vices ſuas
ad ſe abſoluendum, Ant.de Butr.Abb.Imol.Dec.nu.
2.in cap.1.de conſtit.gl.in cap.quanto de iur.iur. vbi
Felin.nu.12.Anchar.in reg.acceſſorium de regul.iur.
94 in 6.vt ſit diſtinctio perſonarum†inter abſoluentem,
& abſolutum, cap.auctoritatem.15.q.6.cap. nullus.4.
q.4.cap.vlt.de inſtit.Io.Andr.in cap.ſignificaſti de fo
ro compet.Felin.in cap.conſtitutus nu.18.de reſcrip.
Archiepiſc.Florent.in ſum.in 2.part.tit.10.cap.5.col.
95 2.Hinc Epiſcopi & alij inferiores†a votis ꝑ eos emiſ
ſis ſe abſoluere nequeunt, Abb.in cap.magne de vot.
quia non poteſt quis authorizare in facto ꝓprio, l.j.
ff.de auth.tut.clem.2.de reb.Eccl.nõ alien.Abb.in ca.
at ſi clerici.§.de adulterijs, de iud.Io.And.in c.2.de cõ
96 ſtit.in 6.Hinc†ſibi ipſi impetrare nemo poteſt l. pen.
* ff.de arb.& eſt communiter per * omnes receptum.
Quinto, & vltimo omiſſis alijs auctoritatibus quæ
colliguntur per doctores ſuperius citatos, vt ꝑ Card.
Iacob.in tract.de Concilio lib.7.ar.5.vbi per 5.vel ſex
colum.comprobat hanc ſentẽtiã, facit quia ita euenit
97 †Gregorio.XII. qui antequam ad Pontificatum aſ-
ſumeretur promiſit renunciare Papatui, & non crea-
re Cardinales, & cum poſtea creaſſet quatuor Cardi-
nales, plures Cardinales ab eo receſſerunt de ciuitate
96 Lucana, & Piſas ſe contulerunt, ac fuit†habitus pro ꝑ
iuro, & ideo tandem renunciauit, vt referunt Egid.in
dict.c.1.de iureiur.lib.6.Ant.de Butr.in dict.c.1.col.
2.de præben.& in cap.quo ad conſultationẽ in princ.
de re iudic.Anchar.conſ.66.& 281.Dec.in cap. por-
recta num.3.verſ.priuſquam deueniamus de confir.
vtil.vel inutil.Card.Iacob.in d.tract.de Conc.lib.7.ar.
5.col.1.Card.Alb.de Card.q.36.Mandoſ.in cap.1.de
præbend.num.22.
His tamen non obſtantibus contraria opinio eſt
99 verior, & communis, vt Papa tali caſu † non teneatur
renunciare Papatui, & per conſequens vt non valeat
huiuſmodi promiſſio, & iuramentum, Bal.in cap.vene
rabilem de electi.quem ad hoc refert & ſequitur Ber-
thac.in tract.de Epiſc.1.part.ſecundi lib.nu.52.quod
etiam voluerunt expreſſe Martin.Lauden. in trac. de
Card.q.36.latiſſime Barbat.adducendo plures aucto
ritates conſ 1.lib.1.Card.Iacobac.de Conc.lib.7.art.
5.per totum vbi pluribus medijs comprobat hanc sẽ
tentiam, Petr.de Anchar.d.conſ.66.& 381.Corrad.in
templ.omn.iudic.lib.2.cap.1.§ 2.verſ.3. in fin. Franc.
de March.deciſ.106.nu.5.1.par.quem ad hoc refert.
Burſ.conſ.342.num.20.& 24.lib.4.
100 Ad quod primo facit†quia Papa non tenetur ad
obſeruationẽ capitulorũ factorũ, & iuratorũ ĩ Cõcla
ui inter Cardinales dum ẽt ipſe eſſet Cardinalis, vt in
terminis tenet Abb.in c.ſicut nris n.1.de iur.iur.Cal.
conſ.3.de iure iur.Felin.in cap.1.nu.7. Dec. ibidẽ de
probat.vbi ego comprobaui hanc ſententiam legen-
do hoc anno ex pluribus medijs, Alex.conſ.224.lib.6.
& in facti contigentia interrogatus reſpondit Excel.
Burſat.adducens plura d.conſ.342.per totum, & ſe-
cundum hanc opinionem ab omnibus fere receptam
vt licet colligere ex d.5.ar. Iacobac. concluſit Rota
* die.14.Iunij.1560.*in vna Paduana coram Illuſtriſſi-
mo & Reuerendiſſimo D. Cardinali S. Crucis tunc
Auditore Rotæ, vt atteſtatur Illuſtriſſ.Cardinalis Pa-
leottus in recollectis manuſcrip.deciſ.407.incip.vacã
te ſede, & capitula conclauis non ligare fuerat reſolu
tum in vna Vulteran.teſte Simonett.deciſ. 10. in ma-
nuſcr.non obſtante diſtinctione Card.Alba.in tracta.
Card.quæſt.36.cuius contrarium tenet Iacobac.d.ar.
5.num.204.
101 Secundo facit quia†factum ab aliquo vti Canoni-
co reuocatur ab eodem Epiſcopo creato, vt probat
tex.in terminis in c.ſicut noſtris de iur.iur. vbi Abb.
in primo not.num.3.hoc ſentit, & Bald.nu.3.Felin.nu
* me.7.&*cõmuniter Doct.ita & etiam promiſſiones
factæ a Principe ſeculari ante electionem reuocantur
102 †poſtea ſequuta electione, Felin.in d.capi.1.num.7.de
103 prob.Hinc Prælatus†non conuenitur poſt tranſlatio
nem de eo quod fecit ante tranſlationem cap. ſi quis
iam tranſlatus 20.q.2.quia aliud fingitur hodie quam
heri fuerit, c.ferrum diſt.50.ita ſeruus qui poterat cõ
104 ueniri actione†negotiorum geſtorũ in ſeruitute ma-
numiſſus propter ſtatus mutationem non poteſt con
ueniri, l.cum actum.ff.de neg.geſt.l.1.C.an ſer. ex ſu.
105 fact.Hinc†propter ingreſſum religionis quis abſolui-
tur a iuramento, & voto, ca. ſcripturæ de vot. Innoc.
in cap.debitores de iur.iur.ratio ſupradictorum, quia
106 †mutatione perſonarum mutatur ſtatus rei, l. vnica,
C.de impoſ.lucr.deſcr.lib.10.Spec.in tit.de cler.con-
iug.verſ.ad huius autem.quia mutatione conditionis
& ſtatus variatur diſpoſitio, l.ſi quis, & l. ſi cum Cor-
nelius.ff.de ſolu.c.quemadmodum de iur.iurã.quare
mutatione ſtatus ciuitatis tollitur effectus ſententiæ
prius latæ, Bal.in l.cum ex oratione in 3.not.ff.de ex-
cuſ.tut.
Tertio



Tertio accedat quia prohibita ſunt pacta, & con-
107 uentiones inter Cardinales†ſede vacante, debẽt enim
attendere ſolummodo, vt quamprimum Papa eliga-
tur, vt probat tex.in c.vbi periculum.§.cæterum, de e-
lection.lib.6.& ratio eſt quod ibi annulantur pacta,
& conuentiones, quia Cardinales non habent hanc
iuriſdictionem paciſcendi ſuper poteſtate eligẽdi, cle-
men.ne Romani §.irritum, de elect.gl.in d.§.cæterũ,
& in ca.1.de ſchiſm.lib.6.late Manfre.d.Card. ca. 19.
& 22.Accedit quia in pactis firmatis in conclaui ineſt
ſuſpicio, vt per Corrad.in templ.omn.iud.libr.2.ca.1.
de Pontifice § 2.q.6.nu.18.gl.in cap. ſi quis pecunia
diſt.29.late per Gamb.in extrauag.Iulij II.de ſimon.
elect.Pontif.per totum.Hinc gratiæ factæ a Papa an-
tequam exeat de conclaui etiam poſt legitimam ado
rationem non ualent, ſed inualidæ cenſentur, Gemin.
108 in cap.vlt.de conceſſ.præb.lib.6.vbi docet† Innocen-
tium Papam in nocte ſuæ creationis plures ſupplica-
tiones ſignaſſe, ac beneficia contuliſſe, quod facere nõ
debebat, quia præ nimio gaudio, vt ita dicam, extra ſe
poſitus erat, Neuiz.in Silu. nupt.lib.6. quomodo iu-
dicandum ſit num.54.Card.Iacoba.d.art. 5. Arnulf.
Ruz.in tract.de iure reg.priuileg.14.nu.4.
109 Quarto accedat quia in iuramento†ſemper intelli-
gitur excepta auctoritas ſuperioris, 25.q. 1.§. his ita,
cap.uenientes de iur.iur. Doct.in cap. conſtitutus de
reſcrip.Io.Andr.in cap.non eſt, de voto, eſt tex. in ca.
& ſi clericus de iur.iur.c.ſic §.pen.22.q.1.Mil. in ver.
Papa nu.3.ac recipit†interpretationem ſecundum vo
luntatem iurantis, c.1.de iur.iur.in 6.Innocen. in c.ve
niene eo.tit.Vnde iurans aliquid facere dum eſt Car-
dinalis factus Papa poteſt contrauenire, & præſumi-
110 tur iuſta cauſa recedere†a iuramento, Butr.in capitu.
cum inter de renunc.Cyn.in l.reſcripta, C. de precib.
imp.offer.Alexand.conſil.1.colum.vlt.lib.1.Bero.con
ſilio numero 72.libro primo, & conſil.247. nume.5.
lib.3.Arius Pinellus in par.prima rub.C.de reſc.vend.
l.2.Gamm.de poteſt.leg.alat.lib.5. num.33. Vaſques
controuer.illuſtrium cap.2.num.3.& cap. 25.nu.17.
* q.28.*communiter, vt per Gabr. de iur. quæſito non
toll.concluſ.3.nu.1.& 4.
Quinto comprobatur ex dicto Anchar.in cap. ve
nerabilem de electio.vbi vult quod ſi ille qui iurauit
in materia diſpenſabili non habet ſuperiorem, poteſt
112 †ipſemet ſecum diſpenſare, quod dictum refert, & ſeq
113 tur Cardin.Iacob.di.lib.7.art.5. vbi etiam dicit, hoc†
caſu poſſe committere alteri abſolutionem, glo. in c.
ſane, el ſecundo de offic. deleg.& in cap. nemo 9.q.
114 3.nam deficiente†ſuperiore quis poteſt ſibimet ius di
cere, Innocen.in c.olim el.1.de reſtit.ſpol.Hinc Imp.
115 ſibimet legem†imponere non poteſt a qua ei recede-
re non liceat Paul.de Caſtr.in l. humanum, C.de leg.
Non obſtant contraria.ad primum & ſecundum re-
ſpondetur quod licet iuramentum ſit de iure diuino,
& propterea ſeruandum qñ ſine diſcrimine ſalutis æ-
ternæ ſeruari poteſt, tamẽ hoc procedit quoties eſt li
116 citum, & habet tres†comites veritatem, iudicium, &
iuſtitiam, cap.anima duertendum.22.q.2.cap.& iura-
* bunt.22.quæſt.1.*commune dictum teſte Curt.Iun.
conſ.14.num.9.D.Thom.2.2.q.89.art.3. at hoc non
habet tres comites, quia deficit iuſtitia, cum Papa ha-
117 beat poteſtatem†a Deo tantum, c.quamuis, diſt. 21.
Turrecrem.lib.de Eccl.ſecundo cap.44.deficit iudi-
118 cium, quia Cardinales cum nullam†habeant poteſta-
tem in Papam ab eo iuramentum recipere non poſ-
ſunt, arg.l.2.ff.de iur.iur.deficit & tertium cum defi-
ciat propoſitum, arg.cap.literarum, de vot.hoc enim
veriſimile eſt, arg.not.per D.Thom.3.ſent.diſtin.38.
quæſt.prima.art.primo 2.2.quæ.88.vnde illicitum eſt
iuramentum ex allegatis, ac etiam quia videtur extor
119 tum†tẽpore prohibito, iuxta ea quæ ſcribit Roman.
ſing.307.Felin.in cap.ſi vero num.8.de iur.iuran.tum
etiam quia videtur contra honeſtum, ex quo ſequitur
120 non†eſſe ſeruandum, Card.Alex.in cap. ſumma num.
* 6.8.q.3.& communiter doct.vbique, alias iurans illi-
citum teneretur illud obſeruare contra ea quæ haben
tur in cap.in malis 22.q.4.ita reſpond.Iacob.di.art.5.
num.219.Burſat.d.conſil.Hinc iurans, quod quoties
121 eligatur†in Epiſcopum, toties recuſabit, electus põt
acceptare abſque metu periurij, cum iuramentum il
lud non videatur habere honeſtatem, gl.in c.Archidia
conum, alias Florentinum diſt.85.Archid.in ca.inno-
cens 22.q.4.Fel.in c.ſi vero n.5.de iur.iur. communis
* *opinio teſte Sarnen.in §.Item ſi quis poſtulante, nu.
37.inſtit.de actio.Hinc ſcribit Gemi.in c.1.de iur.iu.
lib.6.quod ſi miniſter Prouincialis ordinis Minorũ
iuret renunciare intra triennium in manibus capituli
Prouincialis, cum ex conſtitutione ordinis debuiſſet
95 admitti.& hoc oſtendit tex.cum dicit,ſtatim,quæ† di
ctio de ſui natura intelligitur abſque interuallo,Imo.
in l.diuortio nu.6.& ibi Iaſ.num.13.ff.ſol.matrim.
96 Secundo extendo†ad ordinatos ab Epiſcopo hæ-
retico,ſi hoc ſciebat,Silueſt.in verbo irregularitas q.
97 7.Maiolus de irreg.lib.4.c.22.& ab†Epiſcopo ſchiſ-
98 matico,Maiol.eod.lib.c.23.& ab Epiſcopo†ſuſpenſo
& excommunicato,Maiol.c.24.& 25.& ab Epiſcopo
non baptizato,Maiol.in loco cit.in cap. ſequentibus.
99 Tertio extendo†ad clericos coniugatos , quibus
non poterunt beneficia reſignari;quandoquidē cle-
rici cōiugati non poſſunt illa habere etiam ſi ſint ſim
plicia,vt late probat Benedi.Capra.reg.97.nu.34. Re
buff.in tract.de pacif.poſſeſſ.nu.222. Hoied.in tract.
* de incomp.benef.p.1.c.vlt.num.76.& communiter*
DD.& probatur in ca.2.& c.cum decorē de cleri.cō
iug.ca.deuenimus, & ibi Glo.diſt.28.& dixi ſupra n.
100 27.& quia clericus † coniugatus vt laicus reputatur
præterquam in priuilegio canonis ſi quis ſuadente
17.q.4.& in priuilegio fori Eccleſiaſtici in crimina-
libus,vt probatur in c.vlt.de cleri.coniuga.lib.6.& ibi
Glo.Gemin.& alij Capr.in d.reg.97.num.13.Couar.
* quæſt.31.poſt num.7.practi.9.* communis , vt per
Clar.quæſt.36.verſ.quæro,vbi declarat.Hinc per con
101 tractum matrimonij inducitur tacita†renunciatio be
neficij,Abb.& alij in c.1.de cleri.coniug.Aufre.deciſ.
* 299.Rom.conſ.483.& * communiter DD. Limi-
ta tamen,vt per Hoied.d.cap.vlt.nu.76.& 77.& dixi
lib.primo.quæſt.1.

102 Quarto extendo†ad ordinatos per ſaltum, nam hi
non poſſunt habere beneficium, Rebuf.de paci.poſſ.
nu.230.& facit tot.tit.de cleri. per ſaltum promo. &
firmat Præpoſ.in c.ſolicitudo col.2.diſt. 52. & extra
103 † tempora, vt per Rebuff.loco cit.num.231.
104 Et ad ordinatos†ante legitimam ætatem, qui quã-
uis de iure communi ſint ſuſpenſi ſuſpenſione tem-
105 porali, ideſt donec promoti † ad legitimã deuenerint
ætatem, c.vel non eſt compos de temp.ordin.c.ex ra-
tione de ætate & qualit.Doct.per illum tex. in clem.
* generalem eo.tit.*communis opinio teſte Beat. An-
tonin.tract.de irregular.c.1.nu.13.in fine. Hodie au
106 tem†perpetuo ſunt ſuſpẽſi ex conſtitutione bo.mem.
Pij II.incip.cum ex ſacrorum ordine, in qua promo
tos ante legitimam ætatem ipſo iure ſuſpendit, & ſic
107 perpetuo, quandoquidem verba†ipſo iure perpetuita
tem indicant, cũ vim canonis latæ ſententiæ habeant
Tiraq.qui alios congerit in l.ſi vnquam in verbo re-
uertatur, num.144.C.de reuoc.donat. & hoc pacto
eſſe intelligenda huiuſmodi verba ad hunc effectum
oſtendit excellentiſſ. doctor Neapolitanus Stephan.
Gaeta in c.ad limina §.3.num.111.30.q.1.regulare.n.
108 eſt†vt ſententia iuris imponens pœnam abſque tem-
poris præfinitione, eã perpetuo imponere cenſeatur,
l.ſeruus C.de pen.Glo.in c.cupientes.§.cæterum ver
bo perpetuo de elect.lib.6.Abb.in c.ex litteris n. 10.
de conſt.& ita etiam hanc conſtitutionem in ſuſpen
ſione perpetua intelligit Rebuff.in prax.tit.de mal.ꝓ
mot.Glo.10.nu.3.& Nauarr.conſ.30.in fi. & 35.nu.
1.de temp.ord. vt taliter ſuſpenſus egeat Apoſtolica
diſpenſatione, & ratione probatur, nam dicta conſti-
tutio promotis extrá tempora, vel ante legitimam ęta
tem, eandem pœnam imponit, ſed in primo caſu ſu-
ſpenſio eſt perpetua, c.cum quidam de temp. ordin.
* ergo & in alio, & ita fuit reſolutum in* Rota in una
Meliten.Abb.Mercurij 24.Ianuarij 1590.coram R.
P.D.Giptio Auditore Rotę integerrimo. Nec obſtat
quod huiuſmodi conſtitutio non ſit in vſu, quia hoc
fundamentum tanquam falſum fuit reiectum a Ro-
109 ta, nam dicta conſtitutio fuit†ſollenniter publicata,
& in quinterno Cancellariæ regiſtrata, ac in bullario
impreſſa, vnde præſumitur vſu recepta Gozzad.conſ.
16.nu.16.Put.deciſ.181.n.1.li.1.& deciſio Moed.6.nõ
ſeruatur in Rota. Et verba hmõi conſtitutionis habes
ꝑ Rebuff.ſuper reg.Cancell.reg.23.fol.mihi 505.

---

## TERTIAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.

1 *In ſupplicatione exprimitur qualitas reſignatarij.*
2 *Nulla eſt reſignatio facta ad fauorem criminoſi, ſi cri men eum indignum reddit beneficio.*
3 *Valida eſt impetratio facta per criminoſum, ſi crimẽ eum indignum non reddit.*
4 *Delicta, quæ inducunt priuationem excõicationem et infamiam, reddũt indignum aliquem ad beneficiũ.*
5 *Facilius quis prohibetur a beneficio acquirendo, quã ab acquiſito.*
6 *Excommunicati non debent admitti ad res Eccleſiæ.*
7 *Infames debent priuari.*
8 *Homicidæ non poteſt beneficium reſignari.*
9 *Homicida eſt priuandus beneficio.*
10 *Periuro non poteſt beneficium reſignari.*
11 *Inſtitutio beneficij facta in perſonã periuri eſt nulla.*
12 *Periurus eſt priuandus beneficio.*
13 *Periurus eſt infamis.*
14 *Hæretico non poteſt beneficium reſignari.*
15 *Filijs Hæreticorum non poſſunt beneficia reſignari.*
16 *Pius V. annullat reſignationes beneficiorum vacantium per hæreſim.*
17 *Conſtitutio dicta Pij V. non habet locum in abiurante hæreſim.*
18 *Schiſmatico non poteſt beneficium reſignari.*
19 *Schiſmaticus dicitur hæreticus.*
20 *Simoniaco non poteſt beneficium reſignari.*
21 *Sortilego non poteſt beneficium reſignari.*
22 *Sortilegus hæretico comparatur.*
23 *Sacrilego non poteſt beneficium reſignari.*
24 *Falſario litterarum Papæ non poteſt beneficium reſignari.*
25 *Propter falſum in litteris Apoſtolicis clericus deponitur.*
26 *Vſurario publico & manifeſto nõ poteſt beneficium reſignari.*
27 *Vſurarij ſunt infames.*
28 *Infamia irrogatur vſurarijs ipſo iure.*
29 *Læſæ maieſtatis reis non poſſunt beneficia reſignari.*
30 *Apoſtatis non poteſt beneficium reſignari.*
31 *Apoſtata qui ſit.*
32 *Irregulari non poteſt beneficium reſignari.*
33 *Collatio facta irregulari eſt nulla.*
34 *Irregularis nõ poteſt ſine peccato retinere beneficia.*
35 *Beneficium non vacat ipſo iure ex ſuperueniente irregularitate.*
36 *Irregularis non poteſt promoueri.*
37 *Irregularis non poteſt habere penſiones.*
38 *In irregularitatem non incurritur niſi in caſibus a iure expreſſis.*
39 *Ex contemptu aliquis fit irregularis.*
40 *Collatio facta excommunicato non valet, etiam ſi ſit poſita in litteris, teque abſoluentes &c.*
41 *Papa non videtur abſoluere ab irregularitate, niſi exprimat.*
42 *Bannito non poteſt beneficium reſignari.*
43 *Notario infami non poteſt beneficium reſignari.*
44 *Excommunicatis non poſſunt beneficia reſignari.*
45 *Permutatio facta cum excommunicato eſt nulla.*
46 *Collatio facta excommunicato eſt ipſo iure nulla.*
47 *Excommunicatus non poteſt eligi neque præſentari ad beneficium.*
48 *Excommunicato non poteſt reſeruari penſio.*
49 *Abſolutio ſubſequuta non conualidat penſionem reſeruatam excommunicato.*
50 *Beneficium datur propter officia.*
51 *Suſpenſus ab executione non poteſt dicere officium.*
52 *Excommunicatus ſi habeat beneficium, non facit fructus ſuos.*
53 *Clauſula teque abſoluentes &c. poſita in litteris facit valere collationem factam excommunicato.*
54 *Inſordeſcenti per annum non põt beneficiũ conferri.*
55 *Inſordeſcens ſimilis eſt hæretico.*
56 *Inſordeſcens poteſt priuari beneficio.*
57 *Clauſula teque abſoluentes poſita in litteris non facit valere collationem factam inſordeſcenti.*
58 *Dicta clauſula ex regula Cancellariæ non ſuffragatur ei qui ſuſtinuit excõmunicationem vltra quatuor menſes.*
59 *Suſpenſo non poteſt beneficium reſignari.*
60 *Suſpenſus indignus eſt beneficio.*
61 *Suſpenſus æquiparatur excommunicato.*
62 *Clauſula teque abſoluentes &c. facit valere collationem factam ſuſpenſo.*





63 *Papa admittendo renunciationes ad fauorem inhabilium etiam ſcienter non videtur cum eis diſpẽſare.*
64 *Imperator promouendo inhabilem videtur cum eo diſpenſare.*
65 *Luſori ad primeram & alios ludos prohibitos non poteſt beneficium reſignari.*
66 *Alcator indignus eſt beneficio.*
67 *Nulla eſt collatio facta publico alcatori.*
68 *Ludens recreationis gratia nõ eſt indignus beneficio.*

TErtio quæro an poſſit benefi-
ciũ criminoſo reſignari, & fa
cta reſignatio an valeat? Com
** muniter*de ſtylo*in Curia†ſi
exprimitur reſignatarium eſſe
criminoſum ex re digna de-
poſitione non ſignatur ſuppli
catio; ſi autem hoc non narra
tur deſtinguendum eſt, quod
2 ſi crimen eum indignum reddit nulla† eſt reſignatio,
Fel.in c.poſtulaſti col.4.verſ.declara etiam de reſcrip.
Io.Selu.in tract.de benef.p.3.q.11.n.157.Menoch.in
tract.de arbit.iud.caſ.202.nu.37.Cald.conſ.20.tit.de
pręb.Lancell.de attent.c.5.nu.27.cum ſeq.Fel.in c.ex
* parte nu.5.de reſcrip.& communiter* DD.vt per Be
ro.in c.ſuper litteris nu.72.de reſcrip.Si vero crimen
3 † reſignatarium indignum non reddit valida eſt impe
tratio, Bellamer.deciſ.697.n.5.Cur.Iun.conſ.27.col.
* vlt.Menoch.loco cit.& eſt*cõis opinio DD.& ratio
differentiæ traditur in c. graue nimis de præb. & per
Roc.de Curt.in tract.de iure patron.in verb.honori-
ficum in q.prin.col.3.verſ.quis aũt dicatur indignus.
* Et hanc diſtinctionem firmauit Rot.*in vna Datur-
ſen.Sacreſtiæ coram D.Pelegrino 10.Febr.1547.te-
ſte Put.deciſ.514.lib.2. Dubium tamen eſt quę crimi
na quem inhabilem, & indignũ reddãt ad beneficia?
4 regula eſt, vt ea delicta quæ inducunt † priuationem,
excommunicationem, & infamiam iuris, vel facti, red
dant indignum, vt late hanc regulam aſſignat Lamb.
tract.iuris patro.in 1.p.2.lib.q.9.art.23.& ibi per oẽ
art.d.q.Hoied.d.c.vlt.nu.79.& in priuandis beneficio
eſt ratio quam ponit Abb.in c.ſuper eo de elect.col.
5 2.quia facilius†prohibetur quis a beneficio acquiren
do quam priuatur acquiſito iuxta regulam vulgarem
6 in excõicatis eſt ratio, quia nõ debent† admitti ad res
Eccleſiæ, cum ſint extra Eccleſiam, c. dilectus de re-
ſcri.Bero.in d.c.ſuper litteris num.82.Lamber.d.q.9.
7 art.1.2.& 3.In infamibus vero†eſt ratio, quia ſunt pri
uandi, vt per Lambert.d.q.9.art. 15.
8 Ex quo primo infertur homicidæ†non poſſe bene
ficium reſignari, nam homicida nõ poteſt habere be
neficiũ, Abb.& alij in c.2.de reſcr.Aufrer.deciſ.207.
cum alijs vt per Rebuff.de pacif.poſſeſſ.nu.258.& ob
9 * id priuatur obtento† iuxta*communem opinionem
de qua per Anan.& Fel.in c.inquiſitionis de accuſat.
per Clar.lib.5.recept.ſent.§.homicidium.
10 Secundo infertur† periuro non poſſe beneficium
reſignari, nã collatio facta periuro eſt nulla, c.quęre-
lam ibi *non merentur Eccleſias regere qui in crimine
periurij ſunt irretiti*, de iur.iur.c.cõſtitutus 2.de app.
c.cum noſtris de conceſſ.præb.Mil.in verſ.periurus,
Dec.in c.dilectus col.1.de excep.& illius inſtitutionẽ
* 11 †eſſe nullam ipſo iure eſt cõis*opinio, teſte Villalob.
12 in ſua coll.comm.opi.in littera p.nu.75.& ideo† per-
** iurus eſt priuandus, Gem.conſ.105.col.2.**magis cõ
munis opinio teſte Sarn.in §.item ſi quis num. 28.in
ſti.de actio.Dec.in c.cum non ab homine, num.5.de
13 iud.nam eſt infamis, †Cald.conſ.5.an periurus de iur.
iur.quod quomodo procedat vide Clar.lib.5. recept.
ſen.§.periurium col.1.
14 Tertio infertur†hæretico non poſſe beneficiũ reſi
gnari, cũ illud hr̃e nõ poſſit, cũ ſit extra eccleſiã, c. ex-
cõicamus, & per tot.de hęret.Pau.de Cittad.in tract.
iuris patr.in 3.p.q.5.in 1.cau.acquirendi.Rebu.de pa
* cif.poſſ.n.236.&*eſt cõis opi.omniũ DD.Idq; exten
15 ditur in eorum†filijs.Alſ.Hoied.in trac.de incõp. be
nef.p.1.c.vl.n.6.ad q̃ faciunt ea q̃ idẽ ſcribit ea.p.1.c.
23.n.96.97.& 100.cum ſeq.Hinc Pius V.per ſuã cõ-
16 ſtitutionẽ annullat reſig.benef.vacantium† ob hære-
ſim, Nauar.conſ.6.de hæret.vbi reſpondit nõ habere
17 locum†in abiurante hæreſim per viam purgationis.
18 Quarto infertur † ſchiſmatico nõ poſſe beneficiũ
reſignari, nanq; iſte non põt cõſequi beneficiũ eccle
ſiaſticũ, c.nos cõſuetudinẽ di.12.Rebuff.de pacif.poſ
19 ſeſſ.n.236.†quia dicitur hæreticus Abb.in rub.de ſciſ
mati.DD.in c.ad abolendã de hæret.& late hoc com
probat Hoied.trac.de incomp.benef.1.p.c.vlt.n.125.
20 Quinto infer.ſimoniaco non poſſe†beneficiũ re-
ſignari, cũ illud non poſſit habere, c.cũ clerici; & ibi
Abb.de pac.c.nob.& ſeq.de ſimo.Aufre. deciſ. 438.
Inn.in c.cũ vniuerſorũ de rerũ ꝑmu.Card. Pariſ.cõſ.
12.& 29.vol.4.Rebuff.d.tract.de pacif.poſſ.nu. 239.
21 Sexto infertur†ſortilego non poſſe beneficium ec
cleſiaſticum reſignari, cum illud non poſſit cõſequi,
22 † nam hæretico comparatur, c.1. & per tot. de ſortil.
late Rebuff.d.tract.num.247.
23 Septimo infertur†ſacrilego non poſſe beneficium
eccleſiaſticum reſignari, cum beneficia is non poſſit
conſequi, c.venerabilem de elect.Abb.& alij in c. cõ
queſtus in fi.de for.compet. quod quomodo proce
dat vide Rebuff.d.tract.num.248.
24 Octauo infertur†falſario litterarũ Papæ non poſ-
ſe beneficiũ reſignari, c.ad falſariorũ de crim.fal. Re
25 buff.d.tract.de pacif.poſſ.n.250.nã ꝑꝑ falſum†in lit-
teris Apoſtolicis clericus deponitur, & degradatur
* cõis*opinio teſte Gulicl.de Bened.poſt 3.p.repet. c.
* Rayn.in q.de homicidio num.3.& ſeq.de* cõi etiam
Clar.lib.5.atteſtatur §.vlt.q.36.verſ.ſcias etiam.
26 Nono infertur†vſurario publico, & manifeſto nõ
poſſe beneficium reſignari, cum illud habere nõ poſ
ſit, c.de Petro diſt.47.cum alijs, vt per Rebuff.d.trac.
27 de pacif.poſſ.num.281.vbi dat rationem, quia † ſunt
infames, c.quamquam de vſur.in 6.l.improbum C.ex
28 quibus cau.infam.irrog.quæ infamia† irrogatur ipſo
* iure, vt eſt*communis opinio teſte Couar.libr. 3.var.
reſolut.c.3.num.2.de communi etiã atteſtatur Clar.
in §.vſura verſ.punitur etiam vſurarius.
29 Decimo infert̃†non poſſe beneficiũ reſignari irre
titis crimine lęſę maieſtatis, cũ illud conſeq̃ non poſ
ſint, c.felicis, vbi DD.de pęn.lib.6.c.ſatis ꝑuerſum d.
* 56.Rebuff.de paci.poſſ.num.246.& eſt cõis*opinio.
30 Vndecimo infertur†beneficium eccleſiaſticum re
ſignari, non poſſe apoſtatæ, quia illo indignus reputa
tur, Bal.in c.vl.col.vlt.de præſump.Fel.in c.ſciſcitatus
col.2.de reſcr.Paul.de Cittatid.in tract.iuris patro.in
3.p.q.5.in 1.cauſa acquirendi, Rebuff.d.tract. num.
31 255.& facit tex.in c.penul.& vlt.diſt.50.& qui ſint†a
poſtatæ declarat Nauarr.conſ.1.de apoſtat.circa Bul
lam Pauli IIII.& Pij V.
32 Duodecimo infertur†irregulari non poſſe benefi
ciũ eccleſiaſticum reſignari, cum collatio facta ei ſit
33 †nulla, c.cũ in cunctis §.vlt.de elec.Abb.in c.cum no
ſtris, & ibi Imol.de conceſſ.præb.Fel.in c.2.colum.2.
& ſeq.de reſcr.& in ca.inquiſitionis 2.not. de accuſ.

* & cõiter DD.*vt per Rebuff.in tract.de pacif.poſſ.n.
* 280.Couar.in c.alma mater,p.1.§.7.ſub nu.1.& * eſt
34 cõis opinio irregularem non poſſe†retinere ſine pec-
cato beneficium quæſitum poſt irregularitatem ante
diſpenſationem obtentã,Nauar.conſ.2.de homi. quã
uis beneficiũ ex ſuperueniente irregularitate non va
35 cet†ipſo iure,Nauar.conſ.3.de hom.& irregularis nõ
* 36 põt promoueri,†cõis*opinio,Nauar.conſ.34.de ho-
37 mi.& ſicuti eſt inhabilis ad beneficia,ita &†ad pẽſio-
nes,vt idem Nauar.in d.conſ.34.n.3.tradit, & atteſta
* tur*de ſtylo Curiæ,& in irregularitatem non incurri
38 tur† niſi in caſibus a iure expreſſis,c.is qui de ſen.ex-
* com.in 6.Nauar.conſ.35.n.37.de homic.& eſt* cõis
opinio omniũ Canoniſtarũ,& Theologorum, & in
39 curritur†cum contemptu,Nauar.conſ.3.n.4. de cler.
40 excom.miniſt.& collatio † facta irregulari non valet,
etiam ſi fuerit poſita clauſula illa,abſoluentes te à cen
ſuris,& quibuſcunq; excommunicationibus,vt reſpõ
dit Nauar.conſ.66.numer.1.de ſen.excom.quia Papa
41 nõ videtur abſoluere ab irregularitate†niſi exprimat,
idem Nauar.in manuſ.c.27.num.254.
42 Decimotertio infertur bannito nõn†poſſe benefi-
cium eccleſiaſticum reſignari,nam collatio facta ban
nito non tenet,Abb.per illum tex.in c.2.not.4.de ar-
* bitr.& ita fuiſſe iudicatum * in ſenatũ Tholoſano de
anno 1539.atteſtatur Rebuff.d.tract.num.249.
43 Decimoquarto infertur notorie † infami nõ poſſe
beneficiũ eccleſiaſticũ reſignari,cum eo reputet indi
gnus,Abb.in c.ſuper eo in fi.de elec.& in c. inter dile
ctos de exceſſ.pla.Rebuff.d.trac.nu.281.Hoied.in d.
* trac.de incõp.benef.p.1.c.vlt.nu.79.& eſt*cõis DD.
ſnĩa,quæ ſatis probatur in c.cum in cunctis de elect.
44 Decimoquinto infertur†excõicato non poſſe be-
neficium eccleſiaſticum reſignari, vt fuit reſolutũ in
* * vna Gueſnen.præceptoriæ corã Card.ſanctæ Cruc.
23.Martij 1547.teſte Put.deciſ.11.de ren.in manuſc.
45 ita permutatio beneficij†facta excõicato,vel cum ex-
cõicato,eſt nulla,Card.in clemen.1.§.ipſius de pœn.
Coſm.in prag.ſanct.tit.de collat.§.inſuper verſ.diſpo
nere,Couar.in c.alma mater p.1.c.7.nu.2.verſ.5.hoc
46 cõſtat,nam collatio facta† excõicato eſt ipſo iure nul
la:tex.inſignis in c.poſtulaſtis de cler.excom. miniſt.
* cõis*opinio,teſte Stafileo relato per Cou.ſub n. 1.d.
c.7.de cõi etiam atteſtatur Nauar.conſ.3.n.4.de cler.
47 excõ.miniſt.vnde non poteſt†eligi neque pſentari ad
benef.Archid.in c.nullus diſt.63.Bertach.in tract.de
48 epiſc.p.1.2.lib.q.4.n.19.neq; pẽſio† poteſt dari excõi
cato,Gig.de penſ.q.14.etiam ſi poſtea ſequuta ſit le-
49 gitima†abſolutio,Archid.in d.c. poſtulaſtis de cleri.
50 excom.nam†beneficium datur propter officiũ,c. cũ
ſecundũ de præb.c.vlt.de reſcr.in 6.gl.in c.vlt.de offi.
* vic.&*cõiter DD,quod ipſe dicere non poteſt, cum
51 ſit à iure ſuſpenſus ab executione † officij, vt late per
Couar.d.c.alma mater in 1.p.c.6.prope finem.Immo
52 ſi excõicatus habet beneficiũ,non facit fructus†ſuos
* vt fuit reſolutum in vna*Brixien.6.Maij 1542. Put.
deciſ.280.lib.1.Limita tamẽ,niſi in prouiſione facta
in fauorem excõicati,aut ſuſpenſi apponatur clauſula
apponi ſolita in litteris Apoſtolicis, Neque a quibuſ
uis,&c.ad effectum præſentium aſſequendum dunta
53 xat,&c.nanque hmõi† clauſula tollit impedimentum
proueniens ex cenſuris,vt tradit Rebuff. in prax. be-
nef.1.p.Rub.declar.bull.nouæ prouiſ.§. neque abſol-
uentes,num.15.& in facti contingẽtia reſpondit Na
uar.conſ.28.num.18.in fi.& num.21. verſ.ad ſeptimã
* quæſt.de ſen.excomm.& eſt * communis opinio ſæ-
* pius practicata,*& deciſa.

Multo minus poterit fieri reſignatio in fauorem
54 illius excommunicati,qui inſorduerat†per annum ſu
ſtinendo excommunicationem obdurato animo,nã
55 que iſte†ſimilis eſt hæretico iuxta diſpoſitionem c.3.
56 ſeſſ.25.de refor.Conc.Trid.& poteſt beneficio† ob-
* tento priuari iuxta*communem opinionem quam la
te comprobaui in c.1.de iud.
Nec valet reſignatio admiſſa cum abſolutione,quę
ſolet in litteris apponi , vt paulo ante diximus ſi fuit
57 facta in fauorem illius,qui ſuſtinuerat† excommuni-
* cationem vltra annũ,vt fuit * reſolutũ in Rot.in vna
Seguntin.canonicatus coram Aquẽ.teſte Ptolomæo
deciſ.94.in manuſcr.in odium ipſius qui videtur par
ui pendere cenſuras,& ob id regula Cancell.61.Rub.
de inſordeſcentibus ſanctiſs.D.N.Sixti V.ſtatutũ eſt
ne præſtetur occaſio cenſuras ipſas ,vilipendendi , &
inſordeſcendi in illis,ne generales abſolutiones appo
ſitæ in litteris ſuffragentur his qui ſciẽter excõicatio
nis ſentẽtiam per quatuor mẽſes ſuſtinuerint, ex qua
reg.ſatis colligitur,quod excõicato ita demum ſuffra
gatur illa abſolutio,quæ conſueuit in litteris Apoſto
58 licis de ſtylo apponi,ſi non ſuſtinuit† excommunica
tionem vltra quatuor menſes, nam illis elapſis huiuſ-
modi abſolutio non prodeſt,& litteræ ſunt nullæ iux
* * ta * communem,* & vulgarem ſtylum.
59 Decimoſexto infertur†ſuſpenſo ab officio,& be-
neficio non poſſe beneficium eccleſiaſticũ reſignari
60 nanque†ſuſpenſus indignus eſt beneficio,glo.in c.cũ
bonæ de ętat.& qual.& in c.propterea de vſur.,ppter
prohibitam executionem ordinis,gl.& DD.in clem.
generalem de ætat.& quali.Gemi.conſ.33. ea autem
61 quæ diximus†in excommunicato vendicant ſibi locũ
in ſuſpenſo,Ant.de Butr.& Card.eod. c. cum bonæ ,
Io.Anan.in rub.de cler.excom.mini.Rebuf.de pacif.
poſſ.num.254.late Maiol.de irreg.lib.3.c.19. Limita
62 tamen,niſi in prouiſione apponatur clauſula† Neque
abſoluentes,&c.vt in ſpecie reſpondit Naua.conſ.28.
* nu.21.de ſen.excom.& eſt * communis opi.vt ſupra
dixi de excom.
Et eſto quod Papa admittendo renunciationẽ in
fauorem prædictorum inhabilium ſciat inhabilitatẽ
63 †.nihilominus non vr̃ cum eis diſpenſare,ſtante regu
la Cancell.in ord.46.vbi hæc verba habentur. *Itẽ per
quamuis ſignaturam in quauis gratia nullatenus di-
ſpenſatio veniat , niſi dicta gratia totaliter effectum
huiuſmodi diſpenſationis cõcernat,vel alias nihil cõ
ferat aut operetur.* Et eſt valde notandum,nanque cõ
* trarium volunt*communiter DD.dum ſcribunt Pa-
64 pam,†vel Imperatorem promouendo inhabilem cen
ſeri cum eo diſpenſare.Cald.conſ.8.de reſcr.Fel.in c.
cum inter col.1.& 2.de excep.& ibi Dec. num.19.&
20.Card.Pariſ.num.9.Alex. In l.quidam conſulebant
ff.de re iud.late Gabr.de præſump.concl.7.& fuit re
* ſolutum in Rot.in vna*Salamantin.coram D.Moed.
anno 1543.dato quod non vtatur Papa verbo diſpen
ſationis,teſte Put.deciſ.448.lib.1. ſed cum fuiſſet op
poſita dicta regula Cance.fuit receſſum.
65 Vltimo infertur,luſori † ad primerã,& alios ludos
prohibitos,non poſſe reſignari beneficium curatum
* vt fuit reſolutum*in vna Pampilonen.parochialis co
ram Illuſtr.& Reuerend.D.Card.Aldobrandino Ve
66 neris 21.Maij 1574.nam†aleator indignus eſt cui be
neficium conferri debeat & ſi eſt publicus , eſt ipſo
67 iure nulla†collatio,ſi occultus irritanda c.inter dile-
ctos,vbi Abb.& alij de exceſſ.prel.Limita niſi in con
68 uiuio † recreationis cauſa hoc feciſſet,Nauarr.in En
chir.cap.19.

QVAR-



## QVARTAE QVAESTIONIS

### *SVMMARIVM.*

1 *Furioſo non poteſt reſignari beneficium.*
2 *Illiterato non poteſt beneficium reſignari.*
3 *Collatio facta illiterato non tenet.*
4 *Illiteratus penitus eſt qui prima grammatices rudi-
menta neſcit.*
5 *Penitus illiterati promoueri non poſſunt.*
6 *Defectus illiteraturæ eſt indiſpenſabilis.*
7 *Literatura requiritur de iure diuino.*
8 *Illegitimo non poteſt beneficium reſignari.*
9 *Nulla eſt reſignatio facta in fauorem illegitimi etiã
in curia.*
10 *Illegitimus non poteſt habere beneficium.*
11 *Illegitimus non poteſt eligi ad beneficia.*
12 *Papæ mandatum de prouidẽdo intelligitur ſi ille eſt
legitimus.*
13 *Collatio facta illegitimo eſt ipſo iure nulla.*
14 *Illegitimus non poteſt ordinari.*
15 *Illegitimus non eſt reſtituendus.*
16 *Illegitimus mediante diſpenſatione poteſt habere be
neficia.*
17 *Bigamo non poteſt beneficium reſignari.*
18 *Bigamus reputatur mere laicus.*
19 *Bigamus mediante diſpenſatione poteſt habere be-
neficia.*
20 *Neophyto non poteſt beneficium reſignari.*
21 *Neophytus non poteſt ordinari.*
22 *Neophytus qui ſit.*
23 *Conuerſus ad fidẽ poteſt beneficia habere, & quãdo.*
24 *Filijs Iudæorum poſſunt beneficia reſignari.*
25 *Filij Iudæorum non poſſunt promoueri ad ſacros or-
dines.*
26 *Deſcendentes ex Mauris non poſſunt promoueri ad
ſacros ordines.*

QVarto quęro an beneficium eccle
ſiaſticũ poſſit reſignari furioſo,
illiterato,illegitimo, bigamo,ne
ophyto & filio Iudæi?
* In furioſo communiter* eſt re
1 ceptum†nõ poſſe ei reſignari be
neficium cum ſit eo indignus,&
ob id collatio ei facta habetur pro non facta Bonif,
de Vitell.in clem.vna num.58.de homic.Rebuff. de
pacif.poſſ.num.221.& alij*omnes.
2 * In illiterato*cõis eſt † concluſio beneficium non
poſſe reſignari penitus illiterato,& ignoranti, nanq;
hi beneficijs ſunt indigni,gl.in c.de his di. 28.& fuit
* dictum in*Rota in vna Calaguritã.portionis die Ve
neris 27.Ianuarij 1576.coram Cãtuccio,& collatio
3 eis†facta non tenet,Abb.in c.cum noſtris de cõceſſ.
* præb.Fel.in c.per tuas col.1.de ſim.&*cõiter DD.vt
per Alfon.Hoied.trac.de incomp.benef.par.1.c.vlt.
4 n.28.idq; intelligitur de eo†qui analphabetus eſt, &
de eo qui prima grammatices rudimenta nõ didicit,
vt Donatũ,c.vlt.& ibi Abb.& alij de ætat.& qual.hic
5 .n.†promoueri nõ põt,Spec.tit.de diſpen.§.iuxta, in
6 verſ.ſcias qđ eſt.Vnde hic defectus eſt omnino†indi
ſpenſabilis,Inno.in c.dilectus de temp.ordin.Fel. in
c.inquiſitionis de ſen. excom. Bernar. Dia. in praxi
crim.canon.c.18.verſ illiterati,Maiol.de irreg.lib.1.
7 c.32.nam†literatura requiritur de iure diuino Card.
Turrecrem.in c.ſi in laicis diſt.38.

* In illegitimo aũt cõcluſio* recepta eſt reſignatio
8 nem beneficij non poſſe fieri in fauorem†illegitimi,
9 & admiſſam per Summ.Pont.hunc defectũ† ignorã
* tem eſſe nullã,vt fuit deciſum* p Senatũ Tholoſanũ
anno 1534.in vigilia Pentecoſtes pro D.Ioã.de Nu
ptijs diœceſis Alben.contra Rogeriũ magiſtri,teſte
Rebuff.de pacif.poſ.nu.276.verſ.& per hoc,nanque
10 † illegitimus non põt hr̃e beneficium eccleſiaſticũ.
gl.in c.ad extirpandas de fili.presb.vbi Abb.& alij.&
patet per conſtitutionẽ Clem.7.prolatã anno 1533.
11 Pont.anno 7.neq; ad † illud eligi,c.innotuit, & c.cũ
in cunctis de elec.& mandatum Papæ de prouidẽdo
12 † aliquem de beneficio intelligitur dummodo ſit le
gitimus,Bal.in l.neque natales.C.de prob.Card. Pa-
13 leott.de noth.& ſpur.c.57.n.5.& collatio ei facta † ẽ
ipſo iure nulla,Nauar.conſ.3.n.4.de ætat. & quali.&
14 iõ illegitimus non põt†ordinari,c.1.& ca.ad pſentiã,
& ibi Card.per tot.de filijs presb.Inn.in c.cõſtitutus
el 2.col.2.de appell.late Maiolus de irreg.lib. 1.c.4.
15 p totũ.Hinc illegitimus† nõ eſt reſtituendus, vt fuit
* * reſolutum in vna Imolen.18.Ianuarij 1541.& 2.Ia
nuarij 1542.teſte Put.deciſ.247.lib.1. quod limita-
16 tur† niſi fuiſſet per Papam diſpenſatus , Put.d.deciſ.
247.lib.1.late Maiol.d.lib.1.c.9.
17 In bigamo†conſtituenda erit concluſio non poſ
ſe ei beneficium eccleſiaſticum reſignari,cum ſit in
habilis,etiam ſi eſſet tonſuratus,c.vnico de big.in 6.
18 namq; reputatur†mere laicus,late Rebuff. de pacif.
poſſeſ.num.232.Aufrer.deciſ.64.& 234.& 251. Al-
fonſ.Hoied.de incomp.benef.c.23.nu.116.Nauar.
19 conſ.1.de biga.& cõſ.3.in eo.tit.quod limita,niſi†ha
buerit diſpenſationem a Sum.Pont.D.Tho.d.37.ar.
4.& quoli.4.ar.13.Maiol.de irreg.lib.1.c.35.nu.14.
In neophyto dicendũ eſt ei nõ poſſe reſignari be
20 neficiũ eccleſiaſticũ,cũ eo indignus † reputetur,D.
Paul.in 1.epiſt.ad Timoth.c.3.Grat.in ſum.48.d.D.
Greg.lib.2.epiſt.111.c.qm̃,& c.vlt.diſt.48. late Ho-
ied.tract.de incõp.benef.p.1.c.vlt.nu. 1. nanq; non
21 põt ẽt ad ordines promoueri,Io.in ſumma cõfeſſo-
rũ in lib.3.tit.14.Couar.in clem.ſi furioſus in 1.par.
relect.§.2.nu.7.verſ.1.concluſio.idq; intelligitur dũ
22 recenter legẽ Chriſti profeſſus eſt,nãq; † is dr̃ pro-
prie neophytus,vt tradit Couar.loco cit.nã poſtquã
23 moribus & Chriſtiana†diſciplina inſtructus eſt, põt
promoueri c.1.di.57.Rom.ſing.416.Fel.in c. cũ ſit
de iud.& hr̃e beneficia Dec.in c.eã te col.3.de reſc.
& ibi.Ripa n.31.late Hoied.loc.cit.col.1.2.& 3.
In filio vero Iudæi cõcluſio eſt affirmatiua, vt ei
24 poſſit beneficiũ eccleſiaſticũ†reſignari,ac ẽt digni-
tas,ſi Chriſtianus eſt,nãq; iſte põt habere beneficiũ
c.eã te de reſcr.c.ſi qs ægritudine d.57.Io.Anan. &
Fel.n.2.in c.cũ ſit de Iud.Card.Pariſ.cõſ.2.vol.4.col.
vlt.Couar.in clem.ſi furioſus in 1.p.§.2.n.7.de hom.
* Nau.in ſum.c.27.n.205.&*cõiter DD.vt p Alſ.Ho
ie.trac.de incõp.benef.p.1.c.23.n.54. Hos aũt non
25 poſſe ad ſacros ordines† pmoueri ſtatuit Paul.IIII.
26 & cõfirmauit fel.recor.Greg.XIII.extẽdẽs † hoc ad
deſcendẽtes ex Mauris,vt per Nauar.conſ.1.de Iud.

## QVINTAE QVAESTIONIS.

### *SVMMARIVM.*

1 *Beneficiũ ſæculare non poteſt reſignari regulari,nec
contra.*
2 *Collatio facta ſæculari de beneficio regulari abſque
diſpenſatione eſt nulla.*

3 *An verba Conc.Triden.c.21.ſeſſ.25.de reg.ſint conſul tiua,vel preceptiua.*
4 *Monachus eſt inhabilis ad beneficium.*
5 *Canonico regulari poteſt prouideri de beneficio cura to cum diſpenſatione Epiſcopi.*
6 *Monachi diuerſorum monaſteriorum an poſſint permu tare.*

1 VINTO quæro an† beneficium ſæculare
* poſſit reſignari regu-
lari,vel econtra?*Cō-
munis concluſio eſt
negatiua,namque re-
gularis eſt inhabilis
ad beneficium ſæcula
re,& e contra,ca.pla-
cuit 2.16.q.1. Bald.in
c.cum cauſam de ele-
ctio. Director. elect.
2 c.7.in 2.par.& collatio facta†abſque diſpenſatione eſt
nulla,Bellam.deciſ.171.collatio,& 714.Rot.deci.28.
de præbend.in nou.& deciſ.5.de iur.patr.eod.lib.Re-
buff.de pacif.poſſ.num.311.Guliel.Bened.in repeti-
tio.c.Raynutius in verſ.& vxorem,nu.218.& ſequ.de
teſta.Stafil.de litteris gratiæ & iuſt.in titu. de quali.&
ſtat.benefic. Mil. in rep. in verbo beneficia conſueta
dari clericis.Dec.conſ.169.incipit, & diligenter ad fi
nem,Caſſad.deciſ.4.de præben.Fely.in c. in noſtram.
* num.41.de reſcr.& eſt communis*opinio,Pro qua fa
cit c.nullus de elect.li.6.& c.cum ſingula de præben.
eo.li.& c.cum de beneficio,eo.tit.& lib. & tex.Conc.
Trid.in c.10.ſeſſ.14.de reformat.vbi hæc ſunt verba,
*Regularia beneficia in titulum regularibus profeſſis
prouideri conſueta cum per obitum aut reſignationē
vel alids illa in tit.obtinentes vacare contigerit, reli-
gioſis tamen illius ordinis,vel ijs qui habitu omnino
ſuſcipere & proſſeſſionem emittere teneantur,& non
alijs,ne veſtem lino lanaque contextam induant con
ferantur.*Pondera dum dicit,*aut reſignationem*,ergo
clariſſime hic probatur concluſio noſtra.ad idem fa-
cit tex.eiuſdem Conc.Trid.c.21.ſeſſ.25. de regul.ibi.
*Quę vero in poſterū vacabunt,nō niſi regularibus ſpe
ctatæ virtutis & ſanctitatis conferantur, &c.* quæ
*3 verba ſecundum Rot.ſunt†præceptiua*non conſulti-
ua,iux.doct.Socc.Iun.in conſil.144.num. 19.vol.3.Sa
* cra autem*congregatio Concilij cenſuit eſſe conſul
tiua,vt deſcendāt ab illo verbo *confidit* poſito in eod.
tex.ſupra.Idemque ſtatutum fuerat in Concilio Late
ranenſe ſub Leon.X.ſeſſ.9.c.3.vt habetur in Bulla in-
cipit ſupernæ,quod declara niſi Sum. Pontif. diſpen-
ſaret.Quint.Mandoſ.in praxi ſig.gratiæ in titu.de di-
ſpenſationi.monacho.pro obtinen.benefic.Hoied.d.
c.vlt.nu.96.Deci.conſ.169.ad fin.quod procedit etiā
ſtante conſtitutione Pauli IIII. quæ fuit redacta ad
terminos iuris per Pium IIII.nā perinde eſt ac ſi non
emanaſſet,Card. Paleott.deciſ.348. incip.dubitatum
* fuit.Hinc fuit reſolutum in* Rot.Monachum eſſe in
4 habilem ad†beneficia ſine diſpenſatione & collationē
non tenere etiam ſi fuerit facta motu proprio, teſte
Car.San.Cru.deciſ.170.in recoll.manuſcr.& Canoni
co regulari poteſt prouideri de beneficio curato,ſæ-
5 culari cum diſpenſatione Epiſcopi, † vt fuit reſolutū
* in una*Meten.parochialis coram Guidobon.17.No
uembris 1552.teſte Caput.deciſ.85.part. 1. vbi etiam
* atteſtatur*de communi.
6 An autem monachi diuerſorum†monaſteriorum
poſſint inuicem permutare,vide Bellam.de perm.
par.2.q.3.num.6.

## SEXTAE QVAESTIONIS

*SVMMARIVM.*

1 *Fœminæ non poteſt beneficium reſignari à maſculo.*
2 *Fœmina poteſt renunciare Abbatiſſatum in fauorem alterius fœminæ.*

1 SEXTO quæro an fœmi-
næ†poſſit beneficium Ec
cleſiaſticum reſignari?
Reſponde negatiue,nam
que fœmina eſt inhabilis
ad obtinenda beneficia
Eccleſiaſtica,Innocen.&
alij in c.cum noſtris decō
ceſſ.præbend.D.Auguſti.
in lib.de hereſib.c.27.Re
buff.de pacif.poſſeſſ.num.312.Hoied.de incompa.be
* neſ.par.1.c.vlt.nu.73.&*communiter DD.
Et hoc procedit quando maſculus vellet renuncia
2 re in fauorem fœminæ,ſecus vero ſi †fœmina habens
prælaturam vellet renunciare illam prælaturam vel
Abbatiſſatum in fauorem alterius fœminæ,nam poſ-
ſet,Sarnem.de infirm.reſign.quæſtio.6. col. 2. Man-
doſ.in ead.reg. q.3. Creſcent.deciſ.173. contra lib.1.
* Pelegrin.deciſ.142.in manuſcri.vbi dicit ita*fuiſſe re
ſolutum in Rot.quod quomodo procedat dixi lib.2.

## SEPTIMAE QVAESTIONIS

*SVMMARIVM.*

1 *Beneficia non poſſunt reſignari exteris a regno vbi vi get conſuetudo illa non conferendi exteris.*
2 *In Gallia & Hiſpania beneficia conferunt regniculis.*
3 *Eoterus non poteſt impetrare beneſiium,vbi adeſt hu iuſmodi conſuetudo.*
4 *Beneficia patrimonialia non poſſunt reſignari iis, qui non ſunt de ciuitate.*
5 *Beneficia curata non poſſunt reſignari iis,qui neſciūt idioma loci.*
6 *Filius illegitimus non poteſt obtinere beneficia in ec cleſia,in qua pater obtinet,aut obtinuit.*
7 *Pater non poterit reſignare alteri beneficium,vt re- nunciet filio illegitimo.*

SEPTIMO quero quid in q-
buſdam caſibus particula
ribus,nam aliquæ perſonę
habiles ad beneficia pro-
pter cauſas particulares ex
excludūtur ab illis, pariter
in eorum fauorem nō poſ
ſunt illa beneficia reſigna
ri & primo loco dicendū
2 †eſt beneficium non poſ-
ſe reſignari extero a regno,vbi viget conſuetudo im
memorabilis,vel priui legium S.Pont.vt non poſſint
beneficia conferri exteris a regno,prout in Hiſpania
vt dicitur in lib.1.ordinamenti Hiſpaniæ titu. 3.l.18.
19.& 20.& conſtat ex multis pragmaticis editis a Ca
rolo.



2 rolo.V.Hiſpaniarum†rege,prout refert Couar.c. 35.
pract.q.num.5.& in rep.c.Raynutius in ver.&vxorem
nomine li.5.num.482.de teſtam.Rebuff.de pacif. poſ
ſeſſ.nu.265.& in praxi benef.in tit.de reſcri.mixt.nu.
3 7.& ratio†eſt quia exterus non poteſt impetrare be-
neficium in regno, vbi adeſt huiuſmodi priuilegium
Abb.in c.bonæ 2.nu.16.de poſt.præl.Rocc.de Cur. ī
tract.de iur.patr.in verbo honorificum q.18. cum a-
lijs adductis p Rebuff.d.tract.de pacif.poſſeſſ.n.266.
& vtinam vbique eſſet huiuſmodi conceſſio, ſcilicet
in omnibus regnis propter quamplures cauſas, quas,
breuiter explicat Couar.d.c.35.prac.q.n. 5. & de hac
re fuit conſultatum in ſacro Conc.Trid.teſte Dom.
Sot.lib.3.de iuſt.& iur.q.7.c.2.namque iuſtificatur in
c.bonæ el 2.de poſt.præl.in c.vlt.de cler. peregr. in c.
nullus inuitus diſt.61.c. neminem diſt.70. Sarnen.de
Idio.q.1.Selua de benef.p.2. q.vlt.Caro. de Graſſ. in
lib.2.regalium Franciæ iure.8.
4 Secundo loco dicendum†eſt beneficia patri mo-
nialia non poſſe reſignari iis,qui non ſunt de ciuitate
vel oppido, Alfon.Hoied.tract.de incomp.benef.par.
1.c.vlt.n.86.faciunt quæ ſcribit.Caſſad.deciſ.18.de p̄
b.Mandoſ.reg.19.Cancell.de infir.relig.
5 Tertio loco†affirmandum eſt beneficia curata nō
poſſe reſignari iis,qui non intelligunt,& neſciunt, &
intelligibiliter loqui idioma loci, vbi Sarnen.& Man
doſ.plura adducunt ad materiæ declarationem Bel-
lenc.in tract.de charit.ſubſid.q.66.colem.5.Card.Pa
riſ.88.vol.4.Hoied.d.c.vl.num.43.vbi vſque ad num.
71.ampliat & limitat pluribus modis dictam regulā.
Quarto loco dicendum eſt beneficium non poſſe
reſignari illegitimo diſpenſato ad beneficia,cuius pa
ter obtinet vel obtinuit etiam diſſimilē beneficium
6 in eadem eccleſia† nam filius illegitimus non poteſt
obtinere beneficium in eccleſia,in qua pater eius ob
tinet aut obtinuit tam ſi ſit ſimile,quam ſi ſit diſſimi
le,tex.eſt Conc.Triden.in cap.15.ſeſſ.25.de reform.
cuius tex.rationem habes per Alfon.Hoied.trac. de
incomp.benef.p.1.c.vlt.n.7.Neque etiam pater pote
7 rit,qui†non ſolum non poteſt reſignare alio, ſed nec
etiam extraneo,qui poſtea reſignet filio,ita Rebuff.
de pacif.poſſeſſ.n.277.& ad hoc eſt conſtitutio Cle-
mentis vij.quæ eſt in viridi obſeruantia,vt per Man-
doſ.in tract. de ſignat gratiæ tit. de diſ.ad beneficia
in eccleſiis in quibus pater &c.

## OCTAVAE QVAESTIONIS.

*SVMMARIVM.*

1 *Infirmis poſſunt beneficia reſignari.*
2 *Non poteſt beneficium curatum reſignari infirmo in firmitate longo tempore duratura.*
3 *Senibus poſſunt beneficia reſignari.*
4 *Habentibus dignitatem poſſunt beneficia reſignari*
5 *Proprio Epiſcopo poteſt beneficium reſignari.*
6 *Conſanguineis poſſunt beneficia reſignat.*
7 *Renunciatio facta animo occidendi aliquem eſt nulla.*

OCTAVO quero quid in
quibuſdam alijs caſibus?
Et primo an infirmis poſ
1 ſit beneficium reſignari?
†Reſpōde affirmatiue,cū
nihil obſtet.limita tamen
niſi infirmitas ſit longo
tempore duratura, & be-
2 neficium†requirat eā cu-
ram,vt ille non poſſit ſa-
tisfacere, iuxta ea, quæ
ſcribunt DD.in c.niſi de renunc.
3* Secundo an ſenibus?*communis regula†eſt affir-
matiua poſſe beneficium reſignari ſenibus.
Tertio an poſſit beneficium reſignari habentibus
4 dignitatem,reſponde†affirmatiue,etiam ſi ſit Epiſco
pus, Archiepiſcopus,Patriarcha, Cardinalis, & etiam
5 proprio†Epiſcopo in manibus Summi Pontif. poteſt
beneficium reſignari,& etiam vicario.
6 Quarto an poſſit†beneficium reſignari affinibus
ſeu conſanguineis?Reſponde poſſe, & nihil obſtare
Nauar.in manua.c.23.nu.107.dummodo non fuerit
7 fraudulenta, namque reſignatio facta in fauorē † fra-
tris animo aliquem occidendi,ſi poſtea reſignans cō
* miſit homicidium,reſignatio eſt nulla,vt fuit*reſolu-
tum per Rot.in vna Romana coram Rauellen. teſte
Ant.Aug.deciſ.266.li.3. & huiuſmodi fraus colligi-
tur,ſi infra menſem renunciauit & commiſit homici
dium,vt fuit reſolutum*in eadē. coram Rauell. teſte
Ant.Aug.deciſ.273.li.3.

## NONAE QVAESTIONIS

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatione minorum tam pueritia quam adoleſcen tia venit.*
2 *De iure communi habens ſeptem annos poteſt habere beneficia.*
3 *Hodie requiritur ætas 14.ann.ad obtinendum benefi cium,& minori 14.ann.non poteſt beneficium reſi gnari.*
4 *Minor 14.ann.non poteſt in cauſis ſpiritualibus in iu dicio per ſe ſtare.*
5 *Minor 14.an.admittitur ad honores & officia.*
6 *Decretum Concilij requirens ætatem in collatione ha bet locum in reſignatione.*
7 *De iure communi minor poteſt obtinere Canonicatū.*
8 *De iure communi Canonicatus non requirit ordinem clericalem.*
9 *Septem anni ſufficiunt ad primam tonſuram.*
10 *Canonicatus tam in cathedrali quam collegiata non poteſt renunciari hodie minori 14.an.*
11 *Hodie canonicatus habet annexum ordinem ſacrum.*
12 *Minor eſt capax penſionis.*
13 *Minori 25.an.poteſt reſignari beneficium ſimplex.*
14 *Ad obtinēdum beneficium curatum requiritur ætas 25.ann.*
15 *Nulla eſt collatio facta de beneficio curato minori 25.ann.*
16 *Dignitas eccleſiaſtica non datur,niſi habenti 25. an.*
17 *Minori 25.an.non poteſt reſignari beneficiū caratū.*
18 *Beneficium curatum poteſt conferri & reſignari ei qui habet ætatem,vt infra annum poſſit promone- ri ad ordines ſacros.*
19 *Coadiutoria in beneficio curato poteſt concedi ei,qui poteſt capere ordines ſacros infra annum.*
20 *Ex ſola inhibitione non inducitur nullitas.*
21 *Inſtrumentum confectum a Notario non matricula- to probibito per ſtatutum,valet.*
22 *Clerico probibetur officium tabellionatus.*
23 *Reſignatio facta in fauorem illius,qui non habet æta tem requiſitam,eſt nulla.*
24 *Collatio facta non habenti ætatem legitimā eſt nulla.*
25 *Permutatio facta cum eo,qui non habet ætatem re- quiſitam eſt nulla.*
26 *Expectans apoſtolicus, ſi non eſt legitimæ ætatis, nō*

poteſt

*poteſt acceptare beneficium.*
27 *Quicquid ſit contra, eſt nullum.*
28 *Concilium Tridentinum habet decretum irritans.*
29 *Decretum irritans annullat actum.*
30 *Decretum irritans inficit titulum & poſſeſſionem.*
31 *Prouiſio facta Cardinali de beneficio ducentorũ duc. eſt nulla.*
32 *Verba, viribus carere &c. denotant annullationem actus.*
33 *Huiuſmodi verba ſunt latæ ſententiæ.*
34 *Per clauſulas generales quando detur diſpenſatio.*
35 *Quando duo requiruntur, vnum non ſufficit.*
36 *Beneficium ſacerdotale poteſt reſignari maiori 25. an. licet non ſit ſacerdos.*
37 *Maior 24. an. poteſt impetrare beneficium ſacerdotale, licet non ſit ſacerdos.*
38 *Reſignatarius debet ſe facere promoueri intra annũ, quando beneficium id requirit.*
39 *Statutum prohibens aliquid, non ſe extendit ad factum ex cauſa neceſſitatis.*
40 *Statutũ quod alienans debeat requirere conſortem, nõ habet locum in alienatione neceſſaria.*
41 *Statutum loquens in donatione non habet locum in donatione ob cauſam.*
42 *Statutum diſponens, vt obtinentes beneficia de clero ſint in ſacerdotio, & teneantur miſſas celebrare, habet locum in reſignatione.*
43 *In renunciatione requiritur vera collatio.*
44 *Maior 14. an. & minor 25. poteſt acceptare beneficium abſque curatore.*
45 *Reſignatarius agit de lucro captando.*
46 *Certans de beneficio, de lucro tractare videtur.*
47 *Minor poteſt reddere meliorem ſuam conditionem ſine curatore.*
48 *Minor ſine curatore poteſt adire hæreditatem.*
49 *Maior 14. an. & minor 25. habet legitimam perſonã ſtandi in iudicio.*
50 *Minor in rebus ſibi vtilibus non poteſt conſentire ſine curatore, ſi cum illis adiunctum eſt onus.*
51 *Minor non habet legitimum conſenſum ad faciendũ.*
52 *Minor, cui reſignatum eſt beneficium, poteſt conſentire penſioni abſque curatore.*
53 *Reſignationes quo ad reſignatarium ſunt fauorabiles.*
54 *Papa poteſt derogare conſenſui.*

NOno quero an minori
poſſit beneficium re
ſignari? diſtingue: aut
loquimur de minori
quatuordecim anorũ
aut de minori 25. an-
1 norum, cum† appella-
tione minorum, tam
pueritia, quam adole-
ſcentia veniat, vt colli
gitur ex Io. de Ami-
co conſ. 40. nu, 5. &
ſupra dixi
Primo caſu attento iure cõi eſſet dicendum mino
2 ri 14. ann. & maiori 7. ann. †poſſe reſignari beneficiũ
ſimplex: namque conſtitutis in hac ætate poteſt tale
beneficium conferri iuxta ea quæ ſcribunt DD.* cõ
* muniter in c. ſuper inordinata, de præb. & in cap. ſi eo
tẽpore de reſcr. li. 6. Silueſt. in ver. benef. 3. q. 1. & hãc
eſſe communem opinionem atteſtatur Alf. Hoie. in
tract. de incomp. benef. p. 1. c. vlt. n. 23. ſed quia hodie
iure nouiſſimo ex decreto Conc. Trid. c. 7. ſeſſ. 23. de
3 refor. †*nullus prima tonſura initiatus aut etiam in
minoribus cõſtitutus ante decimum quartum annum
beneficium poſſit obtinere &c.* dicendum eſt poſſe ẽt
beneficium ſimplex reſignari minori 14. an. idque op
tima ratione conſtitutum fuit, ne indigni ad eccleſia
ſtica beneficia aſſumantur. ad not. in c. ne pro defectu
de elect. ex quo ſequitur ſcandalum, ad not. per Boe-
rium deciſ. 350. col. 1. Hinc in cauſis ſpiritualibus &
4 beneficialibus minor 14. ann. †non poteſt per ſe in iu
dicio ſtare, ſed debet procuratorem conſtituere, cap.
* vlt. de iud. lib. 6. * vbi communiter DD. hoc notat
Milin. in rep. ver. minor 25. ann. Cra. conſ. 153. in fin.
Gig. reſpõ. 14. nu. 3. Ferrett. conſ. 282. Hinc nõ admit
5 titur † ad honores & officia pub. 2. §. impubere ff. de
iur. immun. l. 2. §. item impuberes ff. de reg. iur. & ſic
6 Decretum Conc. requirens † ætatem in collatione ha
bet locum in reſignatione in fauorẽ, prout alias fuit
* reſolutum in Rot. in vna Gerunden. teſte Put. deciſ.
331. lib. 1. quia militat ratio finalis, &c.
Ex quo infertur quod quamuis plures DD. ſcripſe
rint de iure communi minorem †poſſe obtinere cano
7 nicatum in cathedrali, ſeu collegiata, vt per Mil. in
ver. minor 14. an. poteſt eſſe canonicus, Franc. in c. ſi
eo tempore col. vlt. verſ. de canonicatibus vero, de re
ſcr. lib. 6. vbi atteſtatur* hanc communem (quamuis
* Hoſtiẽ. in c. ſuper inordinata col. 3. de præb. & Abb.
ibi. nu. 4. tenuerint contrarium. Bellam, deciſ. 728.)
nam canonicatus non requirit aliquem† ordinẽ cleri
8 calem præter primam tonſurã, Abb. in c. 2. in vlt. not.
de inſt. Cald. conſ. 14. de conſt. Boer. deciſ. 181. adquã
9 prima tonſuram† obtinendam ſufficiunt ſeptem anni
c. vlt. de tempor. ord. lib. 6. c. cum adeo de reſcri. Re-
buff. in prax. in tit. de diſpenſ. ratione ætatis in princ.
10 hodie autem non poterit† reſignari canonicatus mi-
nori 14. annorum, non ſolum ſi ſit in cathedrali, ſed
etiam ſi ſit in collegiata, prout diſponit ſacrum Con
cilium Trid. c. 11. ſeſſ. 22. de refor. ibi, *Neminem etiã
deinceps ad dignitatem canonicatum aut portionem
recipiant, niſi qui ordine ſacro aut ſit initiatus. quem
illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali
ætate, vt infra tempus a iure, & ab hac ſancta ſynodo
ſtatutum initiari valeat.* Subdit, *in omnibus vero ec-
cleſiis Cathedralibus, omnes canonicatus aut portio
11 nes habeant annexum† ordinem Presbyteratus, Dia-
conatus, vel Subdiaconatus, &c.* Vnde canonicatus,
cui annexus eſt ordo ſubdiaconatus, requirit ætatem
viginti vnius annorum, canonicatus vero cui eſt an-
nexus ordo diaconatus requirit ætatem viginti duo-
rum annorum, canonicatus autem cui eſt annexus or
do presbyterij requirit ætatem 25. annorum, vt pro-
bat tex. eiuſdem Concilij Trid. in c. 12. ſeſſ. 23. de re-
formatione.
12 Et minor ex iuris communis † diſpoſitione capax
eſt penſionis, vt tenuit Rota in vna Venet. penſionis,
coram R. P. D. Robuſterio tunc Auditore Rotæ do
ctiſſ. neceſſe tamen eſt in reſeruatione exprimere in
* fantilem ætatem, vt fuit reſolutum in vna * Catanien.
pẽſionis Mercurij 4. Maij 1583. corã R. P. D. Gipſio.
13 Secundo caſu, ſcilicet minori† 25. ann. poteſt reſi-
gnari beneficium ſimplex, cum illud poſſit obtinere
* vt ex communi dictum eſt ſupra, ac etiam canonica
tus requirẽs ordinem ſubdiaconatus, vel diaconatus
* vt etiam ſupra ſcripſi, & hęc eſt* communis opinio q̃
* in praxi* eſt recepta.
Dubium autem eſt an huic minori 25. ann. poſſit
reſignari beneficium curam animarum habens, aut
dignitas habens, curam animarum, vel canonicatus
requirens



requirens ordinem ſacerdotalem, quandoquidem ne
14 mini concedatur beneficium† curatum niſi habenti
ætatem 25. annorum, cap. cum in cunctis §. inferiora
de elect. c. licet canon eo tit. in 6. Gloſ. in c. ſuper inor
dinata col. 2. de præb. Feder. de Sen. con. 132. col. vlt.
Rom. con. 325. in princ. Deci. conſ. 542. Roland. cõſ
* 47. num. 58. 59. 64. lib. 1. & communiter* DD. alias†
15 nulla collatio d. c. licet canon, vbi omnes; nec etiam
16 dignitas† eccleſiaſtica, niſi exiſtenti in eadem ætatẽ, d.
* c. cũ in cunctis §. inferiora, vbi* omnes not. de elect.
& eſt decretum Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. cap. 12.
*Nemo igitur deinceps ad dignitates quaſcumque, qui
bus animarum cura ſubeſt, promoueatur, niſi qui ſaltẽ
35. ætatis ſuæ annum attigerint &c.* Reſpondeneque
17 vt ex ſupra dictis† apparet, nam eſt incapax, niſi attige
rit 25. annum, vt poſſit ad ſacerdotium infra tempus
18 ſtatutum a iure promoueri. nam hoc caſu† poſſunt ei
reſignari huiuſmodi beneficia, ſicuti conferri, vt pro
* batur in d. c. licet canon, vbi * communiter DD. de
elect. lib. 6. *ibi, qui non attigerit 25. annum,* in d. c. 12.
ſeſſ. 25. de refor. *ibi niſi qui ſaltem 25. ætatis ſuæ annũ
attigerit, &c.* Et etiam, *ibi. aut in tali ætate, vt infra
tempus a iure, & ab hac ſancta ſynodo ſtatutum ini-
tiari valeat &c.* tradit Alfonſ. Hoid. in tract. de in-
comp. par. 1. c. vlt. nu. 19. Ita etiam in beneficijs cura-
19 tis & dignitatibus habentibus curam animarum† coa
diutoria poteſt concedi non ſacerdoti, dummodo
ſit in ea ætate in qua poſſit intra annum aſcendere
* ad ſacerdotium. ita fuit tentum in Rot. *coram Gui
dob. 10. Maij 1551. in vna Oxomen. Archi. teſte Ca-
putaq. deciſ. 127. lib. 1.
Sed quæro an reſignatio facta in fauorem N. non
habentis ætatẽ requiſitam in illo Beneficio ſit nulla?
Videtur dicendum quod non, quia ex ſola inhabilita
20 tione non inducitur† nullitas, vt ſcribit Caſſad. deciſ. 2.
nu. 2. de præb. Anchar. conſ. 20. Bella. deciſ. 754. nam
21 licet Notarius non matriculatus prohibeatur† facere
inſtrumentum a ſtatuto, ſi tamen fecerit valet, Bart.
in l. vniuerſos per illum tex. C. de decurio. lib. x. ita cle
22 rico officium tabellionatus† prohibetur, ſi tamen in
ſtrumenta confecerit valeret, c. ſicut, vbi Io. Andr. ne
cler. vel mon. cum alijs, vt per Dec. conſ. 17. His tamẽ
23 non obſtantibus† exiſtimo eſſe nullam, vt fuit tentum
* in Rot. in vna* Aſtoric. Archidiaconatus die Lunæ. 9.
Iulij 1568. teſte Oradino in lib. 2. deciſ. manuſcri. per
ipſum collectarum in deciſ. 147. Put. deciſ. 331. in fin.
lib. 1. & probatur ex eo, quia collatio facta non habẽ
ti ætatem legitimam in beneficio requiſitam† eſt nul
24 la, ita probat tex. in c. licet canon de elect. lib. 6. ibi, *vi
rib. omnino carere,* & ibi Gloſ. Arch. Gemi. Anch. &
*25 *cõmuniter DD. ita in ſimili pmutatio facta cũ eo q
nõ† habet ætatẽ requiſitã in beneficio permutato, eſt
* nulla, vt fuit* alias tentum in Rot. teſte Tho. de Tan.
dec. 58. & volunt cõiter DD. in tract. de permuta. be
nef. Gam. in cap. vnico eod. titu. lib. 6. Hinc expectans
Apoſtolicas, ſi non eſt legitimæ ętatis, non poteſt† ac
26 ceptare beneficium ſacerdotale, vt fuit* alias reſolutũ
in Rot. vt habetur deciſ. 1. de prob. in nou.
27 Et ratio eſt, quia quicquid fit cõtra legem †eſt nul
lum, vulgata l. non dubium C. de legib.
28 Eoque magis quia Conc. Trid. †habet decretũ ir-
ritans, vt patet ex conſtitutione Pij IV. & tamen de-
29 cretum irritans† annullat actum, Oldrad. cõſ. 319. col.
vlti. Abb. in c. dilectus nu. 14. de præb. Caſſad. dec. 12.
nu. 4. & ſeq. ſuper reg. Cãc. Prob. in c. tibi qui. num. 9.
30 de præb. in C. & inficit. tit. & †poſſeſſionẽ, vt per Gabr.
* de clauſu. conclu. 3. nu. 50. cum ſeq. ex hac ratione*
coram D. Paulo de Capiſucchis fuit tentum in Rot
31 quod prouiſio† facta Card. de beneficio minoris valo-
ris ducentorum ducatorum contra prohibitionem
Conci. Lateran. ſeſſ. 9. ſub Leone x. ſit nulla. Idemque
* tenuit* Rot. in vna cauſa coram D. Sibinicen. de
menſe Aprilis. 1521. vt atteſtatur Caſſad. d. deciſ. 2. in
princ. de præb. Hinc prouiſio facta contra ſtatutum
requirens certam ætatem eſt nulla, Moed. decis. 135.
ſtatutum, vbi refert ita fuiſſe tentum, Put. dec. 131. in
fin. lib. 1.
Non obſtant ſuperius allegata, nam negatur quod
canones ulterius non procedant, cum d. c. licet canon
dicat *viribus omnino carere,* quod communiter ibi à
32 DD. interpretatur † vt annulletur actus immo dicta
33 verba ſunt† latæ ſententiæ iuxta glo. in l. amiſſionem §.
qui deficiunt in fin. ff. de cap. dim. Hoſtien. in fin. ne
præl. vic. ſuas; Abb. in c. cum in cunctis. § vltimo col. vl
tim. & in quibuſdam ante fin. de pœn. And. Tiraq. in l.
ſi vnquam in ver. reuertatur in prin. C. de reuo. dona.
Nec Papa admittendo renunciationem, & confe-
34 rendo per clauſulas ſolitas† poſitas in prouiſione vide
tur diſpenſare, Ioa. Monach. in c. cum aliquibus de re
ſc. in 6. & in c. 1. de filijs presb. eo. lib. Io. Andr; in c. ſi
motu proprio de præb. Rot. deciſ. 1. n. 3. de præb. in
nou. allegans tex. in c. non poteſt eod. tit. lib. 6. de quo
eſt videndus Calderinus conſ. 8. de reſcri.
Quæro an in caſib. in quibus requiritur ætas. 25. an
norum, & ſacerdotium, poſſit reſignari beneficium,
exiſtenti in d. ætate, vt quia ſit maior 25. annorum, li
cet non ſit ſacerdos. Videtur dicendum quod non, ex
c. nemo deinceps de elect. lib. 6. *Nemo deinceps paro
chialem eccleſiam alicui non conſtituto in ætate legi
tima & ſacerdotio commendare præſumat, &c.*
Ex quo ſatis euidenter colligitur non ſufficere, vt
ſit in ætate legitima, namquando† duo requiruntur,
35 non prodeſt, ſi vnum interueniat iuxta vulgarem, & *
communem regulam, ad quod facit id quod ſcribit.
Archid. in c. cum aliquibus de reſcri.
36 Hoc non obſtante† in contrarium eſt veritas, vt te-
* nent Glo. Archi. Gemin. ac Franc. & omnes* in cap. li
cet canon de elect. in 6. Glo. Card. Bonif. de Vitallin.
& alij in cle. 1. de off. vicarij Ioannes Andr. in c. ſi pro
pauperibus eo tit. & lib. quod probat tex. in d. c. licet,
canon, ibi, *Et infra annum a ſibi commiſſi regiminis
tempore numerandum ſe faciat ad ſacerdotium promo
ueri, &c.* Idque etiam probatur in c. ei cui de præb. in
6. *ei cui mandatur prouideri ſimpliciter de præbẽda
proxime vacatura, ſacerdotalis præbenda conferri
non poteſt, ſi nondum in ætate tali exiſtat quod poſſit
ad ſacerdotium promoueri, &c.* Hoc etiam probat ex
preſſe Conc. Trid. d. c. 12. ſeſſ. 24. de refor. Hinc alias
* fuit tentum* in Rot. coadiutoriam conceſſam ſuper
Archidiaconatu maiori 25. annorum eſſe validam, nõ
obſtante quod tempore conceſſionis non eſſet ad ſa-
cros ordines promotus in vna Oximen. archidiacona
tus de Villa vitioſa coram D. Guidobon. Maij 1551.
teſte. Caput. deciſ. 127. p. 1.
* Hinc alias fuit* tentum, quod ſi ſtatutum diſponat
37 de certa præbenda† non conferenda, niſi actualiter in
ſacerdotio conſtituto quod impetrans poſſet huiuſ-
modi præbendam acceptare, & ſibi facere prouideri
de eadem, licet non ſit ſacerdos, dummodo dictus
acceptans & impetrans tempore prouiſionis & ac-
ceptationis fuerit in tali ætate quod infra annum poſ
ſit promoueri in ſacerdotio, vt habetur in deciſ. 1.
Rotæ de præben. in nouis.
Non obſtat c. nemo deinceps, quia reſpondetur
illud

illud c.loqui in commenda,& ibi glo.in ver. ſacerdo-
tio inquit hoc eſſe nouiter introductum,vnde cum ſit
noui iuris , non debet extendi ad alios caſus iuxta.in
l.ſi vero §. de viro ff.ſolut. matr.propterea illud in
commenda,quæ durat per ſex mẽſes non mirum ſi id
ibi ſtatuitur,cum annus ad promouendum expectari
non poſſit.
Ex quo colligendum eſt reſignatariũ teneri ſe fa-
cere promoueri intra annum,†quando beneficiũ cu
38 ratum eſt ſibi reſignatum,ita Thom.de Tanis decis.
58.in manuſcri.
Rurſus quæro an ſi ſtatutum alicuius eccleſię re-
quirat,vt omnes detinentes beneficia de clero tenean
tur ad ſacerdotium promoueri,& ſemel,aut ter in ſe
ptimana miſſam celebrare,an hæc conſtitutio requi-
rens ſacerdotium in eo cui confertur, habeat locum
in collatione quæ fit ex cauſa reſignationis,vt ſit ſa-
cerdos,vel ſit in ea ætate,vt poſſit ſe promoueri face
re intra tempus ſtatutum iuxta ea quæ ſupra dixi? Vi
detur dicendum negatiue.Primo quia ſtatutum pro-
39 hibens†aliquid nõ ſe extendit quoties illud fit ex cau
ſa neceſſaria,Caccialup.in l.omnes populi nu.97.ver.
4.infertur.ff.de iuſt.& iur.Deci.in c.cognoſcẽtes, n.
11.de conſt.Paul.de Caſt.poſt.Cin.in l. dominus.ff.
de pet.hære.Iõ ſcribit Ro.cõſ.107.circa,Crau.conſ.
40 215.col.1.ꝙ ſtatutũ diſponens†ꝙ volens alienare te-
neat cõſortem requirere,non hẽt locũ in alienatione
neceſſaria,ſed quoties fit reſignatio conditionalis de
bet conferri illi in cuius fauorem eſt reſignatum be
* neficium,& non alteri,iuxta communes* concluſio
nes ab omnibus receptas,de quibus in prima quæſtio
ne & 3.q.1.lib.ergo &c.
41 Secundo quia ſtatutum†loquens in donatione nõ
habet locum in donatione ob cauſam,DD. in l.1. &
in l.filius familias ff.de donat.
42 His tamen non†obſtantibus contraria opinio eſt
verior,quam tenent omnes fere DD allegati in ſupe
* rioribus quæſtionibus,& ita tenuit*Rot.in vna Ge
nenben.9.Octobris 1542.teſte Put.deci.331.lib.1.&
cum iterum eſſe propoſita hæc cauſa 17. Octobris,
Domini ſteterunt in deciſis teſte eod.deciſ.335. tum
quia ratio dictę conſtitutionis eſt, vt cultus diuinus
magis augeatur, quæ ratio militat tam in collatione
quæ fit ſimpliciter, quam in ea , quæ fit ex cauſa re-
ſignationis,tum quia etiam onus eſt infixum rei,vn
de neceſſario requiritur ſequi rem,Rebuff.in prax. in
tit.de coll.
43 Accedat quia vera†collatio requiritur in renuncia
tione,cum vacet beneficium, vt ſupra late dixi libro
primo quæſtio quarta.
Accedant.not. in c.ſi eo tempore de reſcri.in 6.
cap.cui de pręb.eo lib.vbi doctores.
Non obſtant contraria,quia reſpondetur non pro
cedere cum adeſt eadem ratio,vt in caſu noſto iux. ea
quæ ſcribit Card.Pariſ.conſ.83.num.21.col.3.& cõſ.
69.num.3.col.9.Crau.conſ.118.num.15.
Præterea quæro an maior 14.annorum & minor
44 25.poſſit acceptare beneficium ſibi reſignatum†abſ
* que curatore?Reſpondetur*ab omnibus teneri,poſ-
ſe,vt in ſpecie reſpondit Burſat.conſ.411.num.11.li.
4.Mandoſ.de ætat.minor.q.30.
45 Et probatur tum quia†reſignatarius agit de lucro
captando,vt in ſpecie ſcribit Gig.conſ.135.num.11.
& 12.cum de lucro tunc tractetur,vt omnibus inno
46 teſcit,nam certans de beneficio quærendo,de lucro
†ſimpliciter tractare videtur,ca.dudum de præb.in 6.
quem tex.Franc.ibi not.10.dicit ſingularem poſt Ge
min.num.2.Tiraq.de vtroque retract.§.1.glo.10.nũ.
47 122.& tamen poteſt reddere meliorem ſuam† condi
tionem ſine curatore,§.1.inſtit.de auct.tut.l.prima C.
de auct.præſt.l.neque C.de cõtrahe.& committ. ſtip.
Paleot. deciſ.153.alias 226.Soc.ſen.conſ.80.lib.4. Ti
raq.de leg.connub.glo.8.nu.56.cum alijs,quæ paſſim
* ad hanc vulgarem*& communem regulam afferun-
tur.Hinc ſine curatore adit hæreditatem,quaſi de lu-
48 cro tractetur,& vtile ſibi negotium gerens.l. impube
* ribus.ff.de acqui.hæred.*communis opinio,teſte Iaſ.
in l.prima.§.fuit quæſitũ,nu.14.ff.ad Trebell.de quo
Antonius Pingius de tutor.& curat.q.15.nu.82.Goz
zad.d.con.16.nu.8.
Tum etiam quia maior 14.annorum& minor 25.
49 habet legitimam perſonam ſtandi†in iudicio tam p
ſe,quam per procuratorem in ſpiritualibus,& benefi
cialibus,c.vltimo de iud.lib.6.vbi Archid. Gemini.
* Franc.& communiter*DD.c.exparte,vbi Abb.num.
14.& 15.& alij de reſtit.ſpol.Crau. conſ. 153.in fine
Gig.con.14.num.3.Ferret.conſ.282.Et hæc conclu
** ſio nullam*habet dubitationem attento * ſtylo mo-
derno.
Rurſus quæro qdã reſignat beneficiũ minori 25.
ann.& maiori 14.reſeruatis fructib. aut penſione va-
lida,&c.an minor qui poteſt acceptare beneficium
ſibi reſignatum ſine curatore,vt ſupra dictum eſt poſ
ſit conſtituere procuratorem ad acceptandum bene
ficium & conſentiendum reſeruationi,quã reſignans
apponit,abſque curatore,& per conſequens an reſi-
gnatio ſit valida,ſi non conſentit cum curatore.
Videbatur dicendum requiri conſenſum curatoris
alias eſſe nullam reſignationem,primo quia minor ẽt
50 in rebus vtilibus ipſi non poteſt conſentire†ſi cum il-
lis eſt adiunctum onus,Gozzad.conſ.16.num.8. cum
ſeq.ad quod faciunt ea quæ ſcribunt Iaſ. in l. contra
iuris in fin.ff.de pact.Ripa in l.is cui binis num.47.ff.
de verb.oblig. Natt.cõſ.631.num.25.lib.3.Roland.a
Valle conſ.99.num.38.lib.1.cum alijs,vt per Octau.
Simoncell.de decret.lib.3.tit.8.in ſpect.17.num.125.
ex quo ſequitur nullam renunciationem , cum reſi-
gnãs videatur reſignare reſeruatis valide penſione, &
alijs,vt ſupra,&c.alias non,Abb.num.11.in c.cum pri
dem de pact.Moedan.deciſ.80.Paleot.dec.326.Moe
dan.326.& 341.minor autem non potuit valide con
ſentire,cum non habeat legitimum conſenſum ad†fa
51 ciendum, & eſt cõmunis, de qua Ferret. conſ. 232.
nu.1.Ber.conſ.5.in prin. lib.1.
His tamen non obſtantibus contraria opinio vera
52 eſt,quam tenuit Rota in vna Cartaginen.* Archidia
conatus coram Illuſtriſſimo Card.Paleot. vt ipſe re-
fert deciſ.153.alias 226.vel 418.de anno .1560.& a-
* lias hoc tenuit*Ro.coram Oradino.4.Maij.1554.&
in facti contingentia ita reſpondit excellentiſſimus.
Burſ.conſ.411. lib.4.tenet Mandoſ.de ætate minor.
quæſt.30.
Ratio quæ mouit Rot.quia minor ſine curatore ,
poteſt facere meliorem ſuam conditionem,vt dictum
* eſt ſupra ex*communi,& tamen hic agitur de lucro,
53 cum reſignationes†quoad reſignatarium ſint fauora-
biles,cum ipſe agat de lucro,Gig.d.conſ.135.nu. 11.
cum ſequenti,& ſaltem ratione ſolius ſpei dicitur age
re de lucro,licet omnes fructus ſint reſeruati reſignã
ti,nemo enim eſt qui non deſiderare habere tale be
neficium,vt omnibus innoteſcit,&c.
Non obſtant in contrarium allegata,quod minor
non poteſt conſentire in reb. ſibi vtilibus, vbi onus
eſt adiunctum,namque hoc procedit, vbi ante con-
ſenſum



ſenſum minori eſſet ius acquiſitum,nam tunc dicere
tur fere diſtractio iuris,ſeu obligatio ad onus ita ꝓ-
cedit con.Gozzad.16.nu.8.vt declarat Burſat. d.cõſ.
411.nu.21.at in caſu noſtro ante conſenſum nullum
ius acquiſitum eſt.vt patet,ergo.
Ad ea quæ ſcribunt Iaſ.Ripa Natt.Rolan. & mo-
derni,reſpondetur vel procedere in minoribus,vel in
diuerſo caſu,&c.
Tamen cum conſenſus ſit valide præſtitus, ceſſat ,
id quod in conſequentiam dicebatur reſignationem
eſſe nullam,& ius non eſſe abdicatum a reſignante,nã
cum ſint verificatæ conditiones iuxta eius mentem,
ceſſant in contarium adducta,Card.Pariſ.conſ. 31.n.
17.& late conſ.5.& conſ.18.num.11.& conſ.41. nu.
14.vol.4.
Et hæc concluſio eo magis procedit,ſi Papa dero
garet reg.de præſtan.conſenſu,attento quod reſigna
54 tio fit in fauorem minoris,nam quando Papa vult †
non eſſe neceſſarium conſenſum,tunc reſignatio nõ
poteſt annullari ob cauſam non præſtiti legitimi con
ſenſus,prout alias fuit deciſum in Rot.*in vna Ache
rontin.coram Oradino 4.Maij.1554. teſte Mandoſ.
d.q.30.de ætat.min.nu.3.

## DECIMAE QVAESTIONIS

*SVMMARIVM.*

1 *Poteſt reſignari beneficium in fauorem conuentus ſi-*
*ue Capituli.*
2 *Huiuſmodi reſignatio æquipollet vnioni.*
3 *Capitulum ſiue conuentus non moritur.*
4 *Quindemia ſoluuntur officialibus Cancellariæ.*

DEcimo quæro an poſſit reſignari
beneficium in fauorem Capitu-
1 li,ſeu†conuentus.Communis re
* ſponſio*eſt affirmatiua, verum
2 talis reſignatio vnioni†æquipol-
let,ita Mandoſ.in trac. de ſign.
gra.verbo vniones colu.2.verſi.
idem ſit.
Et ratio eſt,quia beneficij ſic reſignati vlterior va
3 catio contingere non ſolet,namque†Capitulum ſiue
conuentus non moritur,argum.l.ſicut §.vlt.ff. quod
cuiuſque vniuerſ.nom.l.proponebatur ff.de iud. bo-
nus tex.in c.ſi gratioſe de reſcri.lib.6.
Et hac ratione,quia beneficia vnita ſeu in corpo-
rata collegio,Capitulo,ſeu conuentui,aut in illorum
fauorem ceſſa,ſeu reſignata non vacant amplius , ne
fraudetur Cancellaria introductus fuit ſtylus in Can-
cellaria quod lapſis quindecim annis à tempore vnio-
nis ſeu reſignationis huiuſmodi factæ ſoluatur de-
4 nuo annata†talis beneficij ſic vniti vel ceſſi,& appellã
tur quindemia,quia per decurſum,quindecim anno-
rum noua ſolutio fieri debet , idque fuit ſtatutum a
Paulo II.vt patet in conſtitutione 8.inccip.Decet,&
per Inno.viij.in conſtitutione.1.Apoſtolica,per Iul.
II.in conſtitutione 3.ex debito per Iul. III. conſtitu
tione 38.cupientes,& conſtitutione 41.cum nos.

## Vndecimæ & vltimæ Quæſtionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Non peccat procurans ſibi reſignat beneficium ſi eſt*
*idoneus.*
2 *Non debet quis quærere beneficium , quod quęſitum*
*nequit retinere.*
3 *Turpius eijcitur quam non admittitur hoſpes.*
4 *Facilius res conſeruatur quam fiat.*
5 *Excommunicatio impedit acquiſitionem beneficij,nõ*
*tamen tollit acquiſitum.*
6 *Furor impedit acquiſitionem beneficij,non autem tol*
*lit collatum.*
7 *An liceat deſiderare Epiſcopatum.*
8 *Renuncians beneficium ad fauorem idonei nõ peccat.*
9 *Actus renunciationis licitus eſt.*
10 *Per idoneum beneficiarium beneficium non patitur*
*detrimentum.*
11 *Idoneus ad beneficium quis dicatur.*
12 *Aetas requiſita beneficio reſignato requiritur in reſi*
*gnatario.*
13 *Beneficium ſimplex requirit 14.ann.*
14 *Beneficium curatum,& dignitas requirit 25.an.*
15 *Boni mores ſunt maxime neceßarii ſacerdotibus.*
16 *Bona fama eſt theſaurus inæſtimabilis.*
17 *Eccleſia Dei eget viris literatis.*
18 *Eccleſia odit illiteratos .*
19 *Collatio facta illiteratis eſt ipſo iure nulla.*
20 *Illiteratus eſt magis odioſus quam homicida.*
21 *Illiteratus eſt nullus in eccleſia Dei.*
22 *Illiteratus comparatur cœco.*
23 *Scientia debet eſſe ſufficiens ſecundum qualitatem be*
*neficii.*
24 *Scientia alia eminens,alia mediocris , alia ſufficiens.*
25 *Quę ſcientia requiritur in Epiſcopo.*
26 *Epiſcopus debet eſſe Doctor.*
27 *Archidiaconi quæ debeant ſcire.*
28 *Presbyteri quæ debeant ſcire.*
29 *Curati quam ſcientiam debeant habere.*
30 *Obtinentes beneficia ſimplicia debent ſcire recitare*
*horas .*
31 *Mors Nauarri quando.*
32 *Renunciatio ſit in manibus ſuperiorum , ad quos ſpe-*
*ctat collatio.*
33 *Collator non peccat promouens aliquem minus dignũ*
*contra,num.35.*
34 *Renuncians in fauorem indigni peccat.*
35 *Peccat qui eſt cauſa peccati,& qui ei conſentit.*
36 *Prælatus tenetur conferre dignioribus.*
37 *Peccat procurans beneficium pro indigno.*
38 *Prælati non ſunt domini,ſed diſpenſatores.*
39 *Renuncians in fauorem minus digni peccat.*
40 *Valet collatio facta digno,etiam ſi fuerit omiſſus di-*
*gnior.*
41 *Peccat clericus accipiendo beneficium animo illud*
*renunciandi.*
42 *Peccat clericus accipiendo beneficium cum animo re*
*cipiendi uxorem.*
43 *Non peccat clericus renuncians in fauorem æque di-*
*gni.*
44 *Satisfacit quis legendo per ſubſtitutum æque peri-*
*tum.*
45 *Peccant prælati admittendo renunciationem in fauo*
*rem indigni.*
46 *Reſignans in fauorem indigni beneficium ſimplex*
*excuſatur.*
47 *Reſignatarius indignus non peccat.*

Vnde-

VNdecimo & vltimo quęro,an bo
na conſcientia poſſit aliquis ꝓ·
curare,vt ſibi aliquodbeneficiũ
vel aliqua beneficia reſignētur?
1 Communis *opinio eſt†nō pec
care ſi eſt idoneus & procurat
prodeſſe,Collecta.in c. epiſco-
pus de probat. ſumma Angel.
in ver.beneneficium.§.32.Abb.& alij in c.cum M.de
collation.§.teneantur verſ.an poſſit quis ſine pecca-
to fol.408.Præpoſit.in c.qui epiſcopatum &c.ſunt ec
cleſia.8.q.11.Diu.Tho.2.2.q.185.art.1.Gig.de reſi-
den.epiſcop.c.1.col.vlt.Nam†quis non debut quære
re beneficium,quod quæſitum nequit retinere,vt la-
te explicat Nauar.in relect.c.ſi quando in 14. except.
3 de reſcript.Nam turpius eiicitur quam† non admitti-
tur hoſpes,c.quemadmodum de iur.irand.& facilius
4 res producta cōſeruatur quam fiat†l.ſi vnus §.pactus
5 ne peteret ff.de pact.& excommunicatio† impedit ac
quiſitionem beneficij,c.poſtulaſtis de cler.excom.mi
niſt.non tamen tollit acquiſitum,not.in c. paſtoralis.
§.verum de appellat.& furor impedit acquiſitionem
6 †ſacerdotii,nō,tamen deiicit ab acquiſito,c.1. de cle
ric.ægrot.lib.6.c.indicas 3.q.7.Et in N.† procurante
7 habere epiſcopatum per viam ceſſionis ſeruanda eſt
diſtinctio Diu.Thom.*|communiter approbta dict.
2.2.q.185.art.1.|quam refert Gig.loco cit. Nauarr.in
44.miſcell.de oration.num.82.

An autem peccent reſignantes in fauorem, quin
que caſus conſtituam ex quibus tota materia elucida
bitur.

Primus caſus eſt renunciātē in fauorem N.qui eſt
idoneus ad tale beneficium.

Secundus erit in renunciante in fauorem N.indi-
gni illo beneficio.

Tertius in renunciante ad fauorē N.minus digni.

Quartus in renunciante ad fauorem N.vt eccleſię
non ſeruiat,puta quia a principio erat huius mentis,
& ſic habebat in mente illud renunciare.

Quintus in renunciante in æque dignum.

Circa primum caſum breuiter concludo renun-
8 ciātem ad fauorem†idonei & digni illo beneficio nō
peccare,dummmodo pactum nō intercedat,ita in ter
minis Archid.in c.quicunque 1.q.1.Sequitur Guliel.
Redoan.in tract.de ſimon.p.2.c.10.nu.6. & in c.12.
* ead.par.nu.10.allegat alios doctores,& hæc opinio*
communiter a doctoribus eſt recepta.

9 Ratio eſt quia † actus renunciationis licitus eſt cũ
ſit approbatus a canonibus in tit.de renunc.extra in
6.& in clemen.|ex quo ſequitur,quod ſi renuncians
10 ſupponat in eius locum † idoneum,beneficium non
patitur detrimentum.arg.not. per D. Thom.2.2.q.
63.art.8.& q. 185.ar.3.& quolib.6.q.9.quamuis Tur
recrem.in c.in ſcripturis num.3.8.q.1.dicat quod re
nuncians paſcere gregem Domini,cum poſſit & ſit
dignus,peccat.

Idoneus autem in hac materia dicetur,vt ſupra di
11 ctum eſt,†præditus maturitate ætatis,morum graui
tate & literarum ſcientia, vt probat tex.vbi* commu-
* niter doctores hoc notant in c.cum in cunctis de e
lect.Card.Pariſ.conſ.40.nu.13.vol.4.Rebuff.in praxi.
tit.form.vicar.num.87.& in tit.requiſ.ad collat.num.
23.verſ.ideneus.

12 Primo ætas,vt ſit†in ea ætate|requiſita ad beneficiũ
reſignādũ,nam ſi beneficiũ ſit ſimplex reſignatarius
13 †debet eſſe in 14.anno ſuæ ætatis ex decre.Conc.Tri
dent.c.6.ſeſſ.23.de reform.quamuis de iure commu
ni ſufficerent ſeptem anni completi,vt in c.de his di
ſtinct.28.c.2.de ætat.& qualit.c.ſi eo tempore de re-
ſcript.in 6.cum alijs,vt per Io.Selu.de benef.p.3. q.5.
nu.34.35.& 36.Si ſit curatum vel dignitas eccleſiaſti
14 ca,†requiritur vt reſignatarius ſit in 25.ann.ætatis ſuę
ex decret.Concil.Trident.c.2.in princ.ſeſſ. 24.de re-
form.quod in dignitatibus maioribus,vt eſt archidia
conatus,&c.ac in curatis concordat cum iure com-
muni,Card.in clement.generalem de elect. Archid.
Floren.in ſumma 3.par.tit.15.c.1.§.3.Angeli.in verb.
ætas,Card.;Alexand.& Gemin.in d.c.de his diſtinct.
28.Rebuff.de pacif. poſſ.a n.209.vſque ad. n.221. in
alijs vero dignitatibus diſcordat,vt colligitur ex Bel
la.deciſ.727.& ex Selu.dict.q.5.a num.22. vſque ad
num.40.

15 Secundo morum†grauitas, nam boni mores ſunt
maxime neceſſarij beneficiarijs, vt tradit Innocent.
quem omnes ſequuntur in d.c.cum in cunctis, Re-
buff.in prax.tit.requiſita ad coll.n.44.Ideo in clericis
16 præſertim bona fama eſt theſaurus† inæſtimabilis &
iucundus,& ſicut lilium dat ſuauitatem Bald. in l.1.
col.4.C.de confeſſ.Bru.de indic.p.1.q.5, ſub num.2.
namque grauitas morum plus valet quam cætera, Fe
lyn. in c.in noſtra circa,fin.de teſtib. Siluan.conſ.2.
numero 22.

17 Tertio literarum ſcientia:nam†eccleſia Dei eget
viris literatis,c.cum ex eo de elect.in 6. c. omnes in
fin.diſtinct.38.Dec.in dict.c.cum in cunctis ſub.nu.
12.& ideo eis multum fauet,c.de multa & ibi Abb.
* col.2.vbi*communiter de præb.idem in c.licet col.
18 2.eod.& e contra†odit illiteratos,nam illos repellit ab
ordinibus,c.præcipimus diſtinct.34.cap.vlt. de tem-
por.ordin.in 6.Inno.in c.cum dilectus de tēp.ordin.

19 Et ann ullat ipſo†iure collationē eis factam,Inno.
in c.cum noſtris de conceſſ.præben.Fel.in c.per tuas
coll.1.de ſimo.Abb.in dic.c.cum noſtris, Inno.in c.
dilectus de tempor.ordin.Archid.in c.nullus eo. tit.
20 in 6.nec abſque ratione,†cũ illiteratus ſit magis odio
ſus quam homicida,Inno.in dic.c.cum noſtris, cum
21 alijs vt per Dec.in c.ſciſcitatus de reſcript.&†illitera-
22 tus eſt nullus in eccleſia Dei,teſte Bald.in c. congre-
gato col.vlt.de elect.cum†comparetur cæco,c. poſt
translationem §.item ſi quis de renunc.ac animali ir
rationali,c.vlt.diſt.49.

23 Hæc enim ſcientia requiſita in beneficijs debet eſ
ſe ſufficiens †ſecundum qualitatem beneficij,nā alia-
ſcientia requiritur in,epiſcopatu,alia in curato,alia in
beneficio ſimplici,Inn.in dict.c.cum in cunctis nu.1.
Abb.nu.4.verſ.quia vt dixi,Dec.n.34.&* communi-
* ter doctores de elect.Imol. poſt alios in clement.1.
de ætat.& qualit.Selu.3.p.de benef.q.5.nu.1. Rebuff.
in prax.tit.requiſit.ad collat.num.42.ſciētia enim vel
24 eſt† eminens,vel mediocris, vel ſufficiens Innoc.in
dict.c.cum in cunctis nu.1.verſ.ſcientiam,Abb.ibi n.
4.in princ.Eminens eſt illa per quam quis ſcit difficil
limas quæſtiones explicare & diffinire ex tempore
ſine reuolutione librorum,quod vix in hac profeſſio
ne noſtra poteſt contingere.

Mediocris eſt illa per quam quis ſcit difficiles quæ
ſtiones decidere,cum reuolutione tamen librorum.
Sufficiens eſt illa per quam quis ſcit facere ea quæ ſi
bi imminent & incumbunt ſuo officio,quæ ſufficien
tia conſideratur arbitrio boni viri,Innocen.dict.c.cũ
in cunctis.nu.1.verſ. hæc autem, Abb. nu.4.verſ.hæc
* &*communiter doctores ſequuntur ex regulis ta-
men doctorum colliguntur hæ concluſiones in arbi
trio conſiderandæ,in eo qui†aſſumitur ad epiſcopa-
tum



tum requiritur ſcientia noui & veteris teſtamenti,cũ
ſit iudex animarum,cap.qui epiſcopus diſtinct. 33.c.
1.& 2.diſtinct.62.& ſcientia iuris,cum ius dicere de-
beat,cap.cum de perſona.11. qu.1. & præcipue iuris
canonici ſecundum quod debent iudicare,vt habe-
26 tur in c.1.de conſang.& affin. Hodie † autem ſufficit
quod ſit doctor in theologia vel canon. vt ſtatutum
eſt in Cōcil.Triden.ca.2.ſeſſ.22.de refor. late Nauar.
tract.de orat.miſcell.33.nu.5.cum ſequen.Archidia-
27 coni vero debent ſcire iura,† nam ſecundum illa dn̄t
iudicare & Abb. locis cit. & ideo ex decreto Conc.
Trident.c.12.ſeſſ.24.de reform.debent eſſe magiſtri
in Theologia vel doctores, aut licentiati in iure ca-
nonico.

28 Presbyteri†debent ſcire canones pœnitentiales, c.
quæ ipſis diſtinct.38.Dec.poſt alios in dict.cap.cum
in cunctis num.40.

29 Curati†debent habere ſcientiã,vt ſatisfaciant mu-
neri iniuncto.c.2.ſeſſ.5.Concil.Triden.

30 Obtinentes†vero ſimplicia ſufficit vt ſciant & poſ
ſint recitare horas canonicas ad quæ tenentur,c.vlt.
diſt.92.c.quod à te, & c.diuerſis fallacijs,de cleri.cō
iug.cum alijs adductis per Nauar.( cuius mortem to
31 ta curia deflet†hodie 21.Iunij 1586.)in trac.de hor.
canon.c.7.nu.3.

Circa ſecundum caſum in renunciante ad fauorē
indigni,quidam tenuerunt hos renunciantes in fauo
rem talium nō peccare:quorum ſententia primo ꝓ
batur,quia renunciantes non conferunt beneficia, q̄
reſignant:namque abdicant à ſe ius , quod in eis ha-
32 bent†in manibus ſuperiorum ad quos ſpectat ea con
ferre,vel renunciationem admittere,arg. c. admone-
ret,& c.quod in dubijs de renunc.glo. in clement.1.
eod.Vnde ſi Summus Pontifex in cuius manibus ſit
hæc renunciatio in fauorem,conferat illi, nullum vi
detur peccatum ex parte renunciantis,cum eius non
ſit conferre.

Secũdo quia ſi collator promouens aliquem minus
33 dignum non peccat†omiſſo digniori,vt tenuit gloſſ.
in c.licet 8.q.1.& in c.monaſterium 16.q.7.ergo tã
to magis renunciantes minus dignis,omiſſis dignio
ribus,non peccabunt.arg.auth.multo magis C. de ſa
cro.ſanct.eccleſ.

Tertio confirmo ex eo quia Sum.Pont.admitten
do hanc renunciationem in fauorem N. indigni vi-
detur tollere peccatum,quod poteſt eſſe in renuncia
* te,ſicuti*de ſtylo videmus & tolerantia in his renun
ciationibus ad fauorem tollere ſimoniam Caſſado.
* communiter*receptus in deciſ.2.num.3.de ſimoni.
cum alijs aliàs à me allegatis.

Quarto confirmo:quia Summus Pontifex proui-
dendo de illo beneficio huic reſignatario videtur ſe-
cum diſpenſare,ad notata per Calder.in conſil. 8. de
reſcriptis.

Accedit quia non eſt iuridicum , vt reſignans ex
hoc peccet,cum reſignatarius exponat ſe examinib.
* vt de *ſtylo obſeruatur;vnde potius imputãdum eſt
examinatoribus,&c.

His tamen non obſtantibus contraria opinio eſt
*34 verior & communis* quod † reſignans in fauorem
indigni peccet,quam opinionem tenuit Archidiac.
in dict.cap.quicunque 1.quæſti.1.Rebuff. in l. 36.ff.
de verb.ſignific.Redoan.dict.tract. de ſimon. ment.
p.2.c.10.num.6.& cap.12.num.10. Dominic. Sot.in
lib.de iuſt. & iur,q.6. art.2.in fin.& hanc opinionem
egregie tuetur Nauarr.in miſcell.orat.miſcell. 38.nu
me.7.hanc etiam opinionem tenet Dec.cōſ. 141. ad
fin,quem refert & ſequitur idem Nauar. in manual.
c.23.ſub num.107.verſ.ad decimum,Rebuff.in praxi
reg.de infir.glo.14.nu.3.vbi dicit teneri in conſcien
tia ac ad intereſſe illi eccleſiæ.

Probatur primo,qa licet reſignantes non ſint col
latores,neque conferant illa beneficia,tamen ſunt cã
illa conferendi ſuis cognatis vel amicis,& qui cauſam
damni dat,damnum ipſum dare videtur l.qui occidit
ff.ad leg.aquil.regula damnum de regul.iur.Immo nō
35 ſolum†qui eſt cauſa peccati , ſed etiam qui conſentit
in illo,peccat ſecundum Diu.Paul.capit.1.ad Roma-
nos, ex qua ratione ſatis patet reſponſio ad primum
argumen.

Secundum enim, quod non peccat promouens
minus dignum omiſſo digniori ex gloſ.citata diluitur
de facili,namque quod immo peccet iſte eſt* com-
munis ſententia quam tenuit D.Thom.2.2.q.63. ar.
8.& q.185.art.3.& in quolibet 6.q.6. quem ſequitur
Sot.lib.3.de iuſt.& iur.q.6.art.2. Abb. Dec. & alii in
cap.conſtitutis el.2.de appell.& eſt communis opi-
nio tam Theologorum quam Canoniſtarũ teſte Na-
uar.dict.miſcell.38.n.1.in fin.namque huiuſmodi col
36 latio fit contra iuſtitiam diſtributiuam,†qua præla-
tus tenetur illa conferre dignioribus,c. Metropolita-
no diſtinct.63.& peccat mortaliter, Caiet.in ſumm.
verb.beneficium,ita intelligens D.Thom.Sot.lib.10.
de iuſt.iur.q.2.art.3.Accedit,quia nos loquimur,quã
do non minus digno,ſed indigno,& hoc caſu quo-
ties quis confert indigno,vel procurat,vt promoueá
37 tur indignus†ad beneficium eccleſiaſticum,abſque du
bio peccat mortiſere.c.graue de ꝑben. Caietã.in 2.2.
q.63.art.2.extendens etiam in Pontifice maximo,ſe
quitur Dominic.Sot.lib.3.de iuſt.& iur.q.6.art.2.Na
uarr.in dict.tract.de orat.miſcel.35.namque prælati
38 †nō ſunt domini,ſed diſpenſatores beneficiorum ec
cleſiaſticorũ, Diu.Tho.2. 2.q.63.ar.2. ex verbis Diu.
Diu.Paul.ad Corinth.1. c.4.late Nauar.in comment.
de ſpol ſuper c.non li-ceat 1.q.2.§.3.nu.4. 5.& 6.

Non obſtat tertium argumentum , namque illud
ſpeciale eſt in pactis redolentibus ſimoniam ex anti-
quo vſu curiæ,vt tradit Nauar.in manual.c.23.n.107.

Illud quod dicitur in 4. argum. negatur ex his q̄
late ſcripſi alias ex communi.

Ad vltimum reſpondetur,quod iſte reſignans dat
cauſam damni & conſentit malo,ergo,vt dixi ſupra.

In tertio caſu videtur dicendum peccare,qui ren-
unciat in fauorem minus digni omiſſo digniori, ſicu
ti peccatis qui dignum elegit,aut præſentauit, aut ei
beneficium contulit omiſſo digniori,& perpenſa qua
39 litate mortaliter quidem,namque†tenebatur dignio-
rem præficere,Abb.in c.conſtitutis de appell.Rocch.
de Cur.de iur.patron.ver.honorificum q.15.Sarn. in
c.2.nu.22.de conſtit.lib.6.Diu.Thom.2.2. q.63.art.
3.Florentin.in 2.p.tit.1.c.20.§.1.Io.Maior.in 4.ſentē.
diſt.24.q.8.& 9.Caietan.in ſumm.in verb.acceptio &
in ientaculo 12.q.4.& in 2.2.q.62.ar.2.Dominic.Sot.
lib.3.de iuſt.& iur.q.6.art.1.concluſ.9.Silueſt. verb.e
* lectio.q.16.& hæc eſt communis*omnium ſententia
teſte Couarr.in regul.peccatum,p.2.§.7.num.4.

Quamuis valeat electio digni & præſentatio digni
40 ac†collatio facta digno,omiſſo digniori, nam ſatis ē
quod dignus eligatur,aut pręficiatur,c.monaſterium
16.q.7.c.cum nobis de elect.glo.in c.cōſtitutis verb.
magis de appell.& in c.licet ergo.8.q.1. Diu. Thom.
2.2.q.63.art.2.ad tertium,idem quolibet. 8.art. 6. &
quolibet.6.art.9.Silue.verb.electio.1.q. 16. latiſſime
Lamb.de iur.patr.lib.2.p.1.q.10.art.3. Abb.Philipp.
Fran.

Franc.Dec.& alij*communiter in dict.cõſtitutis,Do
minic.Sot.dict.lib.3.de iuſt. & iur.q.9.art.1. concluſ.
** 8.& hæc eſt**magis communis opinio, vt colligit̃ ex
his quæ ſcribit Couar.dicta regula peccatum par.2.
§.7.num.3.

In quarto caſu concludo peccare,namque cleri-
41 cus accipiẽdo beneficium†etiam ſimplex animo nun
quam inſeruiendi eccleſiæ,ſed tantum fructibus eius
fruendi,peccat, vt concludit Nauarr.in dict.tractat.
de oration.miſcell.44.numero primo.idem Nauarr.
conſ.16.de præbend.& conſ.24.eo.tit.vbi firmat pec
care accipientem beneficium curatum animo nõ in-
ſeruiendi ei,ſed permutandi cum alio ſimplici,vel re-
nunciandi reſeruata penſione,tum quia tenetur in-
ſeruire eccleſiæ ſaltem recitando horas canonicas,vt
dixi ſupra,tum etiam quia tenetur habere animum in
ſeruiendi in his ad quæ de præcepto obligatur ratio-
ne illius beneficij,qualis eſt recitatio horarum cano-
ni carum,reſidentia,quę de iure communi in omni
beneficio reqritur, licet ex cõſuetudine ſecus,Abb.
* *communiter receptus in cap.extirpandæ §. qui ve
ro de præbend.

* Item ſcientia conſtruendi,gloſ.*communiter re-
cepta in clemen.1.verb.reputamus de conceſſ. præ-
bend.& animus actualis,vel virtualis recipiendo or-
dines ſacros,Nauar.dict.miſcell.44.in fin.

42 Ita†etiam peccat,qui capit beneficium animo poſt
ea relinquendi illud,vel vt recipiat penſionẽ,vel vt poſ
ſit accipere vxorẽ &c.Ita Dominic.Sot.lib.10.de iuſt.
& iur.ar.6.Nauarr.in Enchiridion de orat.c.21.nu.52.
quod confirmat in dict. miſcell. 44. de orat.verſ. ad
quod, declarandi qđ dixit in dict.Enchiridion.

Ita qui vult renunciare,vt capiat beneficia maioris
redditus,Diu.Thom.2.2.q.188.Alfonſ.Hoied.de in
compatib.benef.p.1.c.19.nu.4.licet contrarium cõ-
muniter*ſeruetur.

In 5. caſu quoties quis renunciat in fauorem æ-
43 que digni†vt eſt ipſe,omiſſis dignioribus,hoc caſu te
neo nõ peccare,ita Nauar.di.miſcell.37.de orat.nu.7.
in fin.Ratio quia ipſe poterat retinere illud beneficiũ
ergo non peccat,ſi procuret vt conferatur ei qui eſt
44 æque dignus,vt ipſe,nam doctor qui poteſt legere† p
ſubſtitutũ ſatisfacit ſubſtituẽdo ęque perit um,Bart.
* in l.nemo ff.de duob.reis , communis* opinio teſte
Nauar.dict.miſce.38.nu.7. in fin.

Et hoc abſque dubio procedit,quando ipſe erat di
gnus,&c.Sicuti non bene ꝓcederet,quando ipſe erat
indignus,nam renunciando indigno peccaret per ſu-
pradicta,quibus accedat,quia imperiti eccleſiarũ re-
ctores debent remoueri ex decreto Conc.Trident.

In caſibus in quibus peccant hi renunciantes gra
uius peccant prelati admittentes reſignationes & cõ
45 ferentes beneficia†reſignata indignis,ita Naua. ex ra
tione.Sot.dict.miſcel.38.ſub.n.7.ex quibus verbis no
tandus eſt lapſus ipſius Nauar.dum videtur inferre re
nunciationes in fauorem poſſe fieri coram ordina-
rijs,quod falſum eſt,tum attento iure communi , de
quo ſuo loco dixi,tum etiam attenta conſtitutione
Pij.V.58.

Excuſatur tamen reſignans a peccato mortali,quo
46 ties reſignaret†beneficium ſimplex in fauorem N. in
digni,vt tenuit Caietan.ientac.12. ad quartũ,Sot. de
iuſt.& iur.li.10.q.7.ad finẽ,quia promotio ad ſimpli-
cia male facta non eſt ita damnoſa,vt eſt ꝓmotio ad
curata,quamuis Nauar.dict.miſcell.38.ſub.n.4. con-
trariam opionem nitatur probare ſolidiſſimis argu-
mentis.

Excuſatur ſecundo reſignans,quoties,in minus di
gno concurrerent aliqua pietatis, miſericordiæ, vel
vtilitatis publicæ ſigna,quæ arbitrio boni viri confi
ciunt iuſtam cauſam,vt pręferatur digniori; ita Na-
uar.d.miſcell.38.n.8.ex multis exemplis,vt ibi.

Excuſatur tertio,quando dignitas ſiue idoneitas ,
maior dignioris parum excederet dignitatem minus
digni,ita Nauarr.d.miſcell.38.nu.5. Ratio quia exi-
guitas damni efficit, vt iniuſtitia non ſit mortifera,
D.Thom.2.2.q.59.art.4.

47 E contrario†reſignatarius indignus non peccat,vt
late concludit.Nauar.dict.trac.de orat.miſcell.39.

*Finis Quarti Libri.*



# FLAMINII PARISII IVRIS CONSVLTI DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM.

# LIBER QVINTVS.

## PRIMAE QVAESTIONIS.

*SVMMARIVM.*

1 *In vnaquaque re cauſa eſt conſideranda.*
2 *In reſignatione beneficij requiritur cauſa.*
3 *Renunciatio in dubio præſumitur admiſſa & facta cum cauſa.*
4 *In dubio quis non præſumitur iactare ſuum.*
5 *Donatio non præſumitur.*
6 *Renunciatio non præſumitur.*
7 *Beneficiũ eccleſiaſticum quæritur multis laboribus.*
8 *Superior præſumitur facere quod poteſt.*
9 *Papa iuſtis de cauſis præſumitur aliquid facere.*
10 *In Papa ſemper præſumitur cauſa.*
11 *Princeps præſumitur eſſe qualis de iure eſſe debet.*
12 *Princeps dicitur loqui per os Dei.*
13 *Papa poteſt renunciare abſque cauſa.*
14 *Verbum libere excludit cauſam.*
15 *Papa præſumitur renunciare Papatum cum cauſa.*
16 *Pontifices ob quam cauſam renunciarunt.*
17 *An Papa poſſit cogi renũciare ob aliquam cauſam.*

1 ET quia in vnaquaq; re † cauſa in primis
eſt conſideranda,Corn.conſ.116. nu.
17.lib.2.Socc.Iun.conſ.73.nu.30.vol.
1.Cephal.conſ.80.n.13.vol.1.Menoc.
de præſump.lib.5.q.17.num.2.

Ideo videndũ erit breuiſſime ex quibus cauſis fiãt
reſignationes beneficiorum,& ex quibus admittant̃,
2 cum in eis requiri cauſam†ſcripſerit Imol.in c.1.n.7.
* de rer.permut.& eſt*cõis omnium doctorũ opinio .

Et in primis illud præfari oportebit, renunciatio-
3 nem in dubio præſumi†factam & admiſſam cum cã ,
vt ſcriptum reliquit Ant.de But.in c.ſuper hos nu.5.
* de renunc.&*communiter doct.ſequuntur.

Et ex parte illius qui renunciauit eſt ratio, quia in
4 dubio non præſumitur†iactatio proprij,l. cum de in
debito ff.de prob.c.quia veriſimile de præſump. Bar.
in l.quæ dotis ff.ſol.matr.& in l.cum quid ff. ſi certũ
pet.Purpur.in l.rogaſti §.ſi tibi ff.eo.titu. Dec. conſ.
177.nu.1.& conſ.250.num.4.Ruin.conſ.127.n. 19.
5 * vol.3.& ob id donatio non † præſumitur,vt*eſt cõis
opinio,de qua per Maſcar.de prob.concl.554. neq:
6 * renunciatio,vt eſt etiam communis*opinio,†de qua
late per Maſcar.de proba.concl.1263. quod eo ma-
gis procedit in renunciatione beneficij eccleſiaſtici
7 dati,vt viuat beneficiatus, † & quæſiti multis labori-
bus,vt dicit tex.in c.ſuper hoc de renunc.vbi conſide
rat hanc cauſam,vt in dubio non præſumatur renun
ciatio beneficii,& ibi Abb.antiq.numer.3.& reliqui
doct.hoc notant.& ſi reperiatur facta renunciatio, ꝓ
ſumendum eſt ex iuſta cauſa.

Ex parte vero ſuperioris, qui admiſit renunciatio
8 nẽ,eſt rõ,quia non†admiſiſſet,ſi iuſta cauſa admitten
di non adeſſet,iuxta ea quę ſcribit Inno.in c.innotuit
de eo qui furt.ord.rece.Lucas de Penna in l.3.col.4.
C.de apoch.pub.lib.10.Paul.de Caſt.conſ.270.lib.2.
Bal.in l.iubemus.§.ſane col.vlt.C.de ſacr.ſan.eccl.idẽ
Bal.in l.vnica in fi.C.ne quis in ſu.ca.iud. & in l. 2. ff.
vbi pup.educ.deb.Pariſ.conſ.115.num. 1.lib.1.Alcia.
de præſump.reg.3.præſump.9.Eoque magis ſi is qui
9 admiſit renunciationem eſt ſummus Pontifex, † qui
iuſtis de cauſis præſumitur aliquid feciſſe,vel conceſ
ſiſſe,Doct.in c.cum à nobis de teſti.& in clem.vnica
de prob.glo.in l.relegati C.de pœn.Cinus in l.reſcri-
pta C.de prec.Imp.offeren.Rom.conſ.369.num.28.
& 436.num.19.Grammat.conſ.100.num. 17. in ci-
uil.Alex.conſ.1.conſ.2.& 107.lib.2.Barb.conſ.16.li-
10 bro 4.Ferret.cõſ.37.& in eo†ſemper præſumitur cau
ſa,etiam ſi adſit præiudicium tertii,Alex. conſ.2. nu.
20.vol.1.& conſ.1.num.36.lib.5.& conſ.155.nu.18.
** lib.6.magis**communis opinio , teſte Burſat.conſ.
11 54.num.19.vol.1.& ratio eſt † quia talis præſumitur
Princeps,qualis de iure eſſe debet,Calcan.conſ.120.
num.9.Iaſ.conſ.57.col.pen.lib.3.Caſſan.conſ.64.nu.
26.& quod non velit id quod lex prohibet,Dec.cõ-
ſil.580.num.2.Gozzad.conſ.101.num.10.namque di
12 citur † loqui per os Dei,a quo delegatus eſt iudex in
terris,vt habetur in auth.de hære.& falc.in prin. Bar
ba.conſ.24.col.1.lib.2.& conſ.1.col.3.lib.5.Dec.con
ſil.463.in ſi.Bellon.conſ.63.nu.7.Crauet.conſ. 318.
col.4.Gramm.deciſ.62.num.30.

PRimo quæro quæ cauſa requiratur in
ſummo Pontifice volente renunciare
13 Papatui?Reſpõde nullam requiri†cau
ſam, cum ei ſit conceſſum vt poſſit li-
bere reſignare,vt dicit tex.in c.1.de re
nunc.lib.6.verbum enim libere ibi po
14 ſitum † remittit hoc volũtati ſuæ,& excludit cauſam,
gl.in c.dudum verbo libere de ſepult.Crau.conſ.122.
num.5.& hoc videtur velle ibi Gem.ſub num.10.

15 Cauſa tamen† præſumitur,quia non videtur veriſi
mile quem velle renunciare Pontificatui abſque cau
ſa,Ruin.conſ.127.num.19.vol.3.Dec.reſponſ.43. nu.
42.vol.3. & infinitos congerit Maſcard. de probat.
concl.1263.num.6.& 7.cum ſeq.& ideo videmus Põ
tifices maximos qui renunciauerunt, id feciſſe ob ali
16 quam cauſam:† Clemens enim id fecit ob mali exem
pli vitationem,Cyriacus vt martyrij coronam conſe
queretur,Marcellinus propter idolatriam , Cœleſti-
nus vero propter ſuæ imperfectionis recognitionẽ ,
vt tradit Auguſt.Triumph.tract.de poteſt. eccleſ. q.
4.art.8.& diximus ſupra libro 2. q.1. & ſat erit hæc

L dixiſſe,

dixiſſe, cum huiuſmodi renũciatio receſſerit ab Vrbe & ab Orbe, Bonif. de Vit. in clem. ne Rom. §. ſane n. 39. de elect. Sarn. in reg. de infir. reſig. q. 1. in princ.

17 An autem † ſummus Pontifex poſſit cogi ad renunciandum propter aliquam cauſam, vide quæſtionem diſputatam per Iacoba. in tract. de conc. lib. 9. ar. 3. & latiſſime art. 12. per totum.

## SECVNDAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.


1 *Cardinales de raro renunciant Cardinalatui.*
2 *Quæ cauſa ſit ſufficiens ad renunciandum Cardinalatui, remittitur arbitrio Papæ.*
3 *Cardinalis Valentinus renũciauit, vt matrimonium contraheret.*
4 *Cardinalis de Medices ob eandem cauſam renunciauit.*


SEcundo quæro quæ cauſa requiratur in renunciatione Cardinalatus S.R.E. in hac queſt. doct. nihil ſcripſerũt
1 quia † de raro accidit, vt tradit Bertachi. in trac. de epiſc. lib. 2. q. 29. n. 52.
2 Ideo exiſtimarem hoc remitti † arbitrio ſummi Pont. quę cauſa dicatur iuſta & ſufficiens vt Cardinalis poſſit renunciare, iuxta ea quæ ſcribũt Marſil. in l. q. modum nu. 6. ff. de q. Fran. de March. q. 472. num. 2. Gramm. deciſ. 88. n. 3. Iaſ. in l. properãdũ §. ſin aũt n. 8. C. de iud. Cag. in l. qui in alterius in fi. ff. de reg. iur. & ita vidimus factũ fuiſſe tempore Alexã.
3 vi. Cardinalis n. † Valentinus, occiſo fratre, in cõſiſtorio renũciauit, vt habitum ſæculare ſuſciperet, ac matrimonium cõtraheret, idq; admiſſum fuit per dictũ Alex. vi. auctor eſt Franciſcus Guicciardinus lib. 4. hiſtoriarũ fol. 103. & nouiſſime hoc anno 1587. Ferd.
4 Cardinalis de Medices poſtquã ſucceſſit & obtinuit magnum Ducatum Hetruriæ renunciauit, vt matrimonium contraheret, idque factum fuiſſe vidimus, & omnes ſciunt.

## TERTIAE QVAESTIONIS

### SVMMARIVM.


1 *Multæ cauſæ ſunt, ex quibus epiſcopus poteſt renunciare.*
2 *Ex quibus cauſis epiſcopus poteſt cogi ad renunciandum epiſcopatui.*
3 *Ex cauſa poteſt Papa cogere epiſcopum ad renunciãdum.*
4 *Innocentius declaratur.*
5 *Epiſcopi renunciatio non eſt de facili admittenda.*
6 *Inter epiſcopum & eccleſiam contrahitur matrimonium.*
7 *Epiſcopus non poteſt redire ad epiſcopatum renunciatum.*
8 *Epiſcopus poteſt & cogitur renunciare ex crimine, quod poſt peractam pœnitentiam impedit ordinis executionem.*
9 *Nullus eſt ſine peccato.*
10 *Clericus non deponitur niſi ob graue crimen.*
11 *Crimina ex quibus epiſcopus poteſt & cogitur renunciare.*
12 *Epiſcopus non cogitur renunciare ob crimẽ quod non impedit executionem officij poſt pœnitentiam.*
13 *Epiſcopus ob corporis debilitatem poteſt renunciare.*
14 *Debilitas, quæ ex infirmitate aut ſenectute procedit præſtat cauſam licitam renunciandi.*
15 *Epiſcopus poteſt renunciare ex infirmitate.*
16 *Infirmitas quid ſit.*
17 *Infirmus quis ſit.*
18 *Non ex omni infirmitate epiſcopus poteſt renunciare, ſed ex illa, ex qua redditur inhabilis.*
19 *Exempla infirmitatis.*
20 *Leproſo datur coadiutor.*
21 *Cæcus non poteſt exequi munus paſtorale.*
22 *Cæcus non poteſt eſſe tutor nec curator.*
23 *Cæcus excuſatur a muneribus perſonalibus.*
24 *Cæcus non poteſt eſſe iudex.*
25 *Muti, & ſurdi non poſſunt eſſe executores teſtamẽti.*
26 *Muti, & ſurdi non poſſunt contrahere matrimonium.*
27 *Infirmitas magna æquiparatur morti.*
28 *Factum in infirmitate magna præſumitur diſpoſitum cauſa mortis.*
29 *Infirmus excuſatur a muneribus perſonalibus.*
30 *Infirmus citatus nõ tenetur comparere, etiam in cauſa criminali.*
31 *Infirmus excuſatur a contumacia.*
32 *Quæ infirmitas præbeat cauſam renunciandi, remittitur arbitrio iudicis.*
33 *Quæ infirmitas excuſet, relinquitur arbitrio iudicis.*
34 *Infirmitas eſt probanda.*
35 *Ex aſpectu probatur infirmitas.*
36 *Infirmitas probatur per medicos.*
37 *Infirmitas probatur per iuramentum.*
38 *Infirmitas probatur per familiares.*
39 *Infirmitas in dubio præſumitur longum impedimentum.*
40 *Podogra impedit officium membrorum.*
41 *Ex podagra quis non cogitur renunciare.*
42 *Podagroſus tenetur ad munera patrimonialia.*
43 *Podagra non præbet impedimentum perpetuum.*
44 *Infirmi non ſunt cogendi ad reſignandum.*
45 *Papa in beneficialibus liberam habet poteſtatem.*
46 *Epiſcopus ex ſenectute poteſt renunciare.*
47 *Infirmitas, & ſenectus a pari procedunt.*
48 *Senectus dicitur morbus.*
49 *Senectus dicitur defectus.*
50 *Multa ſunt priuilegia ſenum.*
51 *Senectus, quæ reddit inhabilem, prębet cauſam epiſcopo renunciandi.*
52 *Senex vtilis non eſt remouendus.*
53 *Senex inhabilis habetur pro infirmo.*
54 *Regula de infirmo habet locum in ſene.*
55 *Seni inhabili dandus eſt coadiutor.*
56 *Senectus inhabilis quæ dicatur remittitur arbitrio iudicis.*
57 *Regulariter plus poteſt proficere ſenex quam iuuenis.*
58 *Senes plus ſapiunt.*
59 *Senectuti iura plura deferunt.*
60 *Senes ſunt prudentiores.*
61 *Senum maxima auctoritas.*
62 *Senes præferuntur.*
63 *Qui dicit iuuenem eſſe prudentiorem ſene, per 15. teſtes id probare debet.*
64 *Ex ſenectute regulariter non eſt concedenda licentia cedendi.*
65 *Frater Gaſpar de Foſſo Archiepiſcopus Rheginus laudatur.*







66 *Senes etiam decrepiti non ſunt cogendi ad reſignandum.*
67 *Ex defectu ſcientiæ poteſt peti licentia reſignandi epiſcopatum.*
68 *Ignorantia eſt maior omnium malum.*
69 *Nullus in eccleſia Dei debet eſſe illiteratus.*
70 *Illiteratus æquiparatur cæco.*
71 *Illiteratus æquiparatur animali.*
72 *Illiteratus æquiparatur mortuo.*
73 *Illiterati non poſſunt ordinari.*
74 *Illiteratus ordinatus recipit characterem.*
75 *Illiteratus non poteſt habere beneficia.*
76 *Collatio facta illiterato eſt nulla.*
77 *Illiterati ſunt exoſi magis, quàm homicidæ.*
88 *Eccleſia fauet literatis.*
79 *Literati illuminant mundum.*
80 *Epiſcopus debet omnes docere.*
81 *Ignorantia proueniens ex defectu non eſt peccatum.*
82 *Ignorantia proueniens ex negligentia eſt peccatum.*
83 *Epiſcopus illiteratus poteſt cogi ad renunciandum epiſcopatui.*
84 *Verbum poteſt interpretatur, ideſt, debet.*
85 *Ex defectu ſcientiæ poteſt quis deponi ab epiſcopatu*
86 *Illiteratura quomodo probatur.*
87 *Scientia non acquiritur niſi cum labore.*
88 *Inſufficiens debet deponi ab eccleſia.*
89 *Illiteratus eſt irregularis.*
90 *Homcidia poteſt cogi ad renunciandum.*
91 *Epiſcopus debet eſſe 30. annorum.*
92 *Bona fama eſt theſaurus.*
93 *Scientia requiritur in epiſcopo.*
94 *Epiſcopus debet habere ſcientiam noui, & veteris teſtamenti, ac legum.*
95 *Epiſcopus eſt iudex animarum.*
96 *Epiſcopus debet eſſe doctor.*
97 *Quæ dicatur ſcientia ſufficiens remittitur arbitrio iudicis.*
98 *Epiſcopus poteſt cogi renunciare ob defectum ſcientiæ, quoties impedit executionem officij.*
99 *Penitus illiteratus quis dicatur.*
100 *Defectus illiteraturæ eſt indiſpenſabilis.*
101 *Omnino indoctus non eſt tolerandus.*
102 *Martini Nauarri mors.*
103 *Epiſcopus competentis literaturæ eſt tolerandus.*
104 *Promittens præſtare cocum ſatisfacit præſtando mediocrem.*
105 *Epiſcopus ignarus ſpiritualium tenetur ediſcere ea quæ ſpectant ad ſuum officium.*
106 *Nemo tenetur ad ſciendum, ſed ad operandum.*
107 *Ratione officij quis tenetur ſcire.*
108 *Negligere ea quæ ſpectant ad ſuum officiũ, eſt peccatũ*
109 *Ex longa experientia deficiente in epiſcopo literatura, toleratur.*
110 *Sanctolus fuit presbyter, quamuis neſciret prima elementa.*
111 *In diœceſi abſque cura tolerantur epiſcopi illiterati.*
112 *Minus idonei admittuntur cauſa neceſſitatis.*
113 *Charitas eſt bonum notabile.*
114 *Charitas maxima eſt omnium virtutum.*
115 *Ex charitate omne bonum opus deſcendit.*
116 *Sanctus Auguſtinus habuit coepiſcopum non multæ litteraturę.*
117 *Propter malitiam plebis epiſcopus poteſt reſignare epiſcopatum.*
118 *Epiſcopus fit, vt operetur bonum.*
119 *Epiſcopi ſucceſſerunt in locum Apoſtolorum.*
120 *Epiſcopus dicitur paſtor.*
121 *Epiſcopus vocatur Dux, Præco, & Medicus.*
122 *Ob malitiam plebis, poteſt epiſcopus cogi ad renunciãdum.*
123 *Renunciat ob malitiam plebis, quoties nullus de populo proficeret.*
124 *Perſecutio quædam extrinſeca, quædam intrinſeca.*
125 *Intrinſeca perſecutio quæ.*
126 *Extrinſeca perſecutio quæ.*
127 *Quando omnes ſunt mali, poteſt epiſcopus deſerere epiſcopatum.*
128 *Quoties ſunt boni, & mali, epiſcopus non poteſt deſerere epiſcopatum.*
129 *Maius bonum eſt præferendum.*
130 *Epiſcopus non poteſt deſerere epiſcopatum propter perſonale periculum.*
131 *Quis ſit mercenarius.*
132 *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.*
133 *Aduerſitas eſt probatio uirtutis.*
134 *Aduerſitas eſt medicamentum uitiorum.*
135 *Si ſubditorum ſalus non exigit præſentiam paſtoris, tunc poteſt paſtor deſerere gregem.*
136 *Propter ſcandalum non poteſt epiſcopus ſe abſentare.*
137 *Epiſcopus poteſt deſerere eccleſiam ob periculum, quoties præſentia nullam affert vtilitatem populo.*
138 *Fieri non debet quod factum non releuat.*
139 *Epiſcopus & clerus non poſſunt deſerere eccleſiam ob perſecutionem.*
140 *Limita niſi laici non vellent defendere.*
141 *Epiſcopus, clerus & populus non debent deſerere patriam ob perſecutionem, & nu. 148.*
142 *Patria eſt defendenda.*
143 *Quis tenetur tueri mores patriæ.*
144 *Quiſque laudat patriam.*
145 *Nobilitas loci confert.*
146 *Talis præſumitur, qualis patria.*
147 *Patria cuilibet dulciſſima eſt.*
148 *Poteſt deſeri patria cum non adeſt ſpes illam defendendi.*
149 *Fides non debet dimitti.*
150 *Clerici non debent eijci.*
151 *Epiſcopus debet ſe opponere, quando fit perſecutio cõtra bona eccleſiaſtica.*
152 *Bona ſunt neceſſaria clericis.*
153 *Epiſcopus poteſt deſerere eccleſiam ob graue ſcãdalũ.*
154 *Prælatus debet appetere æternam ſalutem.*
165 *Scandalum eſt vitandum.*
156 *Factum prælatorum de facili trahitur in exemplum.*
157 *Prælati poſiti ſunt tanquam ſignum ad ſagittam.*
158 *Prælati plus peccant exemplo quam culpa.*
159 *Subditorum errata prælatis imputantur.*
160 *Negligentia nouerca eruditionis.*
161 *Epiſcopus poteſt cogi renunciare ob ſcandalum.*
162 *Epiſcopus inuitus transfertur ratione ſcandali.*
163 *Beneficio quis priuatur ratione ſcandali.*
164 *Cum cauſa quis cogitur renunciare.*
165 *Ius relaxatur ob bonum pacis.*
166 *Vt vitentur ſcandala, multa permittuntur.*
167 *Scandalum inducit iuſtam cauſam diſpenſandi.*
168 *Propter ſcandalum poteſt reſiſti Papæ.*
169 *Papa an poſſit cogi ad renunciandum Pontificatui ratione ſcandali.*
170 *Epiſcopus cenſetur irregularis ob ſcandalum.*
171 *Vtilitas publica prefertur priuatæ.*
172 *Scandalum quid ſit.*
173 *Scandalum triplex, vitæ, iuſtitiæ, & doctrinæ.*
174 *Quid ſcandalum vitæ.*

175 *Scandalum non debet vitari, quoties non poteſt fieri ſine peccato.*
176 *Epiſcopo renuncianti ob ſcandalum, danda eſt recompenſa.*
177 *Epiſcopus poteſt renunciare ob irregularitatem.*
178 *Irregularitas quæ.*
179 *Epiſcopus ob irregularitatem poteſt cogi renunciare.*
180 *Irregulari non poteſt conferri beneficium.*
181 *Collatio facta irregulari non valet.*
182 *Irregularitas ſuperueniens non inducit priuationem beneficij ipſo iure.*
183 *Irregularis poteſt priuari.*
184 *Homicida eſt irregularis, & poteſt priuari.*
185 *Notorius facinoroſus eſt irregularis.*
186 *Bigamus eſt irregularis.*
187 *Bigamus triplex.*
188 *Bigamus dicitur contrahens ſecundas nuptias.*
189 *Bigamus dicitur accipiens viduam in vxorem.*
190 *Bigamus dicitur ordinatus accipiens vnicam.*
191 *Bigamus qui habuit corruptam.*
192 *Bigamus non eſt admittendus ad ordines & beneficia.*
193 *Epiſcopus bigamus poteſt cogi renunciare.*
194 *Religionis profeſſio non tollit bigamiam.*
195 *Ingreſſus religionis non tollit irregularitatem.*
196 *Epiſcopus non poteſt ſuper bigamia diſpenſare.*
197 *Papa diſpenſat ſuper bigamia.*
198 *Irregularitas eſt de iure poſitiuo.*
199 *Ioan. de Lignano nocuit bigamia.*
200 *Non omnis irregularitas præbet cauſam diſpẽſandi.*
201 *Quot modis fiat aliquis irregularis.*
202 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
203 *Epiſcopus poteſt renũciare ex alijs cauſis præter ſex relatas in cap. niſi de renun.*
204 *Ex cauſa receditur à regulis iuris.*
205 *Sequentia declarant præcedentia.*
206 *Quoties caſus excluſus includitur alia via vnius excluſio non eſt alterius incluſio.*
207 *Vnius incluſio non eſt alterius excluſio, quoties aliqui caſus exprimuntur ob maiorem frequentiam.*
208 *Quæ alia cauſa ſit ſufficiens, vt epiſcopus poſſit renunciare remittitur arbitrio iudicis.*
209 *Arbitrio iudicis remittitur, quæ ſit iuſta cauſa litigandi.*
210 *Tria requiruntur, vt cauſa ſit iuſta.*
211 *Epiſcopus non poteſt renunciare ratione otij.*
212 *Otium eſt malum.*
213 *Chriſtianus non debet ſtare otioſus.*
214 *Nullum ens eſt otioſum.*
215 *Epiſcopus renuncians ob otium peccat.*
216 *Epiſcopus non poteſt renunciare ob labores.*
217 *Labor res laudabilis eſt.*
218 *Labor eſt gloriæ pater.*
219 *Lex Draconis otioſos capite plectebat.*
220 *Alendus tenetur operas præſtare.*
221 *Militia non eſt fugienda.*
222 *Premium datur laboranti.*
223 *Qui non laborat, non manducat.*
224 *Reſignans epiſcopatum ob labores peccat.*
225 *Diu laborans eget requie.*
226 *Veteranis militibus datur immunitas.*
227 *Epiſcopus non poteſt cedere ratione inſpirationis, uel humilitatis.*
228 *Humilitas quæ non probatur.*
229 *Humilitas commendatur in miniſtris Dei.*
230 *Humilitas eſt præcipua virtus.*
231 *Humilitas quid, & eius gradus.*
232 *Humilitatis meritum.*
233 *Epiſcopus non poteſt renunciare, vt ingrediatur monaſterium.*
234 *Status epiſcopalis perfectior eſt ſtatu monachorum.*
235 *Epiſcopus tenetur viſitare ſuam diœceſim.*
236 *Epiſcopus eſt nomen oneris.*
237 *Epiſcopus debet docere.*
238 *Vita monachorum non eſt docendi.*
239 *Non eſt licitum ex ſtatu perfecto ad minus perfectũ tranſire.*
240 *Epiſcopus poteſt fieri monachus, cum non poteſt proficere eccleſiæ.*
241 *Epiſcopus poteſt fieri monachus ob delictum.*
242 *Epiſcopus factus monachus non poteſt redire ad epiſcopatum.*
243 *Epiſcopus rediens ad monaſterium, a quo exiuit, ibi non poteſt habere dignitates.*
244 *Epiſcopus poteſt cedere ob intemperiem aeris.*
245 *Propter intemperiem aeris fit tranſlatio de loco ad locum.*
246 *Aeris intemperies eſt iuſta cauſa non morandi in aliquo loco.*
247 *Aeris intemperies excuſat a reſidentia.*
248 *Aeris intemperies excuſat à periurio.*
249 *Aeris intemperies excuſat citatum.*
250 *Aeris intemperies excuſat a curſu præſcriptionis.*
251 *Peſtis eſt iuſtiſſima cauſa abſentiæ.*
252 *Fundus ratione boni aeris plus æſtimatur.*
253 *Epiſcopus poteſt renunciare ob inimicitiam.*
254 *Opinio vltimo loco poſita videtur firmata.*
255 *Inimicitia eſt iuſta cauſa nõ manendi in aliquo loco.*
256 *Inimicitia capitalis excuſat à reſidentia.*
257 *Inimicitia excuſat citatum.*
258 *Inimicitia capitalis quæ remittitur arbitrio iudicis.*
259 *Inimicitia non præſumitur.*
260 *Inimicitia eſt contra ius naturale.*
261 *Inimicitia probatur per coniecturas.*
262 *Modi probandi inimicitiam.*
263 *Epiſcopus poteſt cedere, ſi non poteſt ad epiſcopatum accedere ſine mortis periculo.*
264 *Epiſcopus poteſt renunciare, quando premitur tyrannorum tyrannide.*
265 *Inimicitia potentiorum præbet iuſtam cauſam abſentiæ.*
266 *Epiſcopus poteſt renunciare, ſi non tenet epiſcopatũ iuſta conſcientia.*

TErtio quæro quæ cauſæ requirantur in renunciatione Archiepiſcopatus & Epiſcopat? 
cia curata,vt ſupra dictum eſt.
Ampliatur huiuſmodi concluſio ,ut ex quibus
cauſis epiſcopus cogitur reſignare epiſcopatum , ex
14 eiſdem † cogatur habens dignitatem,aut beneficium
curatũ,quia non ſolum adeſt eadem ratio,ſed maior,
15 nam difficilius cogitur†epiſcopus renunciare quam
non epiſcopus,arg.ca.quam periculoſum 7.q.1. quæ
autẽ ſit†iuſta cauſa in epiſcopo relatum eſt ſupra.
Hodie autem dignitatum eccleſiarũ & beneficio-
rum curatorum reſignationes paſſim in Romana cu
ria admittuntur,ſi fiant ſimpliciter , quando autem
fiunt in fauorẽ cũ reſeruatione pẽſionis,vel abſque,ſo
lent admitti,ſi curatus ſeruierit eccleſiæ per aliquot
annos,nec alia ſolet requiri cauſa,ſi autẽ adeſt & ex-
* primatur,eo libentius,& ita*ſtylus notorius curiæ ſe
habet,ut dicam infra.

## QVINTAE QVAESTIONIS

### *SVMMARIVM.*

1 *Beneficia omnia requirunt reſidentiam.*
1 *Secus de conſuetudine.*
3 *Reſignatio beneficiorum ſimplicium fit ſine cauſa.*
4 *Reſignatio admittitur ad vota reſignantis.*
5 *Poteſt quis reſignare, vt fiat monachus.*
6 *Reſignans reſignat in fauorem ob affectionem.*
7 *Reſignans peccat ſi reſignatarius eſt indignus.*

QVinto quæro quæ cauſa requi-
ratur ĩ reſignatione beneficio
rum ſimplicium non requiren
tiũ reſidẽtiã?nã quãuis omnia
1 beneficia de mundo† requirãt
reſidentiã, cuiuſcunq; generis
& qualitatis ſint,ut ſcripſit reli
** quit Inn.*cõmuniter*receptus
in c.ex tuę de cle.non reſid.cũ aliis allegatis a Gig.de
* pẽſ.q.31.tñ ex recepta†cõſuetudine totius†orbis ſim-
2 plicia nõ arctãt ad reſidẽtiã vt eſt*cõis opinio omniũ
* doct.vt p Io.Sel.de beneſ.p.4.q.1.Nauarr.in ſuo man.
c.25.n.121.vñ in his beneficijs q̃ de cõſuetudine nõ

requirunt reſidentiam, quæritur quæ cauſa requira-
tur in reſignatione ipſorum? Quicquid poſſet dici de
* iure, de ſtylo * & conſuetudine recepta, nulla requiri-
tur cauſa: nam coram ſummo Pontifice reſignatio
3 ſimpliciter recipitur etiam abſque cauſa, ac etiam re
ſignatio in fauorem alicuius, & dicitur in ſupplicatio
ne, *cum ex certis & rationalibus cauſis animum ſuū*
*mouentibus intendat reſignare*, & ſic ad vota reſignā
4 tium † admittuntur, Caſſad. deciſ. 32. num. 9. in fi. ſuper
reg. cancell. & hic ſtylus pro lege ſcripta erit haben-
5 dus. Quod etiam procedit ſi vellent fieri † monachi,
D. Thom. 2. 2. q. vlt. Silueſtr. in verb. religio 2. q. 8. vt
etiam alias dixi.
Hodie autē de ſtylo nouiſſimo exprimitur in ſup-
plicatione cauſa, vt dicetur infra lib. 8. exponitur ha-
bens aliunde vnde viuere, quia vult ingredi religionē
matrimonium contrahere, & ſic de ſimilibus.
6 Ex parte vero reſignantis † cauſa ſolet eſſe affectio,
vt tradit Rebuff. in prax. tit. de reſignat. expr. Redoā.
de ſimon. d. c. 13. num. 12. namque volunt præficere
conſanguineos & familiares eccleſijs, quibus ipſi præ
fuerunt: quo caſu ſi conſanguinei vel familiares ſunt
7 indigni † peccant, vt ſcribit Redoan. loco citato nu.
13. & dicemus infra late.
Et hæc circa cauſas requiſitas in reſignationibus
beneficiorum, quæ fiunt in Romana curia, de cauſis
vero requiſitis in reſignationibus quæ fiunt corā or
dinarijs in ſeq. q. particulariter dicetur.

## SEXTAE QVAESTIONIS

### *SVMMARIVM.*

1 *Reſignatio in fauorem non fit coram ordinarijs.*
2 *Proœmium oſtendit cauſam finalem.*
3 *Epiſcopus poteſt admittere renunciationem ob ſene-ctutem.*
4 *Senectus facit recedere à regulis iuris.*
5 *Septuagenarius dicitur ſenex.*
6 *Quinquagenarius dicitur ſenex.*
7 *Senex quis dicatur, remittitur arbitrio iudicis.*
8 *Aetas quæ requiratur in coadiutoria.*
9 *Epiſcopus poteſt admittere renunciationem valetu-dinarij.*
10 *Valetudinarij multa ſunt priuilegia.*
11 *Valetudinarius eſt infirmus.*
12 *Valetudinarij qui dicantur, remittitur arbitrio iu-dicis.*
13 *Infirmus æquiparatur mortuo.*
14 *Epiſcopus poteſt recipere renūciationem corpore im-pediti.*
15 *Coadiutor ſolet dari corpore impeditis.*
16 *Leproſi reijciuntur ab eccleſia & ab hominum com-mercio.*
17 *Leproſus remouetur ab adminiſtratione.*
18 *Leproſus priuatur beneficio curato reſeruata penſio-ne.*
19 *Scabies herculea lepræ ſimilatur.*
20 *Paralitici non poſſunt promoueri.*
21 *Paralitico datur coadiutor.*
22 *Paralitici qui ſint.*
23 *Apopletici non poſſunt promoueri.*
24 *Apoplexia quæ.*
25 *Morbum comitialem habentes non poßunt admini-ſtrare.*
26 *Morbus comitialis inſanabilis iudicatur*
27 *Lunatici non poſſunt promoti miniſtrare.*
28 *Morbus gallicus cum lepra ſimilitudinem habet.*
29 *Vxor non tenetur habitare cum viro ratione conta-gionis.*
30 *Habentes manus tremulas non poſſunt promoueri.*
31 *De impedimento debet conſtare.*
32 *Impedimentum probandum.*
33 *Epiſcopus poteſt recipere renunciationem corpore vitiati.*
34 *Corpore vitiati non debent ſeruire in eccleſia.*
35 *Corporis deformitas malam animi mentem denotat.*
36 *Cæcus non poteſt promoueri, & promotus non mini-ſtrat.*
37 *Cæco datur coadiutor.*
38 *Oculi inter membra computantur.*
39 *Beda fuit cæcus.*
40 *Didymus Alexandrinus fuit cæcus.*
41 *Ioan. Paleſtinus memoriæ profundiſſimæ, cum eſſet cæcus.*
42 *Marius de Curte laudatur.*
43 *Papa poteſt diſpenſare cū cæco prædicationis cauſa.*
44 *Robertus Scotus cæcus factus Archiepiſcopus, & Nuntius.*
45 *Cæcus electus Papa ſuſtinetur.*
46 *Claudus dicitur corpore vitiatus.*
47 *Corpore vitiatus eſt habens fractum pedem.*
48 *Manum mutilatam habens dicitur corpore uitiatus.*
49 *Manus articulatas habens dicitur corpore vitiatus.*
50 *Habens manus articulatas amittit executionem or-dinis.*
51 *Vtens pede ligneo dicitur corpore vitiatus.*
52 *Giboſus eſt corpore vitiatus.*
53 *Diminutus qualibet parte corporis dicitur corpore vitiatus.*
54 *Corpore vitiatus non poteſt promoueri, & promotus miniſtrare.*
55 *Beneficium non datur laico.*
56 *Eccleſia debet ſeruiri per optimos.*
57 *Epiſcopus poteſt recipere renunciationem crimine obnoxij.*
58 *Priuatio non fit, niſi ob graue crimen.*
59 *Homicida venit priuandus.*
60 *Simoniacus priuatur beneficio.*
61 *Adulteri priuantur beneficijs.*
62 *Adulteri puniuntur pœna mortis.*
63 *Concubinarij priuantur poſt admonitionem.*
64 *Suſtinens excommunicationem per annum priuatur.*
65 *Periurus priuatur beneficio.*
66 *Blaſphemus priuatur beneficio.*
67 *Epiſcopus poteſt admittere renunciationem, quoties clericus eſt criminoſus.*
68 *Cenſura quæ ſit.*
69 *Cenſura continet excommunicationem, ſuſpenſionem & interdictum.*
70 *Excommunicatio quid.*
71 *Excommunicatio maior priuat participatione ſacra mentorum.*
72 *Communio triplex.*
73 *Excommunicatio eſt maior pęna quæ ſit in Eccleſia.*
74 *Excōicatis interdicta eſt cū hominibus participatio.*
75 *Excommunicati miniſtrando efficiuntur irregulares.*
76 *Excommunicatus priuatur fructibus beneficij.*
77 *Beneficia non poſſunt conferri excommunicatis.*
78 *Collatio facta excommunicato eſt ipſo iure nulla.*
79 *Collatio facta irregulari eſt nulla.*
80 *Excommunicati non poſſunt eligi.*
81 *Excommunicati non poſſunt pręſentari ad beneficia.*

82 *Suſpenſio*



82 *Suſpenſio quid ſit.*
83 *Suſpenſi miniſtrando fiunt irregulares.*
84 *Suſpenſis beneficia conferri nequeunt.*
85 *Interdictum quid.*
86 *Canonici non poſſunt ſeruire eccleſiæ cum eſt interdi ctum capitulum.*
87 *Canonici ſunt de capitulo.*
88 *Canonici faciunt vnum corpus cum epiſcopo.*
89 *Canonici ſunt fratres epiſcopi.*
90 *Cardinales ſunt fratres Papę.*
91 *Ordinarius poteſt recipere renunciationem illius qui non poteſt vel non debet eccleſiæ ſeruire.*
92 *Bannitus non poteſt beneficio ſeruire.*
93 *Bannitus poteſt priuari beneficio.*
94 *Dæmoniaci non poßunt promoueri.*
95 *Dæmoniacus promotus non poteſt miniſtrare.*
96 *Dæmonia cur vexent corpora humana.*
97 *Mutus non poteſt miniſtrare.*
98 *Irregulares non poſſunt miniſtrare.*
99 *Irregulares ſunt inhabiles ad beneficia.*
100 *Irregulares poſſunt cogi ad obtinendam diſpenſatio-nem.*
101 *Clerici prohibentur ſeruire eccleſiæ ratione ſcandali.*
102 *Irregularitas inducitur ex ſcandalo.*
103 *Clerici qui dant ſcandalum ſeruitio eccleſiæ prohi-bentur ſeruire.*
104 *Illiteratis curatis datur coadiutor.*
105 *Laborantes morbo caduco non poſſunt promoueri, & promoti non poßunt miniſtrare.*
106 *Collatio facta habenti morbum caducum eſt nulla.*
107 *Morbus caducus non inducit inhabilitatem ipſo iu-re quo ad beneficia ſimplicia.*
108 *Ordinarij poßunt recipere renunciationem illorū qui obtinent plura beneficia.*
109 *Clericus vno debet eße contentus beneficio.*
110 *Duæ eccleſiæ curatæ non poßunt teneri.*
111 *Abbatię duæ non poſſunt teneri.*
112 *Duo prioratus ſunt incompatibiles.*
113 *Duo decanatus vel archidiaconatus ſunt incompati-biles.*
114 *Duo beneficia requirentia reſidētiā nō poſſunt teneri.*
115 *Duo beneficia ſimplicia ſunt incompatibilia, ſi vnum ſufficit ad ſuſtentationem.*
116 *Pluritas prohibetur de iure communi etiam in bene ficijs non requirentibus reſidentiam.*
117 *Beneficiarij debent orare Deum pro populo.*
118 *Tenens plura beneficia peccat mortaliter, & nu. ſeq.*
119 *De ſtylo tenentur plura beneficia.*
120 *Conſuetudo rationabilis non excuſat.*
121 *Conſuetudo excuſat à pœna tēporali, non aūt æterna.*
122 *Conſuetudo eſt obſeruanda contra cōmunē opinionē.*
123 *Conſuetudo immemorabilis irrationabilis non excu ſat.*
124 *Conſuetudo irrationabilis immemorabilis non eſt ob-ſeruanda.*
125 *Poteſt quis tenere plura beneficia cum diſpenſatio-ne.*
126 *Beneficia ſunt ordinata de iure poſitiuo.*
127 *Papa poteſt diſpenſare in his quæ ſunt iuris poſitiui etiam ſine cauſa.*
128 *Papa in beneficialibus habet pleniſſimam poteſtatē.*
129 *Diſpenſatus non eſt tutus, ſi diſpenſatio eſt ſine cauſa.*
130 *Cauſa præſumitur in diſpenſatione.*
131 *Quod dicatur beneficium ſufficiens.*
132 *Iudicis arbitrio remittitur quod beneficium dica-tur ſufficiens.*
133 *Iudicis arbitrio relinquuntur quæ non ſunt diffinita a iure.*
134 *Iudicis arbitrio relinquitur quod dicatur tenue bene ficium.*
135 *Iudicis arbitirio relinquitur quæ alimenta debentur clerico.*
136 *Iudicis arbitrio relinquitur qui dicatur pauper, & qui diues.*
137 *Iudicis arbitrio relinquitur qui dicatur inops.*
138 *Iudicis arbitrio relinquitur quæ dicatur honeſta per ſona.*
139 *Iudicis arbitrio relinquitur qui dicatur miſerabilis.*
140 *Iudicis arbitrio relinquitur, qui dicatur nobilis.*
141 *Iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicatur perſona gra uis.*
142 *Iudicis arbitrio relinquitur quæ dicatur vulgaris per ſona.*
143 *Iudicis arbitrio relinquitur quæ dicantur eccleſiæ pauperes.*
144 *Iudicis arbitrio relinquitur quæ dicatur cauſa ma-gna.*
145 *Iudicis arbitrio relinquitur quæ dicatur grauis iniu-ria.*
146 *Quod dicatur ſufficiens beneficium circa omnes per-ſonas.*
147 *Non dicitur beneficium ſufficiens, ſi beneficiatus nō poteſt tenere equum.*
148 *Quod dicitur paruum ratione alterius.*
149 *Alimenta conſtituenda ſunt ſecundum qualitatem perſonarum.*
150 *Eccleſia Dei eget viris literatis.*
151 *Nobilitas debet precioſioribus veſtibus indui.*
152 *Conſuetudo patriæ ſpectanda.*
153 *Regio ſpectanda.*
154 *Beneficiatus poteſt viuere de fructibus beneficij, & bona patrimonialia conſeruare.*
155 *Cap. 2. ſeſſ. 21. de refor. Conc. Trid. declaratur.*
156 *30. vel 40. ſcuta red. ſufficiunt, vt quis poſſit ordina-ri ad titulum patrimonij.*
157 *Ordinarij poſſunt renunciationem illorum qui aliud beneficium conſequuntur, recipere.*
158 *Per aſſecutionem incompatibilis vacat primum.*
159 *Cauſa neceſſitatis plura permittuntur.*
160 *Magis ſuccurritur facienti actum ex neceſſitate.*
161 *Ex neceſſitate forma adimpletur in æquipollenti.*
162 *Prohibita alienatione, non videtur prohibita neceſ-ſaria.*
163 *Ordinarij poſſunt recipere renunciationem illorum qui volunt ingredi religionem, aut contrahere ma trimonium.*
164 *Per ingreßum religionis vaca beneficium.*
165 *Per contractum matrimonij vacat beneficium.*
166 *Ordinarius poteſt cōferre contracto matrimonio per beneficiarium.*
167 *Beneficium ingreſſi religionem non dicitur vacare ni ſi elapſo anno.*
168 *Ordinarius poteſt recipere renunciationem ex ſex cauſis relatis in c. niſi de renunc.*
169 *Ordinarius poteſt recipere renunciationem illorum qui non debent aut non poſſunt reſidere.*
170 *Inimicitia eſt iuſta cauſa non morandi in aliquo loco.*
171 *Inimicitia capitalis quæ, remittitur arbitrio iudicis.*
172 *Coniecturæ inimicitiæ grauis.*
173 *Ordinarij non poſſunt admittere renunciationem illo rum qui non habent vnde viuere, ſi ſunt in ſacris.*
174 *Beneficium ad quod quis ordinatus eſt non poteſt re-nunciari.*
175 *Renunciatio facta abſque mētione, quod beneficiatus*

*erat ad illud beneficium ordinatus, eſt nulla.*
176 *Conſtitutio Pij V. 58. in quo caſu comprehendat renunciantes in curia.*
177 *Sacris mancipati nō debent quæſtū ſordidū exercere.*
178 *Conſtitutus in minoribus ordinibus poteſt renūciare etiam ſi non habeat aliunde quo viuat.*
179 *Ordines ſecundum canoniſtas ſunt nouem.*
180 *Ordines ſecundum theologos ſunt ſeptem.*
181 *Quare dicantur ordines ſacri tres.*
182 *Ordinarij poſſunt admittere renunciationem ingreſſuri religionem, abſque quo uideant an ei ſuperſit vt viuat.*
183 *Dictio niſi eſt limitatiua.*
184 *Habentes ordines ſacros non poſſunt contrahere matrimonium.*
185 *Exceptio fit de regula.*
186 *Exceptio firmat regulā in caſibus non exceptuatis.*
187 *Allegans exceptionem debet illam probare.*
188 *Ordinarij admittentes renunciationes non debent conferre ſuis, aut reſignantium conſanguineis & familiaribus.*
189 *Renunciatio in fauorem non poteſt fieri coram ordinarijs.*
190 *Quod prohibetur directe prohibetur indirecte.*
191 *Quod prohibetur immediate, prohibetur mediate.*
192 *Trebellianica non detrahitur de relicto piæ cauſæ.*
193 *Beneficia non debent dari per ſucceſſionem.*
194 *Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris cōmunis.*
195 *Familiares qui ſint.*
196 *Commenſales qui ſint.*
197 *Ordinarij conferentes beneficia reſignata coram ipſis conſanguineis vel familiaribus ſuſpenduntur.*
198 *Suſpenſi non poſſunt ſe ingerere beneficiis.*
199 *Ordinarij contrafacientes conſtitutioni Pii V. excōmunicantur.*
200 *Contemptus eſt peccatum mortale.*
201 *Excōmunicatio poteſt ferri rōne peccati mortalis.*
202 *Epiſcopus contrafaciens ſuſpenſioni ab ingreſſu eccleſiæ, fit irregularis.*
203 *Suſpenſus contrafaciens fit irregularis.*
204 *Celebrare qui dicatur in contemptum clauium.*
205 *Ignoranter contrafaciens ſuſpenſioni non eſt excommunicatus.*
206 *Ignorantia excludit contemptum.*
207 *Contemnere quid.*
208 *Ratione contemptus quid efficitur delictum.*
209 *Scientia includit dolum.*
210 *Capitulum interdicitur.*
211 *Si contraueniatur interdicto, perſonæ particulares fiunt irregulares.*
212 *Interdictum æquiparatur ſuſpenſioni.*
213 *Ordinarij ſuſpenſi ob conſtitutionem 58. Pij V. debēt abſolui a Papa.*
214 *Abſoluentes alios extra iuriſdictionem ſunt excommunicati.*
215 *In mortis articulo nulla eſt reſeruatio.*
216 *In claris non eſt opus coniecturis.*
217 *Suſpenſus à Pontificalibus poteſt adminiſtrare iuriſdictionalia.*
218 *In pœnalibus fit ſtricta interpretatio.*
219 *Quiſque debet puniri in eo quo deliquit.*
220 *Decretum irritans ligat ignorantes.*
221 *In decreto irritanti reſpectu pœnæ nō ligantur ignorantes.*
222 *Publicatio facta Romæ ſufficit, vt cōſtitutio liget extra curiam.*
223 *Pœna cōſtitutionis Pij V. 58. non ligat ordinarios recipientes reſignationes abſque cauſa.*
224 *Verba referuntur ad proxime dicta.*
225 *Reſignatio facta coram ordinario præter cauſas relatas in conſtitutione Pij V. 58. eſt nulla.*
226 *Decretum irritans inducit formam.*
227 *Forma ad vnguem eſt obſeruanda.*
228 *Actus eſt nullus non ſeruata forma.*
229 *Factū contra decretum irritans habetur pro infecto.*
230 *Decretum irritans ligat ignorantes reſpectu nullitatis actus.*
231 *Ordinarij an poſſint admittere permutationes beneficiorum.*
232 *Sedes Apoſtolica nunquam moritur.*

SExto principaliter, quæro quæ cauſa requiratur in renunciationibus beneficiorum, quæ fiunt extra Ro. curiā, ſ. coram ordinarijs locorum? De iure com-
1 muni coram † ordinarijs reſignatio in fauorem nō
* poteſt fieri vt* eſt communis & recepta omnium doctorum ſententia, de qua dixi ſuo loco, ſed tamē poſſunt renunciari beneficia ſimpliciter & hæc ſimplex renunciatio ad hoc, vt poſſit fieri coram ordinarijs, requirit cauſam, cauſa autem exprimitur in cōſtitutione Pij V. 58. incip. Quanta eccleſiæ ſub, datum Romæ apud ſanctū Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimooctauo Cal. Aprilis Pontificatus anno 3. quæ cōſtitutio emanauit, vt obuietur fraudib. vt colligitur ex procemio
2 quod ſolet cauſam † finalem oſtendere, Corn. cōſ. 311. nu. 4. vol. 2. Burſat. conſ. 345. nu. 6. vol. 4. & ex conſtitutione eiuſdem Pij V. 42. officium ann. 2. vbi hac ratione ſuſpendit facultates ordinariorum admittendi reſignationem beneficiorum vſque quo fuerit data forma, quapropter inutile erit cauſas omnes expreſſas in dicta conſtitutione 58. Pij V. referre & examinare, idque vt melius, fiat, ſubijciemus verba dictæ cōſtitutionis.

PIus Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Quanta eccleſiæ Dei incommoda omni tempore attulerit, & nūc quotidie magis afferat miniſtrorū in eam ingreſſio vitioſa, iā late pſpiciant, & cū mœrore expēdant Præſules omnes & paſtores, quādo hæc pernicies cæterarum omnium maxima tā multas orbis eccleſias impie violarit. Quia vero hoc malum cum in cæteris frequens, tū maxime in beneficiorum, & officiorum eccleſiaſticorū dimiſſione admittitur, nemini moleſtum eſſe debet, quod perinde de reprimendis quotidianis fraudibus quæ hac in re frequentiores internaſcuntur, certā aliquā rōnē tandē inituri. officij noſtri partes in prohibenda omnib. interim reſignationū huiuſmodi receptione paulo ſeuerius interpoſuerimus, omneſq; beneficiorū interim reſignandorum diſpoſitiones quæ fierent, in irritum reuocauerimus, ac etiam decreuerimus nullū per eas in illis ius neque titulum, vel coloratū tā in petitorio, q̄ in poſſeſſoro ipſis prouiſis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuo inhabiles fore, Collatores vero alias in illorum diſpoſitione ēt tanquam de-

uolutionis



uolutionis iure ſeſe interponere non poſſe, ſed de eis, vt vere vacantibus, ſiue per Romanos Pontifices ſiue alios collatorum eorundē ſuperiores, vti pūentū eſſet, libere prouideri. Nunc aūt intendētes inſtitutū hoc noſtrū, quo ſanctuariū Domini cupimus illibatum auctore Domino perſequi, ac ſimul quātum in nobis eſt cauere, ne reſignationes ipſæ de hinc pro cuiuſq; arbitrio, nulliſq;, vel certe leuibus cauſis paſſim, & temere admittantur, prohibitionē, & alia p̄dicta ac cætera omnia noſtris ſuper his litteris cōtenta eatenus relaxamus, vt poſt hac epiſcopi, & alii facultatem habentes eorum dūtaxat reſignationes recipere & admittere poſſint, qui aut ſenio cōfecti, aut valetudinarij, aut corpore īpediti, vel vitiati, aut crimini obnoxij, cenſuriſq; eccleſiaſticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent eccleſiæ, vel beneficio inſeruire, ſeu qui unum aliud vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud cōtigerit promoueri, religionē quoq; ingreſſuri, vel matrimoniū contracturi, ſi ſtatim poſtea id re ipſa exequantur, deniq; cum quis ex alijs caſibus acciderit, qui conſtitutione fœlicis recordationis Innocentij Papæ III. de dimittēdis cathedralibus eccleſijs, edita continentur.

Qui etiam ob capitales inimicitias nequeūt vel nō audēt in loco beneficij reſidere ſecuri. Sed nec horū vllus ſacro ordini mancipatus, niſi religionem ingreſſurus, valeat vllo modo beneficium, vel officium eccleſiaſticū reſignare, niſi aliunde ei ſit quo in vita poſſit cōmode ſuſtentari. Adhæc beneficiorum, & officiorū permutationes admittere, q̄ canonicis ſanctionibus, & apoſtolicis conſtitutionibus permittuntur. Caueant aūt epiſcopi, & alij prædicti, itemq; omnes electores, præſentatores, & patroni tam eccleſiaſtici, quam laici quicunq; ſint, ne verbo quidem aut nutu vel ſigno futuri in huiuſmodi beneficijs, & officijs ſucceſſores, ab ipſis reſignantibus, aut alijs eorum ſignificatione, vel hortatu deſignentur, aut de his aſſumendis promiſſio inter eos, vel etiam intentio qualiſcunque intercedat. Cæterum præcipimus, atque interdicimus, ne ipſi epiſcopi, aut alij collatores de beneficijs, & officijs reſignandis prædictis, aut ſuis, aut admittentium conſanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant prouidere, quod ſi ſecus, ac etiam quicquid pręter, vel contra formam prædictorum fuerit a quocunque temere attentatū, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere. Qui vero cōtrafecerint, vt in eo quo deliquerint puniantur, à beneficiorum, & officiorum collatione, necnon electione, præſentatione, confirmatione, & inſtitutione, prout cuiq; cōpetierit, tādiu ſuſpēſi remaneant, donec remiſſionem a Roma. Pont. meruerint obtinere, & qui talia beneficia ſeu officia receperint, eos p̄dictis pęnis volumus ſubiacere. Et nihilominus in eos, qui ſic ſuſpenſi conferre, eligere, p̄ſentare, confirmare, vel inſtituere auſi fuerint, excōicationis quo ad perſonas, quo vero ad capitula, & cōuentus a diuinis ſuſpenſionis ſententias ipſo facto p̄mulgamus, quibus etiam nullus alius quam ipſe Romanus Pōtifex ſiue abſolutionis, ſiue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire. Prohibitione & literis noſtris prædictis nihilominus in cæteris oībus perpetuo valituris. Non obſtantibus q̄buſcunq; priuilegijs, indulgētijs, & literis apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus quibuſcunq; epiſcopis, & alijs ſuperioribus, ac inferioribus eccleſiarum prælatis, necnon eccleſijs, monaſterijs, & capitulis, conuentibus, collegiis, & vniuerſitatibus, eorumque, & alijs perſonis ēt Regia & Imperiali maieſtate pręditis, ſub quacunque verborum forma, & cōceptione cōceſſis, per quæ effectus p̄ſentium impediri poſſet q̄uocunque, vel differri, etiam ſi de eis ipſorumque totis tenoribus ad verbum, ac de proprijs nominibus eorū, necnon eccleſijs, monaſterijs, locis, ordinibus, & dignitatibus, de quibus, necnon cauſis propter quas illa conceſſa ſunt, ſpecialem & expreſſam præſentibus fieri oporteret mentionem. Cęterum iubemus eaſdē præſentes ad valuas baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ publicari, & earum exempla affigi. Volumusq; eas ſic publicatas omnes & ſingulos perinde afficere, & obligare, ac ſi illis ipſis fuiſſent ſingulariter intimatæ, exemplis quoque prædictis etiam impreſſis, manuque Notarij publici, & ſigillo prælati eccleſiaſtici, vel eius curiæ obſignatis, eandem prorſus fidē adhiberi quæ ipſis præſentibus ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ relaxationis, pręcepti, interdicti, decreti, promulgationis, iuſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario cōtra ire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1568. Cal. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno tertio.

Prima cauſa, ex qua ordinarij poſſunt admittere reſignationem beneficiorum, eſt, quando beneficiatus
3 volens † reſignare eſt ſenex, vt probatur in d. Conſt. 58. Pij V. ibi, *Senio confecti*, & hanc cauſam approbat ius cōe, vt habetur in c. niſi cum pridem de renun. &
* ibi Hoſtien. ſub nu. 13. Abb. num. 8. & cōiter * doct. vt dixi ſupra, & eſt tex. in c. 1. eo. tit. & ibi etiam doct.
4 & ratio eſt quia ſenectus † facit recedere à regulis iuris, vt habetur in c. quoniam frequenter, vt lite conteſt. latiſſime Cæpoll. in tract. de imper. in verb. Bartholomæus per totum, Card. Pariſ. conſ. 102. nu. 13. vol. 4. Grat. conſ. 98. num. 2. lib. 1. Neuizan. conſ. 51. n. 15. Orian. in l. 1. num. 133. ff. de offi. eius quibus accedunt ea, quæ ſupra ſcripſi.
Dubium tamen eſt qui dicantur ſenes. Abb. in c. quoniam frequenter num. 18. vt lit. non conteſt. ſcri-
5 ptum reliquit † ſenem dici ſeptuagenarium, Io. And. vero & gl. in c. 1. de celeb. miſſarum, Io. Anan. in rub. de delict. puero. col. 1. tenuerunt ſenem dici qui an-
6 num † 50. attigit vſque ad ſeptuageſimum, Gramm. deciſ. 34. num. 4. Coraſ. in l. precibus num. 29. C. de imp.
* & alijs ſubſtit. Vera tamen & communis* doct. ſentē
7 tia eſt † hoc remitti iudicis arbitrio, Barb. conſ. 21. col. pen. lib. 2. & conſ. 27. col. 3. lib. 3. & conſ. 45. col. pen. lib. 4. cum alijs, vt per Menoch. de arbitr. iud. caſ. 59. num. 3. qui iudex arbitrabitur iuxta qualitatem perſonarum: & alias Rota cenſuit in materia coadiuto-
8 riæ ſufficere † 60. annum cum infirmitate in vna Toletanen. die 28. Martij 1552. vel 70. ſine, teſte Caput. deciſ. 168. & 170. lib. 1. in manuſcrip. & in impreſſis deciſ. 311. num. 1.
Secunda eſt cauſa ex qua ordinarij poſſunt admittere reſignationem beneficiorum, ſi volens reſigna-
9 re † eſt infirmus, vt dicitur in dicta Conſtit. 58. Pij Quinti ibi, *aut valetudinarij*, concordat text. iuris communis loquens in ceſſione epiſcopatus in capitulo niſi cum pridem, ibi. *Alia vero cauſa eſt corporis debilitas, &c.* & ibi glo. in verbo impotens, Ho-

 ſtienſ.

ſtienſ.num.13.Abb.numer.9.&* communiter doct.
Card.Alex.in ca.hoc nequaquam num.2.7.q.1. & ra-
10 tio eſt quia multa ſunt priuilegia†iſtorum,vt Iaſo. in l.
age.num.2.C.de tranſact.Pariſ.conſ.102. nu.13 .vol.
4. Neuiz.conſ.51.num.15.Gig.de reſid.epiſc.c.17.n.
12.in fin.

Dubium tamen eſt qui dicantur valetudinarii. In-
no.tenuit valetudinarium eſſe qui propter † corporis
11 debilitatem eſt infirmus,& laborat aliqua febre acuta
Io.And. dicebat valetudinarios eſſe infirmos ſimpli-
citer,vt per Abb.in c.quoniam frequenter num.19.vt
lit.conteſt.

*12 Vera tamen & communis*doct.†ſententia eſt hoc
relinqui arbitrio iudicis,Bal.in auth.ſed ſi quis ab alie
no nu.13.C.de teſtib.Lucas de Penn.in l.vnica col.2.
C.de mend.valet.lib.11.Soccin.Senior conſ. 244. vol.
4.lib.2.Menoch.de arbitrio iudicis caſ.60. nu.5 .Mar
ſil.in l.quæſtionis modum nu.19.ff.de quæſt. Alfonſ.
Hoied.in tract.de incomp.beneſ. part.prima.capitul.
17.nume.16.Moder.Floren.in tract.de fortuit. caſ.2.
p.queſtio.6.nu. 5.Prudens ergo ordinarius coniectu-
ram ſumet, quod beneficiatus aliquo malo corpo
ris habitu & affectu male valet,& ſæpe aut ſemper æ-
grotat,Gemin.in c.1.de cleri.egrotan.adeo quod nõ
poſſit muneri ſibi iniũcto ſatisfacere, Mar.Soccin.Se
nior in dict.ca.quoniam frequenter col.4.verſ.tertio
13 cum†æquiparetur mortuo,Couar.lib.3.variar.reſolu
tio.c.13.n.18.Moderni Floren.in tractat. mor. omn.
ſolui.p.1.nu.182.

Tertia cauſa ob quam licitum eſt ordinarijs reci-
pere reſignationem beneficiorum,quando beneficia
14 tus†eſt corpore impeditus, vt patet in dict.conſti.58.
Pii V.ibi, *aut corpore impediti,&c.* ad quod facit tex.
loquens de epiſcopo in dict.c.niſi cum pridem de re
nunc.& ibi doct.*omnes poſt Hoſtienſ.Inn. & Abb.
c.1.eod.tit.& ratio eſt quia tunc non poteſt ſatis ſa-
cere oneri iniuncto,& ideo his ſolet† dari coadiutor
15 ca.ex parte de cler.ægrot.cum ibi notat.per Io.Andr.
& Abb.Oldrad.conſ.44.Redoan.de ſimo. p. 2.c.13.
nu.27.

Exemplum primum erit quando aliquis eſt impe
ditus corpore propter lepram, nam laborantes hoc
16 morbo non ſolum†ab eccleſia,ſed ab hominum cœ-
tu excludũtur Leuit.c.13.14.22.Num.12.Deuteron.
c.24.Diuus Thom.4.ſentent.diſtinct.9.art.& ſi pro-
motus a lepra inuadatur†eſt remouendus ab admini-
17 ſtratione.c.tua nos de clerico ægrotan.Specul.in titu.
de diſpenſ.§.iuxta verſ.item percuſſor, Ang.in c.hinc
etenim diſtinct.49.Tabien.verbo corpore,Alberi.in
verbo leproſ.Diu.Tho.3.q.82.art.vlt.& ſi eſt conſe-
quutus eccleſiam parochialem , interdicenda ei erit
18 per vicarium,vel erit priuandus reſeruata†ei portione
fructuum pro victu,Roſell.in verbo leproſus,Maiol.
de irregular.lib.2.ca.18.col.2.& 3.

Secundum exemplum erit in illo ſcabiei genere quod
drioram phyſici dicunt,& alio vocabulo ſcabies her
culea nominatur,hæc enim lepræ affinis eſt,nam†ex a
19 tra bile,ſicut & lepra,originem ducit,Hieronym.Ga-
bu.de morb.comit.lib.2. Maiol.dict.lib.2.c.18. colu.
vlt.& hæc quoque impedit executionem ordinis,Di.
Tho.4.ſent.9.diſtin.artic.4.

20 Tertium exemplum erit in paralyticis,†qui nõ poſ
ſunt promoueri,nec promoti miniſtrant,ca.vlt. & ibi
doct.de cleri.ægrotan.D.Thom.3.p.q.82.art.vlt.Ta-
* bien.in verbo corpore,& eſt* communis opin. teſte
Maiol.d.lib.2.c.24.vbi dicit hanc eſſe iuſtam cauſam
21 dandi coadiutorem†idque deducitur ex nomine quia
22 paralytici ſunt quorum membra†corporea ita diſſo
uuntur,vt illorum vſu careant, D.Thom.d.quæſt. 82.
art.vlt.

23 Quartum exemplum†erit in apopleticis,qui ob idẽ
impedimentum non poſſunt promoueri, neque pro-
moti miniſtrare,Maiol.d.lib.2.de irregular. c. 24.ſub
nu.2.col.1.namque per apopleſiam ita membra cor-
24 ripiuntur,vt vel inutilia reddantur† vel mors ſubſequa
tur,prout de Conſtantino †mperat.tradit Caſſiad. hi
ſtor.tripar.lib.5.cap.50.& de Stephano II. Platina in
eius vita.

25 Quintum exemplum erit in habentibus† morbum
comitialem,hi enim non poſſunt adminiſtrare, vt di
citur in c.13.II.Concilij Toletan.c.communiter,vbi
Archid.33.diſt.Maiol.de irreg.lib.2.c.16.col.3. nam-
que huius morbi tanta eſt capitis & mẽbrorũ contra
26 ctio,vt inſanabilis morbus † iudicetur,vt late explicat
Gabutius de comit.morb.& videntibus timorem in-
fert.Plin.lib.10.c.23.

27 Sextum exemplum erit in lunaticis , qui † promoti
non poſſunt adminiſtrare,vt late tradit Maiol.de irre
gulari.lib.2.c.15.

Septimum exemplum in habentibus morbum gal-
28 licum,cum hic morbus magnam†cum lepra ſimilitu-
dinem habeat,vt tradit Bart.Spina in opuſculis ſuis in
q.matrimoniali,& hoc intelligo in eo morbo gallico
qui habet ulcera per corpus diffuſa,& oſtendit extrin
ſecam deformitatem vt late explicat Maiol.de irreg.
li.2.c.19.& id erit ratione contagionis, ob quam cau-
29 ſam mulier non †tenetur reddere debitum viro & cũ
eo habitare, D.Thom.4.ſent.diſt.36.art. 1. Archiepi.
Floren.3.par.tit.1.c.21.Tabien.in verb. matrimoniũ.
3.num.6.ita quoque non poterit miniſtrare, ne alios
inficiat.

Octauum quando beneficiatus habet manus tre-
mulas,habet chiragram;namque hi non poſſunt pro-
30 moueri,neque†promoti adminiſtrare,Maiol.de irre-
gu.li.2.c.21.& 24.in fin.Intellige tñ,ſi illa podagra vel
chiragra eſt continua,vel adeo frequens, vt non poſ-
ſit beneficiatus ſatisfacere oneri iniuncto,vt quia be-
neficiatus habet curam animarum,vel requirit reſidẽ
tiam.Et tandem ex omnibus alijs impedimentis ꝑpe-
tuis corporis in quibus militat eadem ratio,idem di-
cendum erit.l.illud ff.ad leg.Aquil. Bonum autem eẽt
vt debeat de huiuſmodi impedimento conſtare prius
31 penes acta per†teſtes iuxta ea quæ ſcribunt Io. Andr.
in c.1.de dolo & contumac.Corne.conſ.56.col.1.lib.
1.Card.Pariſ.conſ.67.num.90.vol.3.qui dicunt dicẽ-
32 tem impedimentum†eſſe tale, vt non poſſit beneficia
tus præſtare id ad quod tenetur debere probare iux.
tradita per Crauett.conſ.151.num.22.& conſ.179.n.
6.Deci.conſ.454.nu.6.& conſ.552.nu.7. Gozad.cõſ.
38.num.11.Socc.Iun.conſ.76.num.79.lib. 1.aut alias
prout ordinario videbitur impedimentum eſſe ſuffi-
ciens,Gemin.in c.1.de dol.& contumac.lib.7.Guido
Papę q.64.Curt.Seni.in l.admonendi nume.280.ff.de
iur.iur.

Quarta cã ex qua ordinarij poſſunt recipere reſigna
33 tionem beneficiorum,quando beneficiatus eſt † cor-
pore vitiatus,vt probatur in d.conſtitut.Pij V.58.ibi,
34 *vel uitiati,*&c.namque lege diuina cautum eſt ne † in
eccleſia ſeruiant corpore vitiati & deformati,vt habe
„ tur Leuitic.c.21.vbi hæc habentur verba. *Homo de ſe*
„ *mine tuo per familias qui habuerit maculas non offe-*
„ *rat panes Deo ſuo,nec accedat ad miniſterium eius, ſi*
„ *cæcus fuerit,ſi claudus,ſi uel paruo,vel grãdi , vel tor*
„ *to naſo,ſi fracto pede,ſi manu,ſi gibbus,et lippus,ſi al*
*buginem*



„ *buginem habens in oculo,ſi ingens ſcabiem,ſi impeti-*
„ *ginem in corpore,vel hernioſus.* quæ verba explican-
tur à Gregorio in ſuo paſtorali,& habetur in ca.hinc
etenim diſt.49.& recte quidem ac magna ratione fuiſ
ſe conſtitutum tradit Menoch.de arbitr.iud.caſ.226.
in princ.vel quia aliquando hi diuinis miniſteriis tra-
ctandis impotentes ſunt,vel quia corporis deformitas
35 malam†animi mẽtem & deformitatem declarat Abb.
in c.quia diuerſitatẽ 1.notab.de conceſ.præben.ſicuti
de Therſite traditur apud Homer.li.2.Iliados, & hoc
infinitis auctoritatibus comprobat Tiraq.de legibus
connub.l.2.num.47.48.& 49.Petrus Plaxa li. 1. delic.
c.25.nu.4.Coraſ.in tract.de benefi.p.3.c.6. Hierony-
mus Maggius l.4.Miſcellan.c.4.Afferemus aliqua exẽ
pla,quæ concluſioni noſtræ congruunt.

Primum erit exemplum in cœco ex utroque ocu-
lo,qui dicitur corpore vitiatus,& propterea hic defe
36 ctus impedit†non ſolum vt quis non promoueatur,
ſed etiam vt promotus non miniſtret, cum amittat
executionem propter impoſſibilitatem, D. Tho.3.q.
82.art.vlt.ad fi.& ſatis probatur in c.hinc etenim.§.cę
37 cus diſt.49.cum ibi not.& hæc eſt iuſta†cã dandi co-
38 adiutorem,Roſell.in verbo vitiatus.oculi enim † inter
membra computantur,gl.in c.ſingula diſt.86.

39 Non omittam multos reperiri†cęcos doctiſſimos
viros;nam Beda fuit concionator excellentiſſimus,
idemque doctiſſimus ſacræ ſcripturæ interpres (licet
cœcus)vt tradit Nauchera.anno Domini 700. Didy-
40 mus †etiam Alexandrinus fuit cœcus,& ſciebat vetus
& nouum teſtamentum,Caſſiado.tripar.hiſt.lib.8.ca.
8.Hieronym.in catalogo ſcriptorum eccleſiaſt.Io.Pa
41 læſtinus†fuit quoque cœcus, & referebat omnia ver-
ba ſacræ ſcripturæ ac ſi ex libro ipſo legeret, Euſebi.
hiſtoriar.li.8.c.22.Nunc etiam in vrbe adeſt R. P.D.
42 Marius†de Curte Neapolit.cõcionator diſertiſſimus
ac omnium ſcientiarum & virtutum genere pręditus
(quamuis cœcus)& alij etiam adſunt. Prædicationis
43 igitur cauſa poterit Papa diſpenſare cũ cœco†vt poſ
ſit promoueri ad ſacerdotium,& vt epiſcopus fiat, vt
ſcribit Maiol.de irregu.lib.1.ca.20.col.3.nam etſi ſa-
cramentis & ſacrificiis incumbere non poſſit oculo-
rum defectu,confeſſiones tamen, & prædicationẽ ex
44 ercebit ac iuriſdictionalia,quod euenit Roberto†Sco
to cœco à puerili ętate, qui Pariſijs theologiam ita di
dicit,vt Romæ fuerit creatus ſacerdos ac Archiepi-
ſcopus Armacan.in Hibernia,& poſtea legatione ꝑ
Iulio III.perfunctus eſt: auctores ſunt Surius an.Do-
mini 1551.Maiol.loco citato col.3.Hinc eſt quod ſi
45 cœcus ſit electus Papa†ſuſtinetur, Anton.de Butr.in
c.licet de electio.Iacobac.de conc.lib.3.art.1.

46 Secundum exemplum eſt in claudo , qui dicitur †
corpore vitiatus,Tabien.in verſ.corpore , Maiol. de
irregu.lib.1.ca.18.vbi late.

47 Tertium exemplum eſt†in eo qui habet fractũ pe
dem cum magna deformitate, Archid.in c.hinc ete-
nim.col.2.diſt.49.Spec.in tit.de diſpenſ.§.iuxta.

48 Quartum exemplum erit†in habente manum muti
latam,vt dicatur corpore vitiatus,vt habetur in c. pe-
49 nul.& ibi doct.de corpore viti.vel articulatas manus†
ad vtendum ineſſicaces,namque hi impoſſibile eſt vt
50 adminiſtrent, D.Thom.4.diſtin.25.& ideo†amittunt
exequutionem ordinum, D.Thom.3.q.82.art. vlt.ad
tertium.

51 Quintum exemplum eſt†in crure penitus abſciſſo,
aut ita contracto, vt ligneo pede ſit opus Roſella. in
ver.vitiatus.Tabien.in ver.corpore,Silueſt. in eodem
verbo.

52 Sextum in gibboſis:nam†ij ſunt etiam corpore vi-
tiati,Albe.in verb.vitiatus,Archiepiſcop. Floren.3.ti.
29.c.5.Roſell.in verb.uitiatus.

53 Et tandem†diminuti qualibet parte corporis nota
bili,vt per Maiol.li.1.c.14.& eo.li.1.c.21. loquitur de
turpitudine faciei,& c.22.de defectibus naſi,& ca.24.
de defectu dentium,& ca.25.de defectibus auriculæ,
& c.26.de linguæ defectibus.Iudex enim iudicabit ſe
cundum qualitates perſonarum,& loci,vt per Archi.
diſt.55.in prn.Abb.in c.2.de cler.coniug.

54 Et ratio iſtorum eſt, quia † corpore vitiati cũ non
poſſint promoueri,& promoti non poſſint miniſtra-
re,vt habetur in tit.de corpor.vitia. Couar. in clem.ſi
furioſus p.1.nu.5.de homic.non poterunt per conſe-
quẽs habere beneficium,quod datur promoto, & nõ
55 laico†Dec.in ca.cum adeo nu.3.de reſcr.Ber.in c.ſuꝑ
litteris nu.72.eo.tit ergo ſuperueniente hac deformi
tate habenti beneficium admittenda erit ceſſio ad re
mouendum aliorum ſcandalum , & vt Dei eccleſiæ ꝑ
56 optimos†ſeruiatur, hanc eſſe rationem huius conſti-
tutionis in hac parte dicit Paul.Fuſc.in tract. de viſi-
tat.lib.2.c.28.nu.15.

Quinta cauſa , ex qua ordinarij poſſunt admittere
57 reſignationem beneficiorum,eſt , ſi beneficiatus eſt †
crimine obnoxius,vt patet in dicta conſtitutione 58.
Pij V.ibi, *crimine obnoxij,&c.* Concordat te.loquẽs
in renunciatione epiſcopatus in d. c. niſi cum pridẽ,
§.propter conſcientiam,de renunc.& ibi tradunt gl.
Abb.nu.3.&* communiter doct.Cardi.Ale.in ca.hoc
nequaquam num.2.7.qu.1. cum alijs adductis ſupra,
dum locutus ſum de renunciatione epiſcopatus.& ra
tio huius conſtitutionis in hac parte erit, quia qui cri
mina commiſerunt,facilius ad renunciãda beneficia
admittũtur,cũ ad eorũ priuationẽ iura cõueniãt, hãc
rationem aſſignare videtur Fuſc.de viſitat.lib.2.c.28.
num.25.

Et hoc poterit exemplificari in caſibus in quibus
ob crimen cõmiſſum clericus veniret priuandus,arg.
not.in d.c.niſi,cum priuatio non ſit niſi†ob graue cri
58 men ſecundum* communem opinionem,de qua atte
ſtatur Clar.lib.5.receptar.ſentent.§.vlt.q.74.& plures
caſus congerit Calic.in margar.fiſc.fol.120.& ſeq.re-
latus à Claro loco citato.q.73 .in princ.

59 Primum exemplum erit in homicida†qui amittit,
beneficium,& venit priuandus,vt eſt* communis opi
nio teſte Anan.in c.inquiſitionis nu.3.vbi Felyn.n.2.
de acccuſat.Alcia.in c.cum non ab homine,nu.16.de
iudic.Nauarr.in manual.c.27.nu.239.& habetur in.
50.diſtin.& in c.7.ſeſſ.24.de reforma.Conc.Trident.

Secundum exemplum ponit Fuſc.dict.c. 28. num.
60 25.†in ſimoniacis,qui ob graue crimen commiſſum
priuantur beneficijs,vt habetur in extrauag. Paul.ij.
cum deteſtabile, & in conſtitutione Pij V.incipien.
cum primum,anno primo,Caſſ.deci.1.n.2.de ſimon.
& deciſ.5.de conſtit.Card.Pariſ. conſ. 29.vol.4.Sarn.
trien.q.12.

Tertium exemplum ſecundum Fuſc.loco citato ẽ
61 †in adulteris,qui priuantur beneficiis,c.ſi quis cleri-
cus diſtin.81.glo.in c.lator.2.q.7.Dia.in praxi crimi
nali canonica c.79.Duen.reg.110.lim.2.hi enim ſecũ
dũ legem canonicam puniuntur pæna mortis,Exod.
62 c.20.Deutero.cap.22.quod hodie eſt innouatum ꝑ
conſti.S.D.N.Sixti V.47. incip. ad compeſcendam,
anno.2.

63 Quartum exemplum ponit Fuſcus†in concubina-
riis,hi enim ſi poſt admonitionem nõ reſipiſcant pri
uantur,vt colligitur ex conſt.Leonis X.incipien. ſuꝑ
na

næ edita in Conc.Lateran.& tradit late Bermo.in cō
menta.ad ipſam conſtitutionem,& probatur in cap.
6,ſeſſ.2 1.de reformat. Conc.Triden.
63 Quintum exemplum addo. in clerico†ſuſtinēte ex
communicationem per annum,namque priuatur be-
* neficio,communis*opinio teſte Fely. in c.1.num.8.
de iudic.Clar.q.73.verſ.item clericus,de quo eſt tex.
optimus in c.3.ſeſſ.25.de reform.
64 Sextum exemplum in clerico † periuro qui poteſt
priuari beneficio,communis*opinio teſte Felyn.in c.
ex parte el 1.nu,1.& ſeq.de reſcript.Dec.in c.cum nō
** ab homine poſt.nu.5,de iudiciis,magis** commu-
nis opinio teſte Gomeſ.in §.item ſi quis,num.28. de
actio.Clar.in lib.5.receptar.ſentent.§.periurium verſ.
item clericus.
65 Septimum exemplum in†clerico blaſphemo qui
ex hoc venit priuandus beneficijs,ca.ſi quis per capil
lum.22.q.1.Alex.conſ.72.col.4.lib.1.quod conſtitu-
tio Leonis X.edita in Conc.Lateran.declarauit proce
dere tertia vice.
Alia exempla collige per Maiolum lib.3.cap.32.cū
ſequent.
Sexta eſt cauſa ex qua poteſt ordinarius admittere
reſignationes beneficiorum, quoties beneficiati ſunt
67 †cenſuris eccleſiaſticis irretiti,ſvt dicit conſtit. Pii.V.
ibi,*cenſuris eccleſiaſticis irretiti,&c.*quæ verba in-
terpretantur a Paulo Fuſc.de viſitat.p.2.c.28.n.14. ex
quibus nequeunt,aut non debent beneficio ſeruire.
68 namque cenſura eccleſiaſtica†eſt ſpiritualis pœna, q̈
eccleſia propter inobedientiam inſligit locis & vni-
uerſitatibus ac ſingularibus perſonis interdicendo ſa
cramentalia,communiones,& alios actus ſpirituales,
vt tradit Ioan.de Lignano de cenſur. eccleſiaſticis in
princ.& hæc cenſura diuiditur in excommunicatio-
69 nem,†ſuſpenſionem,& interdictum,cap.quærenti de
verb.ſignif.Card.Zabarel.in clem.1.de ſent. excōmu.
Nauar.in Manual.c.27.nu.1.Fuſ.de viſitat.li.1.cap.31.
num.3.
70 Excommunicatio†eſt cenſura eccleſiaſtica a cano
ne vel iudice eccleſiaſtico prolata priuans Chriſtianū
legitima communione ſacramentorum,& quandoq;
hominum,ita diffinit Abb.in rubr.de ſententia excō.
quam diffinitionem late defendi cum interpretarer.
cap.1.de iudic.intelligendo eam loqui de excommu-
71 nicatione maiori,quæ participatione ſacramentorū,
* & hominum,vt eſt*communis opinio,teſte Nauar.
d.c.27.in prin.nam communio†triplex eſt,vt colligi-
72 tur ex Diu.Thom.2.2.q.22.art.5.& in 4.ſenten. diſti.
18.q.2.ſanct.Auguſt.lib.de doctrina Chriſtiana c.22.
Turrecremat.in c.ſi inimicus.11.q.3.art.1.Silueſtr.ver
bo excommunicatio 1.& ob id excommunicatio eſt
73 * maior pœna†quæ ſit in eccleſia,vt eſt*communis o-
pinio teſte Ber.in c.ſi quis p̄sbyterorum.n.7. de reb.
eccle.non alien.Clar.q.76.in princ.
74 His enim cum interdicta ſit†cum hominibus par-
* ticipatio,vt habetur 11.q.3.& ibi doct.*omnes, non
poterunt miniſtrare in eccleſia,& ſic ſeruire benefi-
75 ciis ne†efficiantur irregulares,vt late explicat Maiol.
de irregu.lib.3.c.21.& ob hanc cauſam priuatur fru-
* ctibus beneficii ipſo iure,vt eſt*cōmunis opin.†teſte
76 Ripa in c.1.nu.27.de iudi.Clar.lib.5.§.vlt.q.73.ver.pa
77 riter ideo eis conferri †beneficium non poteſt,c.po
ſtulaſtis de cleric. excommunic. miniſtrat.& collatio
78 facta eſt ipſo iure nulla † communis * opinio teſte
Couarru.in c.alma mater p.1.§.7.n.1.ſicuti collatio fa
79 cta†irregulari,Din.in reg.1. de reg.iuris in 6. Inno.in
* c.cum noſtris de conceſ.præben.& de*communi, vt
per Couar.in reg.peccatum,ſecunda par.§.8.nu.6.de
80 reg.iur.in 6.Nec excommunicati poſſunt eligi, †& ſi
eligant nulla eſt electio ipſo iure c.cūinter de elect.c.
conſtitutis de appellat.de*communi atteſtatur Co-
uarr.in dict.c.alma mater p.1.c.7.ſub nu.1.verſ.primū
81 nec præſentari†ad beneficium glo.in c.vl.per illū tex.
de elect.in 6.Lap.allegat.8.Rocch.de Curt.ver.hono
rificum n.19.tract.de iure patr. Lamb. in eod.tract.1.
1.p.2.li.6.q.princi.ar.1.communis,vt per Card. in cle
men.1.§.1.q.4.de religio.domib.
82 Suſpenſio eſt†cenſura qua alicui perſonæ eccleſia
ſticæ prohibetur exercitium ſui officij vel beneficij
eccleſiaſtici in totum vel in partem,& in certum tp̄s,
vel in perpetuum,quo ad partem ob ſuā culpā,gl.& d.
in clem.cupientes de pœ.Naua.in manu.d.c.27.n.51.
83 Hi enim cum non poſſint ſeruire † & miniſtrare,
nam adminiſtrando fiunt irregulares,Spec.in tit.de di
ſpen.§.iuxta,Gemin.in c.is cui de ſent.excom.lib.6.Fe
der.de Senis conſ.120.Ang.in verb. ſuſpenſio, Silue.
in eod.verbo,ſequitur quod facilius admittuntur ad
ceſſionem quam alij,quandoquidem eis beneficia cō
84 ferri†nequeunt,glo.in c.tanta de exc.præl.glo.in c.cū
bonæ de ætate & qualit.vbi Abb.col.3.
85 Interdictum†vero eſt diuinorum ſuſpenſio tam a
* ctiue quam paſſiue,vt tradit Cald.* communiter re-
ceptus in tract. de interdict.n.2.& poteſt poni exem-
plum ſi fuerit interdictum capitulum,nam canonici
86 nō poterunt†exercere & ſeruire eccleſiæ,Nicol.Plou.
in tractat.de interdic.in princip. namque† canonici
87 ſunt de capitulo,vt patet in tit.de his quæ fin.a maio.
pat.cap.vt tradit Card.Pariſ.conſ.31.n.12.vol.4.& ob
88 id faciunt†vnum corpus cum epiſcopo,Abb.in c.no
89 uit per illum tex.de his quæ fiunt a præla.&†appellan
90 tur fratres epiſcopi ſicut Cardinales†fratres Papæ. c.
2.de off.lega.lib.7. Fuſc.de viſita.lib.1.c.15.nu.2.
Septima ponitur cauſa in dict.conſtit.vt ordinarii
91 poſſint recipere reſignationes beneficiorum† obten-
torum per eos qui nequeunt,aut non debent eccle-
ſiæ,aut beneficio inſeruire,vt dicitur in d. Conſt. Pii
V.ibi,*aut nequeunt,aut non debent eccleſiæ vel bene
ficio inſeruire,&c.*& ſic duo ſunt capita,primum eo-
rum qui non poſſunt,ſecundum eorum qui non de-
bent.Primi capitis exempla plura poſſunt aſſignari, q̄
repetere non curabo, cum colligantur ex præceden-
tibus,quatuor autem alia ſubiiciam exempla, & pri-
92 mum erit in clerico bannito†nam iſte nequit benefi
cio ſeruire,Abb.&alii*omnes in c.cum non ab homi
ne de iudiciis,& in cap.2.de arbitr.Rebuff.in prax.de
93 mod.amitten.benef.nu.57.& ideo poteſt priuari †be-
* neficio,vt iudicauit * parlamentum Toloſanum te-
ſte Clar.q.73.verſ.pariter in fin.Secundum exemplū
94 erit in dæmoniacis,qui †perpetuo ab ordinum ſuſce-
ptione excluduntur,c.communiter,vbi gl.Archid. &
* alii*omnes,diſt.33.& habetur in Conc.Toletano 11.
c.13.Tabien.in verbo corpore,Silueſt. in eod. verb.
95 Auguſt.lib.de dogmat.eccle.c.72.& promotus†ſuſce-
ptos ordines adminiſtrare non poteſt propter mentis
alienationem,Diu.Thom.3.q.82.art.vlt.ad tertium,
Maiol.de irregul.lib.2.c.17.col.4.& hoc euenit ex dę
96 monum fraude,quibus datum eſt†quandoque a Deo
poteſtas vexandi corpora humana,Iob.c.1.& 2. Mat
th.8.vbi Chryſoſt.propter vindictam furoris & iram
Dei,ca.non ſolum 23.qu.5.Tertullian. apolog.ca.22.
Diu.Thom.2.ſentent.diſt.7.& 8.Hi enim dæmonia
ci cum non poſſint ſeruire eccleſiis,cum mens ſit a-
lienata,& ad furorem coacta,Matth.8. Chryſoſto.de
prouiden.Dei c.1.de facili admittent̄ ad renunciādū.
Tertium



Tertium exemplum erit in eo qui effectus eſt mu-
97 tus,nā hi quoq; nō poſſunt ſeruire†cū nō poſſint ad
miniſtrare, D.T.3.q.82.art.vlt ad tertium Tabien.in
verb.corpore,cum aliis,vt per Maiol.de irreg. lib.1.c.
26.per totum.
Quartum exemplum erit,vt vno tantum verbo cō-
cludam,in omnibus irregularibus, nāque irregulares
98 nequeunt†eccleſiæ & beneficio ſeruire, vt omnibus
notiſſimum eſt,& late explicat Burgaſ.in tract.de irre
gu.in princ.& alij docto. hanc materiam tractantes
99 ideo irregulares inhabiles ſunt ad†beneficia.Capu.de
100 ciſ.229.nume.4.part.2. Hi etiam irregulares poſſunt†
cogi ad obtinendam diſpēſationē,vt in caſu,de quo
per Maiol.tract.de irreg.li.4.c.16.
Nunc autem ſecundi capitis aliqua exempla ſubij-
ciam.Primum erit in clericis qui turpiter & ſcandalo
ſe viuunt,nam hi licet poſſint eccleſiæ ſeruire, tamen
101 propter eorum†ſcandaloſam vitam ſeruire non debēt
mali exempli cauſa,prout dicitur in ca. 6.§. eos uero.
ſeſſ.21.de refor.Conc.Trident.vbi etiam cautum eſt
poſſe priuari beneficijs, ſi in eorum perſeuerauerint,
102 nequitiam,inducitur enim†Ex ſcandalo irregularitas.
Hoſt.& Abb.in c.cum de tua de corpo.viti.Maiol.de
irreg.lib.5.c.13.& late de ſcandalo locutus ſum ſupra
loquens de epiſcopo ſcandaloſo.
Secundo poteſt exemplificari in clericis, qui & ſi
non uiuant ſcandaloſe,tamē in ipſo ſeruitio eccleſiæ,
103 †ad quod ſunt obligati,dant ſcādalum, quales ſunt lu
natici, D. Thom.3.q.82. art. vlt. ad tertium,patientes
ſtomachi languorem,& ſic vomitum,ut per Maiol.d.
tract.de irreg.lib.2.c.26.illiterati,& imperiti eccleſia-
rum rectores,quibus etiam ex decret.Conc.Trident.
104 c.6.ſeſſ.21.de reform.ſunt deputandi†coadiutores,&
dat rationem cōcilium illis verbis; *Quia ſacris minus
apti,ſunt* officijs,&c.*& potius deſtruunt quam ædi-
ficant.*
Tertio poteſt exemplificari in habente morbū ca
105 ducum:nam huiuſmodi morbus impedit†promoueri
ad ordines,& promotum ſuſpendit,ca.communiter,
106 & ibi Arch.diſt.33.& ob id collatio ei facta † eſt nulla
ipſo iure,Hoſti.Io.And.Card.Abq.& Imol.colū. 2.in
c.cum inter canonicos de electio.Io.de Silu. in tract.
de benefic.in 3.part.q.5.col.vlt.quamuis Rota tenue-
rit die 4.& 9.Nouembris 1551.corā Veſtano, in vna
* *Tolet.Canonicatus,præbendæ, & die 9. Decēbris
107 eiuſdem anni, morbum caducum non inducere † in-
habilitatem ipſo iure quo ad beneficia ſimplicia,teſte
Caput.deciſ.236.part.2.
Octaua ſubſequitur cauſa in dict.conſtit.58.Pij V.
108 ex qua poſſunt ordinarij recipere reſignationem†be-
neficiorum,quando beneficiatus vnum aliud aut plu
ra obtinuerit beneficia,vt dicitur ibi, *Seu qui vnum
aliud vel plura beneficia obtinuerit*. Namque unus
109 vno debet eſſe contentus beneficio,†vt diſponit De-
cretum Conc.Trident.c.17.ſeſſ.24.de reform.dicens
*Cum Eccleſiaſticus ordo peruertatur, quando vnus
pluriū officia occupat clericorum,ſancte ſacris cano
nibus cautum fuit,neminem oportere in duabus eccle
ſiis conſcribi:verum &c.ſtatuit, vt in poſterum vnū
tantum beneficium Eccleſiaſticum, ſingulis confera-
tur, quod quidem ſi ad vitam eius,cui confertur hone
ſte ſuſtentandā non ſufficiat,liceat nihilominus aliud
ſimplex ſufficiens,dummodo vtrumque perſonalem re
ſidentiam non requirat,eidem conferri,&c.*
Ex quibus verbis notandum eſt, quod non ſolum
110 quis non poteſt habere duas eccleſias curatas,†vt dici
tur.in c.4.eiuſdem Conc.Triden.ſeſſ.7. de reform.nā
* ſunt inter ſe incompatibiles,ca. de multa,vbi*omnes
de præben.c.ordinarij,de off.ord.lib.6. c.cum ſingula
de præben.eo.libro,clem.gratiæ de reſcrip. Card.Pa-
riſ.in c.cum eccleſiæ,num.1.de excep. ſicut neque ha
111 bere duas abbatias,†c.vnum 21.q.1.ca. monachū 20.
q.4.c.vlt.de religio.domi.vbi glo.Abb.num.1.& ſequ.
* &*communiter doct.teſte Alfonſ.Hoied.in tract. de
112 incompat.benefic.1.part.c.6.num.4.aut duos†priora-
113 tus,Io.Selu.in tract.benefi.q.2.num.53.& duos† De-
canatus vel Archidiaconatus,aut alias ſimiles dignita-
tes,c.ſicut de excep.prælato.ca.quia non nulli de cle-
ric.reſiden.Clemen.quia regulares,de ſuppl.præla.ne
gli.Lapus alleg.116.num.2.Feder.de Senis conſ.120.
conſ.135.& conſ.155.Imol.in d. clem. gratię nu. 12.
* vbi*communiter doct.de reſcrip.ac etiam duo bene
114 ficia†ſimplicia reſidentiam requirentia,Inno.in ca.cū
iam dudum,& in c.ſicut inordinate de præben. Abb.
in c.extirpandæ §.qui uero num.27.cum ſeq.num.30.
de præben.Gemin.in c.gratiæ nu. 8. de reſcript.in 6.
* communis*opinio, vt patet ex adductis per Alfonſ.
Hoied.in tract.de incompat.benef.1.p.c.17.num. 30.
cum ſequent.
Sed etiam colligitur ex hoc decreto conc. duo
115 vel plura beneficia ſimplicia etiam reſidentiam non †
requirentia,quorum vnum eſt ſufficiens ad congruā
ſuſtentationem,eſſe incompatibilia,vt ibi dicitur, *vt
in poſterum vnum tantum beneficium,&c.quod qui-
dem ſi ad uitam,&c.*& loquitur conc.etiam de Car-
dinalibus,quod etiam erat de iure communi, ſecun-
116 dum quod pluralitas prohibetur † etiam in beneficiis
non requirentibus reſidentiam,glo.in c.gratiæ de re-
ſcrip.in 6.in ſpecie Hoſtienſ.in c.ſuper inordinata de
præben.ſequitur Bened.Capr.in tract.reg.& fallen.re
gu.90.nu.138.Abb.in d.c.extirpandæ §. qui uero nu.
34.de præben.Silueſtr.in verbo beneficia 4.numer.2.
Dominic.Sot.li.3.de iuſt.& iur.q.6.art.3. concluſ. 3.
in caſ.1.Nauarr.in Apolog.de redit.q.1.monit.76. nu
* me.2.adeo quod hæc eſt*communis opinio, quāuis
†nnoc.relatus à Benedic.Capr.vbi ſupra nu.76.tenue-
rit contrarium.
Ratio autem erit quæ ponitur in princ.dicti decre
ti Conc.Triden.c.17.in fin.ſeſſ.24.*Cum eccleſiaſticus
ordo peruertatur,quando unus pluriū officia occupat
clericorum,&c.*nam quando quis occupat plura be-
neficia etiam ſimplicia, quorum vnum eſt ſufficiens
abſq; dubio diminuit diuinum cultum, quia poſſunt
117 eſſe in præfatis beneficijs multi beneficiarij, † qui ho-
ras canonicas ſingulis diebus recitent, & preces Deo
pro fidelibus offerant,quia beneficiarij ſunt interceſ-
ſores & legati populi ad Deum pro eius gratia impe-
tranda & peccatorum venia, D.Thom.3.par.q.22.ar.
1.& 4.& q.26.art.1.late Nauar.in enchiridion de ora
tione c.18.num.1.& c.21.num.3.& in miſcell. de ora-
tion.miſc.34.num.3.verſ.4.Hinc dicit tex.in c.ſingu-
la diſt.89.quod ſingula eccleſiaſtici iuris officia & mi
niſteria ſingulis quibuſcumque perſonis ſigillatim da
ri debent,c.cum in ſingula de præbend.li.6. vbi doct.
* *omnes,c.1.diſt.89.Rebuff.in prax.tit.de diſpenſ.ad
plur.beneficia.nu.3.
Quatuor alias huius decreti Cōc.Trid.rationes tra
dit,& late explicat.Alfonſ.Hoied.in tract. de incom-
patib.benef.p.1.c.19.a nu.2.vſque ad 6. quas referre,
non curo,cum habeamus finalem ſcriptam in ipſo de
creto,aliæ vero quæ a dicto docto.referuntur ſunt ad
ornatum,&c.
Contrafaciens autem huic concluſioni communi
elicitæ tum a iure communi tum a Cōc.Trident. pec
cat†mor-

118 cat†morti fere,& viuit in ſtatu damnationis,iuxta opi
quam tenuit gloſſ.in c.dudum el 2.de electio.in verb.
retinere in finalibus verbis,quam gloſſ.dicit celeber
rimam &*receptam ad hoc,Nauar.in 62. miſcell. de
oratio..num.1.verſ.cui addo,& Abb.n.36.in dict. c.
nullus ſequitur hanc concluſionem Goffr. quem re
fert,& ſequitur Io.And.in c.quia nonnulli de cleric.
non reſiden.Domin.Sot.lib.10.de iuſt.& iur. q.6.art.
3.Alſon.Hoied.dict.tract.de incomp. beneſic. part.1.
c.19.num.1.namque facit contra ius diuinum & natu
rale,vt tradit Abb.quem refert Domin.Sot.li.1.de iu-
ſti.& iur.q.7.art.3.prope finem.& licet*communiter
119 contrarium†ſeruetur vt retineantur duo vel plura be-
neficia ſimplicia,etiam quòd vnum ſit ad victum ſuſſi
ciens;prout de communi*atteſtatur Benedic. Capr.
d.reg.90.num.96.Hoied.c.19.num.1.in fin.tamẽ hęc
communis obſeruantia non excuſabit retinentem plu
ra beneficia ſimplicia,quorum vnum eſt ſufficiens, à
peccato mortali,vt poſt plura cenſuit Abb.in d.c.ex-
tirpandæ §.qui vero num.36.Bertachin. in verbo be-
neficiorum ſufficientia,Hoied.d.c.19.num.8. &*cõ-
muniter doct.

Ratio, quia præfata conſuetudo eſt contraria iuri
naturali,rationi,& iuribus,Domin.Sotus dict.lib.1.de
iuſt.& iur.q.7.art.3.Io.de Ligna.in tract.de plural.be-
nefic.& alij in eo.tract.Ideo tãquam irrationabilis &
120 †nutritiua peccati non excuſat Dec.in c.2.num.39.de
probat.Card.Pariſ.conſ.27.num.46.vol.1.Ruin. conſ.
154.num.11.lib.4.Socci.Iun.conſ.98.lib.3. Menoch.
conſil.82.

121 Nam illud quod dicitur conſuetudinem†excuſare
à pœna,gloſſ.in cap.cum venerabilis vbi Abb.&*com
muniter doct.de conſuetud.cum alijs vt per Iaſon. in
l.de quibus num.8.ff.de leg.procedit vt excuſet à pœ-
nis temporalibus,nõ autem ab ęternis,& diuinis.Ro.
conſ.466.Archiep.Floren.2.pari 3.partis,ti. 3.c.1.Ab
ba.in c.vlt.in fine de conſtit.& communiter*.doct.vt
per Tiraq.in tract.pœn.tempora.c.42.num.4.cum ſe
122 quent. Et illud quod etiam dicitur † conſuetudinem
eſſe obſeruandam cõtra communem opinionem, Pa
ris de Puteo in tract.de ſindica. in verbo iudicare in
cap.13.in princ.num.7.Grat.conſ.111.num.51.lib.2.
*communis opin.teſte Neuiz.in ſil.nup.li.5.limita. 1.
num.64.ibi plures allegat, procedit in conſuetudine
rationabili,doct.*communiter in c.vlt.de conſue. nõ
autem in irrationabili Card.Pariſ.conſ.27.nume. 50.
cum mul.ſequent.vol.1.idem Pari.in c. cum nobis, n.
9.de except.Ruin.conſ.116.num.13.vol.4.Et non ſo-
lum conſuetudo ſimplex non excuſaret retinentes di
cta beneficia a peccato mortali,ſed etiam cõſuetudo
123 immemorabilis†Hoied.d.c.19.num.9.quia conſuetu
do immemorabilis,quæ eſt irrationabilis, minime ex
124 cuſat a peccato,& ideo nón eſt obſeruanda†gloſſ.in c.
1.per illum tex.de conſuet.li.6. vbi Franc. in princip.
Card.in clem.in pleriſq.in 3.no.de elect.Ruin.conſil.
256.colum.penul.lib.4.Car.Pari.conſ.27.nu. 50.cum
ſequ.uol.1.

Limita tamen niſi Summ.Pontifex diſpenſaſſet, nã
125 hoc caſu licite quis poſſet † retinere plura beneficia
ſimplicia,quorum vnum eſſet ſufficiens,glo. in c.du-
dum el 2.de elect.Innoc. in c. cum ad monaſterium,
num.3.de ſtat.Monach.Abb.in c.fraternitati de ſchiſ
mat.Felin.in c.1.in 4.fallen.de conſtit.vbi communi-
ter*docto.Idem Feli.in c.ad audientiam colũ.2.nu.4.
126 de reſcrip.quia beneficia ſunt inſtituta†& ordinata iu
re poſitiuo,vt probatur in c.1.iuncta gloſſ.13. quæ.1.
Abb.in c.conſtitutus nu.13.de relig.domib.& in c.ex
tirpandæ. §. qui vero nu.2. de præb.Io.Sel.de bene.1.
par.q.4.nu.22.& 23.& hæc eſt*communis opinio te
ſte Cardni.Iacob.de Conc.libr.4.artic.4.Alſ.Hoied.
de incomp.benef.1.par.in præfat.nu. 5. atteſtatur etiã
hanc communem,& tamen Papa poteſt diſpenſare in
127 his,quę ſunt iuris poſitiui,etiam ſine †cauſa,vt eſt cõ-
munis *opinio,teſte Curt. Iunio. conſil. 75.quem
refert & ſequitur Ioann.Baptiſta Villal.tract. comm.
op.lit.D.nu.74.eo magis cum ſimus in beneficiali-
128 bus in quibus Papa habet pleniſſimam † poteſtatem,
Card.in clement.1.in 10.not.vt lit.pend.& conſil.84.
Felyn.in c.quæ in eccleſiarum nu.49.Dec.nu. 26. de
conſt.& hanc eſſe communem* atteſtatur Bertrand.
conſ.153.lib.1.Em.Suarez.in theſ.recep.ſent.lit. B.n.
20.illamque dicit receptiſſimam.Rip.lib.2.reſp.c.19.
nu.3.vide Pinel.de reſcind.vend.1.p.c.2.num.29 quã
129 uis ille cum quo fuit diſpenſatum non ſit tutus† quo
ad Deum ſi diſpenſatio ſit ſine cauſa, D. Tho. 1.2.q.
97.Caie.in 1.2.q.66.ar.5.Dom.Sot.li.1.de iuſt.& iur.
q.7.ar.3.communis*opinio,teſte Cou.lib.4.de ſponſ.
2.p.§.6.nu.8.Em.Suarez.d.theſ.recep.ſen.lit. D. n.81.
130 cauſa tamẽ †ſemper præſumitur in diſpenſatione ſum.
Pontific.Fel.in capitul.quæ in eccleſiarum, nume.60.
Dec.num.29.de conſt.Iaſ.conſ.105.nu.4.li.1. Marſil.
ſingul.8.cum alijs,vt per Ferd.Loazes in tracta.de ma
trimon.in 4.dub.c.13.

Nunc autem ad intelligentiam dicti decreti Cõc.
Trid.c.17.ſeſſ.24.de refor.& ad intelligentiam dictæ
131 conſtit.Pij V.videndum eſt quod dicatur beneficiũ†
eccleſiaſticum ſufficiens.& quamuis Dom.Sot.quem
refert Naua.in apologia libri de reditib.eccleſiaſt.q.2.
monit.18.dicat non poſſe recte exiſtimari quanto e-
geat beneficiarius pro ſua honeſta ſuſtentatione,qđ
intelligendum eſt punctualiter,nam paulo plus vel mi
nus poteſt iudicari,vt dicit egregie.D.Tho.2.2.q.185
ar.7.Io.Maio.in 4.ſent.diſt.24.q.1.& hoc eſſe explica
tu difficile dicit Nauar.in Miſcel.62.de orat.in prin.
ob rationes ab ipſo allegatas,Caput.dec.65.p.1.dicit
beneficium ſufficiens debere dici,ex quo quis poteſt
ſeipſum ſuſtẽtare,& iura epalia perſoluere,monachis
de præb.c.is cui de præb.in 6.vnde dicit fuiſſe*iudica
tum in vna Maior.bene.12.Decemb.1552.beneficiũ
25. ducatorum computatis diſtributionibus quoti-
dianis non dici ſufficiens, quia diſtributiones quoti-
dianæ non computantur in fructibus.Ego autem re
ſolutiue procedendo dico veram, &*receptam eſſe
132 hanc opin.vt hoc relinquatur†arbitrio iudicis, quam
opinionem videtur firmare Naua.d.Miſc.62.de orat.
n.5.Alſ.in tract.de incom.benef.p.1.c.10.22.Gem.re
latus a Menoch.caſ.216.de arb.iudic.Rip.in c.ad au-
res n.2.de reſcr.Tiraq.in l.ſi vnquam ver.omnia.n.31.
C.de reuocan.donatio.

133 Nam iudicis†arbitrio relinquuntur ea quæ nõſunt
diffinita a iure, & certa ſub regula comprehendi non
poſſunt,l.1.ff.de iur.delibe.Parpalia.poſt Bald.in l.c.1.
numero 45.ff.ſolut.matrim.Dec.in cap. ſedes nume.
7.de reſcri.& in c.ſi pro debilitate in fi.de off.de leg.
vbi dixi,& communiter*doc. Ideo iudicis arbitrio re
134 linquitur quod dicatur tenue†,& quod magnum be-
neficium,vt pluribus quos citat,concludit Men.de ar
bit.iud.d.caſ.216.Hinc quæ alimenta præſtanda ſint
135 ordinato nõ habenti vnde ſe alat relinquitur arbitrio
iud.conſiderata qualitate preſonarum gl.Abb.in c.E
piſcopus de præb.Rip.lib.1.reſpon.c.14.nu.7 Meno
ch.de arbitr.iud.caſ.169.nu.14.ita qui dicatur† pau-
136 per & qui diues relinquitur arbitrio iudicis,Bart.in l.
ſi conſtante num.14.Alex.num.17.Iaſ.num.144.&*
com-



communiter ff.ſol.matrimonio,Socc.Sen.conſ.121.
num.27.lib.4.Ruin.conſ.55.nu.45.lib.1.cum aliis,vt
per Couar.lib.2.var.reſol.c. 6.nu.8.communis teſte.
Nicolao Anto.Grauatio Calabro in annotat. ad pra
xim Veſtrii lib.4.c.4.nu.30.& qui ſit inops remittitũ
137 †arbitrio iudicis,Afflic.deciſ.179.ita quæ ſit honeſta
138 †perſona, Deci.conſ.173.nu.4.& qui ſit miſerabilis,et
139 relinquitur†arbitrio iudicis,Calcan.conſ.57.num.12.
Mantua in c.nonnulli nu.12.de reſcrip.Couarr.libro
practica.quæſt.c.6.nu.3.communis* teſte Menoch.
de arbitrio iudic.caſ.66.in princ.ita qui dicatur†no-
140 bilis,Tiraquel.de nobilit.c.10.n.10.& quæ ſit perſona
141 grauis†Bal.in c.ſi pro debilitate in fin. de offi. deleg.
Marſ.in l.quæſtionis modum ff.de quæ.nu.40.ſicuti
142 quæ vulgaris perſona†dicatur,Marſi.in dict.l.q.n.22.
Menoch.de arbitr.iudi.caſ.71.Ita quæ dicantur eccle
143 ſiæ pauperes relinquitur†arbitrio iudicijs, Rebuff.in
prax.benefic.tit.de vnion.nu.39.Mantua in d.c.ad au
res nu.13.Menoch.de arbitr.iudic.caſ.65.n.8.ita quæ
144 dicatur†magna & parua cauſa relinquitur arbitrio iu
dicis,Decius poſt alios in auth propterea nu. 15. C.
vnd.vir.& vx.& in ca.ſedes n.7.de reſcrip. Orian.in c.
quoniam conſ.nu.19.de probat.Abb.in c.1.n.7.de di
lat.&*communiter,& quæ grauis†iniuria, Iacobus
145 Cuiatius in c. 1.qui.mod.feud.amitt.& ſic de ſimili-
bus,vt licet colligere ex d.tract.de arbi.iud.Menoch.

Prudens igitur iudex arbitrabitur conſiderata qua
litate perſonarum circa nobilitatem,circa merita do-
ctrinæ ac probitatis,itẽ ad qualitatem loci & tempo-
ris,vt tradit Nauar.dict.miſcell.62.nu.5. & colligitur
ex Anchar.c.1.de præb.vbi Gemini.idem Gemin.in
c.ſicut de ſupple.prælato.neglig.nu.7.Caput.dec.65.
146 par.1.& hanc tradit normam†Nauar.dict.Miſcel.62.
nu.7.Primo beneficium dicitur ſufficiens ſimplici cle
rico & ſano,ſi valet, ad minus, vt ſufficiãt reditus ad
alendum mediocriter ſe & vnum miniſtrum,& vnum
coquum focarium,& ad conducẽdam habitationem
ſibi neceſſariam.

Secundo beneficium dicitur ſufficiens nobili etiã
inferioris gradus,& magiſtro theologiæ ac doctori
iurium mediocris literaturæ, vt ſufficiant reditus ad
alendum ſe & duos miniſtros,& vnam equitaturam,
& vnum coquum focarium,& ad conducendam habi
tationem digniorem ea qua eget clericus. hinc dicit
Compoſtella.in c.cum adeo de reſcrip.quod non di-
147 citur beneficium†ſimplex ſufficiens nobili,ſi non po
teſt nutrire equum.

Tertio dicitur beneficium ſufficiẽs nobili medio
cris ordinis,puta filio vel fratri baronum vel viceco-
mitum, &c.vel magiſtro & doctori præcellenti, vt ſuf
ficiant reditus ad alendum ſe, quatuor miniſtros
vnum coquum,& vnam equitaturam,& ad conducen
dam habitationem digniorem quã egent ſupradicti.

Quarto dicitur beneficium ſufficiens nobili, puta
filio uel fratri Ducis, Marchionis,vel Comitis, &c.vt
fructus ſufficiant ad alendum ſe,octo miniſtros, duas
equitaturas,& vnum coquum, & habitationem ſplẽ-
didiorem prædictis.

Ex quibus primo colligitur quod habetur ratio ꝑ
ſonæ; nam illud quod reſpectu unius dicitur magnũ
148 †reſpectu alterius dicitur paruum, ut licet colligere
ex Caſſad.deciſ.2.de præben.tradit Menoch.dict.caſ.
149 216.ita alimenta conſtituenda ſunt† ſecundum quali
tatem perſonæ,l.1.§.mulier,& l.habitatio §. ſeruus ff.
de ventr.in poſſ.mittend.glo.in c.uobis, & ibi But.de
iure patro. Paul.de Citad.in tractat.de iur. patro.in 6.
par.q.7.art.4.Bald.in c.ad aures de reſcriptis,&*com
muniter doctor.

Secundo colligitur habendam eſſe rationem litera
150 turæ,quia eccleſia Dei eget viris†literatis, vt habetur
per doct.*communiter in c.cum in cũctis de electio
ne,& inter illos ſunt gradus,vt tradit Inno.in dict.ca.
cum in cunctis ad not.per doctor.in l.cum quid ff.ſi
cert.petat.

Tertio colligitur eſſe habendam rationem nobili-
tatis in terminis Abb.in c.cum adeo de reſcrip.glo.in
cap. conquerenti de cleri.non reſiden.And.Tiraque.
151 de nobilit.cap.20.num.142.nam nobiles debent† pre
tioſioribus veſtibus indui Alber.in l.2.C. quę res ven
dic.non poſſ.Gerard.a Petr.ſant.ſingu.82.Tiraquell.
dict.tract.de nobil.cap.37.num.10.per plura.Nobiles
enim ſunt maioribus beneficiis cohoneſtandi, ca. de
multa de præben.Caſſan.in catalogo glor.mund. in 8.
par.conſiderat.39.verſ.hinc eſt.

Quarto colligitur eſſe habendam rationem habita-
tionis arg.l.legatis ff.de alimen.& cib.legat.& tandem
omnium quibus beneficiarius eget pro victu & veſti
tu ac habitatione iuxta tradita per Alex.conſ.178.co.
vlt.lib.5.Io.Anan.conſ.37.

Quinto etiam habenda eſt ratio, ſi perſona benefi
ciata augeatur dignitate:nam ſi augetur perſona, de-
bent alimenta quoque augeri,Gozad.conſ.95.nu.4.

Sexto conſideranda eſt etiam conſuetudo familię,
Card.Pariſ.conſ.98.in fi.vol.2.

152 Septimo habenda eſt ratio†conſuetudinis patrię.
Anch.in c.1.col.1.de præben.in 6.Menoch.d.arb. iu-
dicis.caſ.216.num.14.

153 Octauo habenda ratio eſt † regionis, nam in una
regione beneficium debet eſſe maioris valoris, vt ſit
ſufficiens,quam in altera in qua alimenta non ſunt ita
cara,ita Nauarr.egregie dict.miſcell. 62. de oratio.in
fin. quod quotidie experimur* in vrbe.ex his igitur
qualitatibus iudex prudens,&c.

Nec in hac inſpectione habenda erit ratio bonorũ
patrimonialium,vt iudicandum ſit beneficium ſuffi-
ciens,ſi ſimul cum reditibus bonorum patrimonia-
lium ſufficiat ad ſuſtentationem,nam patrimonij nõ
eſt habenda hoc caſu ratio,vt in terminis firmat Alſo.
Hoied.de incomp.benefic.dict.ca.19.1.par.num. 42.
154 Ratio quia poteſt beneficiarius patrimonium habẽs†
in proprios vſus reditus beneficij impendere, & licite
propria bona conſeruare, Inno.in c. epiſcopus de præ
ben.quem ſequitur ibi Abb.Socc.conſ.91.lib.3. Caie.
in 2.2.q.185.art.7.ad reſponſionem 3. arg. Dominic.
Sot.lib.4.de iuſt.& iur.qu.10.art.2.Franc. Sarment.in
tract.de reditib.eccleſ.p.1.c.1.num.28.*communem
dicunt,Felyn.in c.poſtulaſti de reſcrip.Couar.in ca. 1.
num.2.de teſtam.Nauar.in apolog.lib.de rediti.eccle.
p.1.c.1.nu.1.& hæc quæ diximus intelliguntur,vt iux
ta has regulas poſſit decenter beneficiatus uiuere.

Quare ad effectum,vt clericus non cogatur mendi
care,aliud ſtatuendum ſit,nam differunt hęc vt poſſit
quis viuere,& vt poſſit viuere decenter,iuxta glo.in c.
1.verb.penuria de ſtat.regul.lib.6.vbi Gemini. Franc.
& alij.

Ex quo infertur quod vbi Concilium Tridentinũ
155 †ſtatuit c.2.ſeſſ.21.de reform.ne quis ratione benefi-
cij ad ſacros ordines promoueatur, niſi illud ſibi ad
victum honeſte ſufficiat,non eſt intelligendum de be
neficio cuius reditus ſufficiant ad viuendum decen-
ter,iuxta ea quę diximus, ſed de beneficio cuius redi-
tus ſufficientes ſunt ad viuendum;ita intelligit illud c.
Nauarr.dict.miſcell.62.ſub num.3. vbi dicit ſufficere
ad illud effectum beneficium triginta,vel quadragin-
ta ſcu-

ta ſcutorum aureorum,& ſub num.7.verſi.contra,vbi
* dicit*communiter obſeruari ſufficiens eſſe beneficiũ
quinquaginta aureorum.

Nona cauſa ex qua ordinarij poſſunt recipere reſi
gnationes beneficiorum,ſcilicet eorum qui aliud be-
157 neficium†conſequuntur,vt patet in dicta conſtitutio
ne Pij V.58.ibi,*vel quos ad aliud contigerit promoue
ri,&c.*& ratio eſt, quia huiuſmodi renunciatio non
fit propria uolũtate,quo caſu poſſunt occurrere frau
des conſideratæ à Pio V.in dict.conſt.in princ.ſed ex
158 neceſſitate:namque per aſſecutionem†incompatibilis
* vacat primum,ca.de multa,de præben.&* ibi commu
niter doct.de commun.atteſtatur Burſat.conſ.353.n.
1.vol.4.non mirum igitur,ſi horum beneficiorũ põt
fieri reſignatio penes ordinarios,nam cauſa neceſſita
159 tis multa permittuntur quæ alias non permitterẽtur†
vt plene cumulat Romanus in l. ſi vero §.de viro in
14.fallen.ff.ſolut.matrim.cum alijs,vt per Cardin.Pa-
riſ.conſil.32.num.12.& conſil.33.num.23. vol.2.ma-
gis enim ſuccurritur facienti actum ex neceſſitate q̃
160 †voluntarie,l.cum poſtulaſſe in fin.& ibi not.ff.de dã.
infect.l.quod ſi minor.§.reſtitut o,& ibi Bar.ff.de mi
nor.l.ſi fideiuſſor §.ſi neceſſaria ff.qui ſatis dar.cogã.
cum alijs,vt per Tiraqu.de retract.§.1.glo.10. nume.
161 25.Hinc ex neceſſitate forma†adimpletur in æquipol
lenti,Iaſo.in l.1.num.13.ff.de lib.& poſth.Alex.conſ.
* 96.lib.4.*communis opin.teſte Card.Pariſ.conſi.33.
num.26.vol.2.Hinc prohibita alienatione intelligitur
162 de†voluntaria,non autem de neceſſaria,l.1.ff.de fun.
dota.l.alienationem ff.fam.erciſ.Alber.in 2.par. ſta.q.
11.Roman.per illum textum in l.ſi tibi pecuniam ff.ſi
cert.peta.Barbat.in rubr.extra de rebus eccleſia. non
alien.nu.33.Alex.conſ.215.col.2.lib.6.Crauet.conſil.
6.nu.91.& conſ.215.col.1.

Decima cauſa ponitur in dic.conſtitutione Pij V.
ex qua poſſunt ordinarij recipere reſignationem be-
163 neficiorum obtentorum per eos qui volunt † ingredi
religionem,aut contrahere matrimoniũ, vt patet ibi,
*religionem quoque ingreſſuri,vel matrimonium cõtra
cturi.*Et ratio eſt,quia huiuſmodi renunciatio ob cau
ſam religionis,& matrimonij fit ex neceſſitate, quia
164 per ingreſſum†religionis vacat beneficium,c. benefi-
cium de regu.lib.6.cum ibi nota.ac etiam per contra-
165 ctum matrimonij,glo.Abb.&†alij *omnes in ca.1.de
* * clerico coniugato,*communis opi.teſte Menchi. in
li.3.de teſtam.§.22.num.45.in fin.vnde cum non poſ
ſint poſſidere illa beneficia,poterunt renunciare etiã
coram ordinarijs,requ ritur tamen vt vtrumque ſta-
tim re ipſa exequatur,vt dicitur in eadem conſtitu-
„ tione Pij V.vt patet ibi,*ſi ſtatim re ipſa id exequañt,
&c.*quæ verba referri ad vtrumque caſum ſcribit Fu-
ſc.de viſita.lib.2.c.28.num.18.matrimonium ſpiritua
le,& temporale æquiparantur,vna tamen eſt differen
tia hoc caſu inter vtrumque,quia ſi ordinarius admi-
ſit renunciationem illius,qui vult matrimonium con
166 trahere,illo contracto poteſt conferre† illud benefi-
cium,& non ſufficere ſponſalia tradit Fuſc.d.28. ſub
numero 18. ſi vero admittat renunciationem illius,
qui vult ingredi religionem, eo ingreſſo religionem
ſtatim non poteſt conferre illud beneficium, ſed de-
167 bet expectare per annum†intra quẽ poteſt exire, qua-
re prius non dicitur vacare beneficium,glo.in c.ſta-
tuimus verb.qui dari de regul.doct.in ca. beneficium
de regular.li.6.Fuſc.de viſita.li.1.c.15.num.84.& libr.
2.cap.28.num.18.& ratio eſt,vt videatur ſi eſt cõſtãs,
ad hoc vt ſi exierit habeat vnde viuat.

Vndecima ſubſequitur cauſa propoſita in d.conſti
tutione Pij V.58.ex qua ordinarij poſſunt admittere
168 †renunciationem beneficiorum, ſcilicet in caſibus in
quibus expreſſum eſt,in cap.niſi cum pridem de renũ
cia.Epiſcopos poſſe reſignare epiſcopatus,nam ex eiſ
dem poteſt fieri renunciatio beneficiorum coram or
„ dinarijs,vt dicitur ibi,*denique cum quis ex alijs caſi-*
„ *bus acciderit, qui conſtitutione felicis recordationis*
„ *Innocentii Papæ III.de dimittẽdis cathedralibus ec*
„ *cleſiis continentur.*Cauſę autem ibi expreſſæ ſunt ſex,
ſcilicet prima conſcientia criminis, ſecunda debilitas
corporis,tertia defectus ſcientię, quarta malitia ple-
bis,quinta ſcandalũ,ſexta perſonæ irregularitas,& ibi
late tradunt Innocen.Hoſt.Abb.& alij, Hoſt.in ſum.
de renunc.num.9.Redoan.de ſim.par.2.c.13.nu.11.&
late illas explicaui ſupra.

Et ratio,quod huiuſmodi decretalis de dimittẽdis
cathedralibus extendatur ad renuncianda beneficia
minora extra Curiam,deducitur ex maioritate ratio-
nis,Aut.multo magis,C. de Sacroſanct. eccleſi.cum
alijs,quæ ad hoc adduxi ſupra in 4.quæſtione princi-
pali,& aliquæ harum cauſarum ſunt explicatæ, prout
eſt ob crimen,ob infirmitatem,ob ſenectutem,ob ir
regularitatem,& ſcandalum:Sequuntur duæ vt ordi-
narij poſſint admittere renunciationes eorum,q ſunt
ignari,& nõ habent doctrinam requiſitam beneficio,
quod obtinuerunt,vt late explicaui,dum de epiſcopo
cedente ob hanc cauſam locutus ſum, ac etiã ob ma-
litiam plebis,iuxta ea etiam,quæ ſupra dixi.

Duodecima eſt cauſa,vt ordinarij poſſint admitte
169 re renunciationes beneficiorum†obtentorum p eos,
qui nequeunt,aut non audent in loco beneficij reſide
re propter capitales inimicitias,vt dicitur in dict.con-
„ ſtitutione Pij V.ibi,*qui etiã ob capitales inimicitias*
„ *nequeunt,vel non audent in loco beneficii reſidere ſe*
*curi,&c.*Hanc eſſe iuſtam cauſam docent Hoſtienſ.
in c.ad ſupplicationem in principio,& ibi gl. in verb.
morari per illum tex.de renunc.Ant.de Butr.num.2.
* Abb.num.1.&* communiter doctor.Fuſc.de viſitat.
lib.2.c.28.num.8.

Et ratio eſt,quia huiuſmodi renunciatio facta per
iſtos non fit ob fraudem conſideratam à Pio V.in di.
170 conſt.ſed ex cauſa neceſſitatis,cum† inimicitia ſit iu-
ſta cauſa non morandi in aliquo loco,vt probatur in
capitul.accedens 2.vt lite non conteſta.& non reſidẽ
* di glo.*communiter recepta in cap.vlt.verb. excuſa-
tionem de cler.non reſiden.Fuſc.de viſitat.li.2.ca.28.
num.8.cum alijs,vt per Felyn.dict.ca. accedens num.
4.& per conſequens ordinarij poterunt admittere re
nunciationes iſtorum iuxta ea,quæ ſupra ſcripſimus.
Non autem propter omnem inimicitiam admittent
ordinarij renunciationes,ſed dũtaxat ob capitales, vt
expreſſe in d.conſtitut.exprimitur. Quæ autem dica-
171 tur†inimicitia capitalis remittitur arb.iudicis,Gram-
mat.conſil.57.nu.9.cum alijs,vt per Menoch.de arbi.
iud.caſ.110.nu.2.& 3.coniecturæ tamen ſumuntur,ſi
172 fuit inſidiatum†vitæ beneficiati ex aliqua cauſa ma-
gna præcedente,vel de vniuerſa ſubſtantia controuer
tatur,Anchar.conſ.26.Barb.conſ.3.col.2.& conſ.16.
col.4.in fin.li.2.cum alijs,vt per Crau.conſ.31.nu.1.3.
& conſ.75.nu.1.Bal.in l.parentes C.de teſt. & alia p
ut iudici videbitur,Barb.conſ.80.in fi.li.3.

Ex relatis igitur cauſis poſſunt ordinarij admittere
reſignationes beneficiorum. Duo tamen debent ob-
ſeruare,quorum primum eſt,vt ſi volentes renuncia-
173 re coram eis ſint †in ſacris ordinibus cõſtituti,videãt
an habeant aliunde,vnde viuere, & vitam commode
ſuſtentare,aliàs non poſſunt admittere renunciatio-
nes,



nes,prout exprimitur in eadem conſtitutione Pij V.
„ 58.ibi.*Sed nec horum vllus ſacro ordine mancipatus,*
„ *niſi religionem ingreßurus,valeat vllo modo benefi-*
„ *cium,vel officium eccleſiaſticum reſignare,niſi ali-*
„ *unde ei ſit,quo in vita poſſit commode ſuſtẽtari, &c.*
Et ratio eſt,quia cum hi ſint ſacris ordinibus man
cipati,vtique ad illos ſacros ordines fuerunt promoti,
vel ad titulum beneficij,& hoc caſu abſque dubio il-
174 lud beneficium†non poteſt renunciari etiam coram
ſum.Pontifice,niſi conſtituto quod aliunde cõmode
* viuere poſſit,prout eſt * communis opinio omnium
doct.& nouiſſime ſtatutũ eſt per Cõc. Tridentinum
c.2.§.id vero ſeſſ.21.de reform.& tradit Sebaſt.Medi
ces in l.vlt.glo.3.nu.312.C.de legib.Nauar.in manual.
c.12.nu.18.lit.b.& ideo renunciatio facta abſque mẽ-
175 tione quod reſignans erat ordinatus ad†titulum illius
* beneficij eſt nulla,vt cenſuit*ſacra congr.Cõc.anno
* Domini.1588.& fuit reſolutum*in Rota in vna Iſpa
len.17.Iunij.1578.coram Plato, And.Rot.doctiſſ.&
176 & quamuis d.conſtitutio†Pij V.loquatur de renun-
ciatione extra curiam, tamen in hac parte habet lo-
cum etiam in curia,vt beneficium,ad quod quis or-
dinatus eſt,non poſſit renunciari,niſi ille habet aliun
de,vnde viuat,vt fuit dictum in vna*Lucanen. 5.De-
cembris 1586. coram R.P.D. Orano,& ratio ra-
tionis eſt,ne clerici in opprobrium ordinis ſacri mẽ
dicent.

Aut vero fuerunt ordinati ad titulum patrimonij,
& hoc caſu etiam in renunciatione beneficij inſpiciẽ
dum eſt,an reſignans poſſit commode viuere ex eo,
quod ſuper eſt, cum non deceat eos qui diuino mini
177 ſterio a ſcripti ſunt,cum ordinis†dedecore mendica
re,aut ſordidum aliquem quęſtum exercere,c.diaco-
ni ſunt circa medium diſtin.93.c.ad ſupplicationem
de renunc.& dicitur in princip.c.2.ſeſſ.21.de refor.in
Conc.Trid.Ex quo colligitur dictam cõſtitutionem
non loqui de conſtitutis in minorib.ordinibus†q poſ
178 ſunt reſignare etiam ſi non habeant aliunde quo viue
re poſſint, namq; in eis ceſſat ratio dedecoris ordinis
& hi ideo poſſunt renunciare tacite, Caputaq. deciſ.
215.num.2.p. 1. *communis opinio teſte Euerard.
conſ.111.Couar.in 4.decr.p.2.c.6.§.3.n.5.Car.Pariſ.
conſ.40.nu.3.vol.3.& ſic cũ ceſſet ratio,ceſſat quoq;
conſtitutio,ita in ſimili in quadam cõſt.Pij II.arg.&
late probat Mandoſ.in regula de male promot.qu. 1.
179 col.vlt.ordines enim ſecundum †canoniſtas ſunt no-
uem,ſcilicet tonſuratus,oſtiarius,exorciſta,lector,ac-
colitus,ſubdiaconus,diaconus,presbyter,& epiſco-
pus,doct.in c.cum contingat de æta. & qualit.per il-
lum tex.& per ca.cleros diſt.21.&c.perlectis diſt. 25.
*180 ſecundum vero*communem theologorum †ſunt ſe
ptem in 4. ſententiarum diſt.24. dicentium primam
tonſuram & epiſcopatum non eſſe ordines,ſed offi-
cia.ſubdiaconatus,diaconatus,& presbyteratus dicun
181 tur ordines ſacri,non quidem quod omnes† non ſint
ſacri,ſed quia eis eſt annexum votum ſolemne caſtita
tis,non vt eſſentiale, ſed accidentarium ex ſtatuto ec-
cleſiæ,c.nullum diſt.38.c.decernimus diſt.23.c.1. de
vot.lib.6.ita egregie Nauar.in manual.c.22.n.18.verſ.
quorum quatuor,&in hoc reſidet*communis omniũ
doct.ſententia.

Dubium tamen eſt,quomodo intelligantur verba
dictæ conſtitutionis Pij V. *Niſi aliunde ei ſit quo poſ*
*ſit in vita commode ſuſtentari.*Reſpondeo hoc remit
tendum eſſe arbitrio ordinarij, qui conſiderata, quali
tate perſonarum locorum & temporum iudicabunt,ſi
cut in ſimili ſcribunt Gemi.conſ.35. col.penul. & in
ca.ſicut de ſupplem.prælat.negligent.& in ca.1.de p̃-
bendis lib.6.vbi Anchar.col.1.Meno.de arbi.iud.caſ.
216.col.2.latiſſime Alfonſ.Hoied.in trac.de incompa
tib.benef.p.1.c.19.a num.23.vſque ad finem, & dixi
ſupra.

Excipitur tamen ab hac concluſione vnus caſus, ſ.
in volentibus ingredi religionem,namque horum re
nunciationes poterunt ordinarij admittere abſq;†quo
182 inſpiciant an eis ſuperſit tantum,vt poſſint commo-
de ſuſtentari,vt dicitur in dict.conſtit.in verbis alle-
gatis,& ſignatis,inter quæ hæc ſunt.*Niſi religionem*
183 *ingreſſuri.*dictio enim,niſi eſt†exceptiua,& præcedẽ
tium limitatiua.Alber. de Roſa. in diction. in verbo
niſi,Cardi.Pariſ.conſ.96.nu.189.vol.1.& ratio eſt qa
in his ceſſat ratio ſupra conſiderata,ne mendicent cũ
ordinis dedecore,quia intra religionem nihil eis de-
eſt ex regulæ inſtituto,cum ceſſante ratione iuris ceſ-
ſet pariter diſpoſitio,c.cum ceſſante de appel.l.adige-
re §.quamuis ff.de iur.patron.

Et quamuis Fuſc.de viſit.lib.2.c.28.nu. 19. loquen
do de hac conſtitutione,ac in his terminis excipiat a-
lium caſum,ſcilicet. in volente contrahere matrimo-
nium,vt ordinarij poſſint admittere renunciationes
iſtorum abſque quo inſpiciant,an habeant aliunde ex
quo poſſint viuere,referendo illa verba,*In vita poſ-*
*ſit commode ſuſtentari*, ad ingreſſuros religionem
& matrimonium contracturos, tamen iudicio meo
hallucinatur,quia Pius V.excepit vnum dumtaxat ca
184 ſum de ingreſſuro religionem,nam habentes† ordi-
nes ſacros poſſunt etiam ingredi religionem,non ta-
* men contrahere matrimonium,vt eſt*communis o-
pinio teſte Euerard.conſ.3.in prin.& omnibus notũ
eſt,ſed cum conſtitutio loquatur de mãcipatis ſacris
ordinibus,ſcilicet de ſubdiaconis,diaconis,& presby
teris,vt ſupra oſtendi,& eſt recepta*doctorum ſentẽ
tia,ſequitur quod hæc exceptio de volente contrahe
185 re non poteſt applicari,quia†exceptio ſit de regula, &
contentis in ca.l.quæſitum §.deniq.ff.de fund.inſtru.
& l.Lucius §.pluribus,ff.ad Trebell.Geminia. in c.q
ad agendum de procura.li.6.Roman.conſ.107.Card.
Pariſ.conſ.96.nu.110.vol.1.Laurent. Siluan.conſ.52.
num.17.

Et per conſequens hęc vnica exceptio poſita in di
186 cta conſtitutione firmabit regulam†in cæteris caſib.
non exceptuatis.l.nam quod liquide in ſi. ff. de pen.
lega.Dec.in l.vlti.num.45.C.de edict.Diu. Adria.tol.
Craue.conſ.294.col.8.ver.10.ad fi.& qui aliam*exce
187 ptionem allegabit debebit illam ſufficienter proba-
re,Curt.Sen.conſi.11.colum.1.Card.Pariſ.conſil.11.
num.17.volum.2.Rolan.à Vall.conſil.81.n.6.volu.1.

Secundum eſt,quod debẽt ordinarij obſeruare, vt
188 admittentes beneficiorum renunciationes†ex his cau
ſis non debeant illa beneficia conferre ſuis aut admit
tentium conſanguineis,& affinibus,vel familiaribus,
etiam per circuitũ,vt dicitur in eadem Pij V. cõſtitu
tione ibi. *Cæterũ p̃cipimus,atq; interdicimus ne ip-*
*ſi Epi,aut alii collatores de beneficiis reſignandis p̃-*
*dictis,aut filiis,aut admittentium conſanguineis,affi*
*nibus,vel familiaribus,etiam per fallacem circui-*
*tum multiplicatarum in extraneos collationum au-*
*deant prouidere,&c.*& ratio eſt,quia reſignatio in fa
189 uorem non poteſt fieri coram ordinarijs,†Fuſc.de vi-
* ſita.li.2.c.28.num.20.& eſt communis* omnium do-
cto.ſententia,vt alias late ſcripſi ; ſi igitur poſſet ordi-
narius conferre conſanguineis reſignantis,aut ſuis,vi
deretur tacite & indirecte facta in fauorem,& tamen
190 quod†prohibetur directe,videtur prohibitum etiã in
directe,

directe,ca.cum quid vna via de regu.iur.lib.6.& cum
191 quid prohibetur immediate,videtur † etiam prohi-bi-
tum mediate.l.auia §.Titio.ff.de cond. & demonſtra.
Iaſ.in l.2.col.6.ver.& tenendo iſtam partem.ff.de vul-
ga.& pup.Hinc dixit Rom.relatus à Crau.conſil.301.
192 & conſ.137.num.1.quod ſicut†de relicto ad pias cau
ſas non detrahitur Trebellianica,ita neque de relicto
facto alicui, vt reſtituat piæ cauſæ. Accedit alia ratio
tradita à Fuſco d.cap.28.num.23.ad prohibendum vt
d.renunciationes fiant ob carnis affectum, & ne con-
193 ſanguinei,vel familiares†fiant hæredes bonorum ec-
cleſię,quod eſt prohibitum,vt patet in c. 1. de præbē.
vbi plura adduxi,& in ca.15.ſeſſ.25.de reform. Conc.
Trident.Adijcio etiam aliam rationem, vt tollantur
fraudes,& confidentiales renunciationes, ad quod ad
duco verba, quæ ponuntur in eadem conſtitutione,
§.*Caueant autem Epiſcopi,& alii presbiterati, item-
que omnes electores,præſentatores,& patroni,tam ec
cleſiaſtici quam laici,quicunque ſint,ne verbo quidē,
aut nutu,uel ſigno futuri in huiuſmodi beneficiis, &
officiis ſucceſſores ab ipſis reſignantibus,aut aliis eo-
rum ſignificatione,vel hortatu deſignentur,aut de his
aſſumendis promiſſio inter eos,vel etiam intentio qua
liſcumque intercedat,&c.* Idque procedere etiam p
inanem circuitum multiplicatarum in extraneos col-
laaionum,ibidem dicitur,& ratio eſt,quia quod pro-
hibetur directe,prohibetur etiam indirecte.c.cum qd
vna via.cum ibi nota.de reg.iur.in 6.Crauett.conſilio
137.nu.1.Ex quo deduco,quod ſi ordinarius ex cau-
ſis prædictis admiſit reſignationem beneficij,& con-
tulit beneficiū extraneo,qui poſtea reſignauit in Rō-
mana Curia conſanguineo ſuo,aut reſignantis, prę̨ſu
mitur fraus,& inciditur in pœnam dictæ conſtitutio
nis,vt colligitur in illis verbis,*etiam per fallacem cir-
cuitum multiplicatarum in extraneos collatio-
num.*

Et quia dicta conſtitutio non exprimit qui ſint cō
194 ſanguinei,& affines,hic caſus†videtur relictus ſub di-
ſpoſitione iuris communis iuxt. l. commodiſſime.ff.
de lib.& poſthu.Idemque dicendum eſt circa familia
195 res,qui de iure communi ſunt omnes†qui ſubſunt ali-
cui ratione poteſtatis,& cum eo cohabitant,ca.vlt.de
verb.ſign.lib.6.& ibi Gemin.in vlt.no.Spec.in titu.de
* teſt.§.1.verſ.item.Bal.in l.2.C.de teſt.communis*opi
nio,ut late per Gabr.de teſtibus cōcluſ.10.n.12. & Ro
* ta*ſolet interpretari familiaritatem in caſu regula. de
196 impetratio.benefi.vaca.per olim fam.Cardin. vt actu
deſeruiat & continuet commenſalitatem,in domo,vt
atteſtatur Sarn.qui hoc late probat d.reg.q.23.colum
na 1.& 2.

Sed hic primo occurrit dubitare,qua pœna puniā
tur epiſcopi,& alij ordinarij contrafacientes,ſcilicet,
conferentes beneficia coram ipſis reſignata conſan-
guineis reſignantium aut ſuis,& familiaribus? Reſpō-
197 deo ſuſpēdita collatione,electione,& inſtitutione be-
neficiorum,donec à Summo Pōtifice abſolutionem
obtinuerint,vt dicitur in eadem conſtitutione Pij V.
58.illis verbis.*Qui vero contrafecerint,vt in eo quode
liquerint puniantur,à beneficiorum,& officiorum col
latione,nec non electione,pręſentatione,confirmatio-
ne,& inſtitutione,prout cuique competierit, tamdiu
ſuſpenſi remaneant,donec remiſſionem à Romano Pon
tifice meruerint obtinere,& qui talia beneficia ſeu of
ficia receperint,eos prædictis pœnis volumus ſubiace
re,&c.* Ex quibus verbis apertiſſime colligitur,quod
pœna hæc reſpicit ordinarios conferentes & etiam
eos quibus conferuntur talia beneficia, nam vtrique
ſunt ſuſpenſi. Quapropter iſti quibus fuerunt dicta
198 beneficia collata non poterunt†ſe in illis beneficiis in
gerere ſtante ſuſpenſione,gloſſ.& doctor.in clement.
cupientes de pœnis. Illi ſcilicet collatores epiſcopi,
aut alij poſt dictam collationem non poterunt con-
ferre,eligere,pręſentare, confirmare, prout cuique
199 competierit,nam ſi hac ſuſpenſione † non obſtante
iſtorum aliquid fecerint excommunicantur, vt in ea
dem conſtitutione§8.Pij V.dicitur ibi. *Et nihilomi-
nus,in eos,qui ſic ſuſpenſi conferre,eligere, præſenta-
re,confirmare,vel inſtituere,aut ſi fuerint excommu-
nicationis,quo ad perſonas,quo vero ad capitula &
conuentus a diuinis ſuſpenſionis ſententias ipſo facto
promulgamus, &c.* Nam cum ſcirent ſuſpenſionem,
& auſi fuerint contra ire, non mirum ſi tam grauis
200 pœna imponitur,quia contemptus eſt†peccatum mor
tale,vt probat Couar.in capitul. alma mater part.pri-
ma §.7.numer.6.de ſentent. excommunicatio. libro.
201 6.& ratione peccati mortalis†poteſt ferri excommu-
nicatio,capitul.centum cum ſequent.11.quęſtio. 3.&
* eſt communis*opinio quam late probaui in capitul.
1.de iudic.

Hinc epiſcopus ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ con
202 trafaciens eſt†irregularis Federicus de Sen.quę.120.
Geminian.in capitul.is cui de ſentent. excommun.li-
* bro 6.Syluestri.in verbo ſuſpenſio numer.3.&*com
203 muniter doctores,& regulare eſt,vt ſuſpenſus†contra
faciens in contemptum clauium ſit irregularis, Spec.
in titul.de diſpenſat.§ iuxta Syluestr.in verbo irregu-
laris cum alijs,vt per Maiol.in tracta.de irregular.libr.
3.capitul.19.per totum.Ex quo infero dicta verba cō
prehendere ſcientem ſe eſſe ſuſpenſum, & contrafa-
cientem,quod colligo ex verbo *auſi fuerint*. iuxta ea
quę ſcribit Specular.in titul.de diſpenſat.§.iuxta, & in
204 ſimili ille dicitur†celebrare in contemptum clauium,
qui ſciens ſe eſſe excommunicatum doloſe celebrat,
* prout reſpondit Cald.*communiter receptus in con
ſilio 11.in princip.de verbo.ſignifica.Felin.in capit.1.
numer.7.de maio.& obedien.Vnde ſequitur vtilis cō
cluſio,quod ſi aliquis ignoranter ſuſpenſioni contra
205 uenerit†non eſſet excommunicatus ipſo iure, Archi-
diacon.in capitul.nullus diſtinctio.55.vbi Geminian.
206 Nam ignorantia†excludit contemptum,vt tradit Cal-
der.dicto conſil.11.Butr.in capitu.ſi celebrat.colum.
4.de cleric.excommun.miniſtr.Geminian.in capi. de
207 libellis ad fin.diſtinct.20.quia contemnere,†eſt volun
tarie contradicere,Geminian.poſt Hugo.in capi. me-
tropolitanum 2.quæſtio.7.Archidiacon.in capi.qui-
cumque diſtinctio.56.Felin.in capi. cum quidam nu-
mero 7.de iure iurand.in cap.1.num.22.de conſtitut.
208 & ob id ratione†contemptus quid efficitur delictum,
D.Thom. 2. 2. quæſtio.186.artic. vlt.circa medium,
209 nam†ſcientia includit dolum,Cald.conſi.4.de ſenten.
excomm.Felin.c.exceptionem num.48.de excep.& ita
concludendum erit.

Reſpectu autem capituli,& conuentus imponitur
210 pœna ſuſpenſionis a diuinis ipſo iure, quæ eſt † ſpe-
cies interdicti,ut ſcribit Maiol.de irregula.libr.3.ca-
pitul.20.colum.3.& vltim.namque clerus, collegium,
& capitulum non excommunicantur,ſed interdicun-
tur,Tabien.Armil.Angel. Syluestr. in verbo interdi-
* ctum,Cald.in tractat.de interdict. & eſt* communis
opinio docto.quo caſu abſtinendum eſt à celebratio
211 ne diuinorum,alias perſonæ †particulares efficiuntur
irregulares a ſolo Papa diſpenſandæ,cap.is qui &cæ.is
cui de ſenten.excommunicat.libro 6.vbi communi-
*212 ter* doctor.quandoquidem †interdictum æquipara-
tur



tur ſuſpenſioni,Armil.in uerb.interdictum.in princi.
* Petr.de Palud.4.diſtin.18.q.8.ar.5.col.6.& eſt*com-
munis opinio.

Colligitur præterea quod in his caſibus abſolutio
213 reſeruata eſt Romano Pontifici reſpectu †excommu-
nicationis,& interdicti,ac ſuſpenſionis,vt dicitur ex-
preſſe in eadem conſtitutione Pij V. ibi. *Quibus etiā
nullus alius,quam ipſe Romanus Pontifex, ſiue abſo-
lutionis,ſiue relaxationis gratiam, excepto mortis
articulo,valeat impartire*,& ibi. *tamdiu ſuſpenſi re-
maneant,donec remiſſionem à Romano Pontifice me-
ruerint obtinere,&c.* ex quo infertur ab alijs abſolui
non poſſe,& ſi alij illos abſoluant, non ſunt bene ab-
ſoluti ex defectu iuriſdictionis, & abſoluentes ſunt
214 †excommunicati,Maiol.de irregular.libro quinto ca
pitulo octauo ſub numero quinto. verſicul. ad hæc,
excipitur tamen mortis articulus; nam tunc nulla eſt
215 †reſeruatio caſuum,vt habetur in ſeſſ.14.Concil.Tri-
dentin.capitul.ſeptimo.de caſuum reſeruatione, & ha
betur in capitul.filius de pœnis.in 6.capitul. paſtora-
lis de offic.ordin.capitul.cupientes de pœn.in clemē.
* Nauarr.in manu.cap.26.nu.26.& communiter doct.
hoc tradunt.

Secundo occurrit dubitare circa dictam conſtitu
tionem Pij V.an loquatur de alia ſuſpenſione, quam
de ea,quæ circa beneficia vertitur? A pluribus peritis
vidi reſponſum affirmatiue,cæterum contrarium ego
teneo, vt ordinarij conferentes beneficia reſignata
coram ipſis, familiaribus reſignantium, aut ſuis vel
conſanguineis ſint ſuſpenſi duntaxat ſuſpenſione,
quę pertinet circa collationem, & ſpeciem eius,
vt patet ibi, *à beneficiorum officiorum collatio-
ne, nec non electione, &cæt.* verba enim conſtitu-
216 tionis†ſunt clara;vnde nullum remanet dubium,Ro-
land.à Valle conſilio.ſeptuageſimoſeptimo, numero
quinto.libro primo.ex quo infero, quod talis epiſco-
pus vel alter ordinarius non poterit conferre,eligere,
pręſentare,confirmare,&cętera.poterit tamen alia iu
riſdictionalia,& Pontificalia exercere,gloſſ.& docto.
217 in clement. cupientes de pœnis. nam ſuſpenſus † à
Pontificalibus poteſt adminiſtrare iuriſdictionalia, &
econtra.Abb.in capitul. cum dilectus. de conſuetudi.
Syluestr. in verbo ſuſpenſio quæſtio. quinto. in pœ-
218 nalibus enim,odioſis†ſit ſtricta interpretatio, regula
odia cum ibi notat.de regu.iuris in 6.

Poſſet tamen aliquis dubitare cur Pius V. impoſue
rit hanc pœnam potius,quam aliam? Facilis eſt reſpon
ſio,cum colligatione ex ipſa conſtitutione ibi, *vt in
eo quo deliquerint puniantur, & cætera.* namque
219 Reipublicæ intereſt, † vt quiſque puniatur in eo quo
deliquerit iuxt.not.per Bald. & alios in l. ita vulnera-
tus.ff ad leg. Aquil.& in leg. capitalium. ff. de pœnis.
Mar.Socin.Senior.in capitul.veniens. numer. 257.de
accuſatio.

Tertio occurrit dubitare,an epiſcopi, & alij ordi-
narij ignorantes dictam conſtitutionem,& recipien-
tes reſignationes,ac conferentes perſonis prohibitis
vt ſupra incidant in pœnam ſuſpēſionis? Omiſſis his,
quæ ad vtramque partem poſſent adduci, concluſiue
procedendo exiſtimo reſpondendum eſſe negatiue;
quod probo,quia quamuis in dict. conſtitutione po-
natur decretum irritās,vt patet ibi,*Quod ſi ſecus, &c.*
220 cuius natura†ſit vt liget ignorantes, capitul. primo.de
conceſſ.præbend.capitul.dudum eodem titul.in 6.ca-
pitul.ſi eo tempore de electione eodem libro ſexto.
gloſſ.in clement.1.de conceſſ.præbend. vbi Cardinal.
Zabarell.in 6.notab.idem Cardin.in clement.1.in 18.
quæſtion.vbi Barbat.numero 25.de elect.Abb.in ca-
pitul.audiamus.numero 52.de reſtitut.ſpoliat. Oldra.
conſilio 319.in princip.Butrig.conſilio. quadrageſi-
* motertio.Cardinal.conſilio.trigeſimotertio.* com-
munis opinio,vt patet ex relatis per Gabriell. de clau
ſu.concluſio.tertio. numero primo. tamen reſpectu
221 pœnæ†ignorantes non ligantur,capitul.ſi beneficia,&
ibi Archidiacon.in ſecundo.notab.de præbend. in 6.
Barbat.in clement.prima. numero vigeſimo quinto.
* de electio.communis,*vt per Gabriell. dict. concluſ.
tertio.numero octauo.qui numero decimo tertio.di-
cit,quod contraueniens facta decreto irritāti ab igno
* rante eſt excuſabilior,in praxi* tamen vidi contrariā
opinionem ſeruari,vt habeatur à S. D. N. abſolutio
etiam in caſu,quando Epiſcopus contrauenerit, quia
ignorabat conſtitutionem hanc Pij V. & quidem
hæc opinio eſt tutior, & ſecundum illam conſule-
rem,ac iudicarem,quod comprobatur ex eo, quia
222 præſumitur ſcientia†legum,& conſtitutionum, nam-
que ſola publicatio facta Romæ ſufficit, vt conſtitu-
tiones ligent extra curiam,Ioann.Monach.in capitul.
in generali de regul.iur.libro 6.Ioann.And.ſuper data
6.Pau.de Eleaza.in prooem.cle.Sarn.in prooem. regu.
cancel.col.13.

Quarto occurrit dubitare an dicta pœna ſuſpen-
ſionis ſit impoſita dumtaxat ordinarijs conferentibus
beneficia reſignata perſonis prohibitis in dicta con-
ſtitutione,an vero ſit impoſita quoque admittentibus
223 reſignationes non ex cauſis relatis?vera eſt opinio†vt
huiuſmodi ſuſpenſio ſit impoſita contra conferentes
dumtaxat beneficia reſignata coram eis perſonis pro
hibitis quam opinionem primo probo quia Pius V.
poſt relatas cauſas ex quibus ordinarij poſſunt admit-
tere reſignationes,inquit:*Cæterum præcipimus ac in-
terdicimus ne,&c.*& ſic ſtatuit nec conferant conſan
guineis aut familiaribus.poſtea immediate ſequitur,
*qui vero contrafecerint à beneficiorum tandiu ſuſpen
ſi remaneant,&c.*vnde clariſſime ex vi ſermonis re-
224 cti dicta pœna refertur ad proxime dicta, & non ad
remota†iuxta ea quæ ſcribit Cardinal.Pariſienſ. con-
ſilio.octuageſimoquinto.columna tertia volumin.2.
& conſilio.quadrageſimoquinto.numero vigeſimoſe
cundo.volum.4.ſecundo pondero verbum poſitum
in dicta conſtitutione,dum imponit pœnam contra-
facienti,vt *in eo quo deliquerint puniantur, &c.*ergo
ibi punitur delictum inconferendo, cum ſuſpendan-
tur à collatione,& per conſequens huiuſmodi ſuſpen
ſio ad alia non debet referri.

Tertio quia in pœnalibus ſtricta debet fieri inter-
pretatio,ad not.in regula odia.de regula.iur. in 6.

Quinto dubitatur ſi ordinarij admittant renun-
ciationes beneficiorum abſque quo adſit aliqua ex di
ctis cauſis poſitis in dicta conſtitutione (cum ut ſu-
pra dictum eſt non ſuſpendantur) qua pœna puniun
225 tur,Reſpondeo † renunciationes factas abſque dictis
cauſis eſſe nullas,& hæc pœna ſufficiet,quod firmare
videtur Fuſc.de viſitat.capitul.vigeſimooctauo.nume
ro vigeſimo ſexto.& deducitur apertiſſime ex dicta
conſtitutione Pij V.in decreto irritante ibi. *Quod ſi
ſecus ac etiam quicquid præter vel contra formam
prædictarum fuerit à quocumque temere attentatum
id totum ex tunc vires, & effectum decernimus non
valere.*

226 Decretum enim†irritans inducit formam,Bal.in l.
1.ver.quæro ergo ff.de lib.& poſth.Bar.in l.de his C.

de tranſac.Iaſon in l.1.n.7.ff.de lib.& poſth.Dec.cõſ.
528.nu.11.Soci.Iun.conſ.71.nu.23.lib.1.Grat.conſ.
227 16.nu.4.lib.1.& tamen forma†ad vnguem eſt obſer-
uanda.Dec.conſ.90.nu.6.& conſ.262.num.4.& conſ.
439.nu.5.Card.Pariſ.conſ.12.nu.47.& conſ.15.n.23.
228 vol.2.alias actus†eſt nullus,l.cum hi §. præter ff.de trã
ſact.Bal.conſ.11.col.vlt.li.1.& conſ.434.lib.2.& quic
229 quid fit cõtra decretum†irritans habetur pro infecto
Oldr.conſ.319.col.vlt.Abb.in c.dictus nu.14.de præ
ben.Caſſad.deciſ.12.nu.4.& ſequen.ſuper regulas cã-
cellariæ,quæ nullitas infert ipſo iure.c.penul.de pręb.
* lib.6.Ruin.conſ.70.col.3.li.3.communis*opinio,vt
per Gabriel.de clauſul.concluſ.6.nu.58.

Amplia etiã procedere,ſi epiſcopus ignorabat cõ-
230 ſtitutionem prædictam,†quia decretum irritans ligat
* ignorantes reſpectu nullitatis actus*communis,vt p
Gabriel.dict.concl.3.de clauſ.

Non omittam quod dicta conſtitutio Pii V.eſt in
* viridi obſeruantia,& ita quotidie*practicatur.

231 An autem†ordinarii poſſint admittere permutatio
nes beneficiorum?Fuſc.de viſitat.lib.2.c.28.nu.22.te
net affirmatiue,ego autem dubito,& vidi dubitare,
quia Pius V.in conſtitutione 42.ſuſpendit facultates
ordinariorum recipiendi reſignationes,& permuta-
tiones beneficiorum donec detur modus,in d. con-
ſtitutione.58.dat modum in reſignationib. ergo ſu-
ſpenſio durat in permutationibus. nec dicas, quod
232 mortuus eſt Papa†quia durat ſedes Apoſtolica ca. ſi
gratioſe de reſcrip.lib.6.

An autem pœna huius conſtitutionis Pij V.com-
prehendat Cardinales recipientes reſignationem,&
conferẽtes beneficia reſignata familiaribus,dubium
eſt,& pro vtraque parte alias extendi rationes, quas
hic non ponam cum reſolutione,quia plures tange-
ret caſus,& perſonas,quibus magnopere debeo, & a
quibus ſum rogatus,ne hic ſcribam quid ſentio.

*Finis Quinti libri.*



# FLAMINII PARISII IVRIS CONSVLTI Excellentiſſimi,

# DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM.

## LIBER SEXTVS.

### PRIMAE QVAESTIONIS SVMMARIVM.

1 *Reſignanti aliquando reſeruatur penſio, vel fructus.*
2 *Reſignanti ſolent aliquando reſeruari omnes fructus.*
3 *Fructus reſeruantur à Papa tantum.*
4 *Beneficia diuidere eſt probibitum.*
5 *Reſeruatio fructuum ex qua cauſa concedatur.*
6 *Fructus pro penſione dantur reſignanti.*
7 *Fructus reſeruantur ob cauſam.*
8 *Clemens VII. conceſſit Cardinali de Medices diſpoſitionem fructuum omnium beneficiorum per ſex menſes.*
9 *Cauſa facit recedere à regulis iuris.*
10 *Reſignatio iuſtam præbet cauſam reſeruandi fructus.*
11 *Reſignanti aliquando conceditur adminiſtratio.*
12 *Reſignanti aliquando reſeruatur iuriſdictio.*
13 *Reſignanti aliquando reſeruatur denominatio.*
14 *Reſignanti aliquando reſeruatur collatio beneficij.*
15 *Fructus reſeruãtur cum clauſula illos percipiendi propria auctoritate.*
16 *Dictus reſeruatarius capit fructus,tanquam a re quę debet ſeruitutem.*
17 *Reſeruatarius fructuũ cum clauſula capiendi propria auctoritate poteſt continuare poſſeſſionem.*
18 *Continuatio poſſeſſionis conſiſtit in perceptione fructuum.*
19 *Reſignanti reſeruatis fructibus datur mandatum de manutenendo.*
20 *Regula de publ.non habet locum in reſeruatario fructuum,& nu.45.*
21 *Reſeruatarius debet percipere fructus de manu reſignatarij.*
22 *In reſeruatione fructuum requiritur conſenſus reſignatarij.*
23 *Onus ſine fructu quis ſubire non cogitur.*
24 *Volenti non fit iniuria.*
25 *Pactio de reſeruando fructus non eſt licita ſine conſenſu Papæ.*
26 *Reſeruatio fructuum facta abſque mentione penſionis eſt valida.*
27 *Reſeruatio penſionis non facta mentione alterius penſionis eſt nulla.*
28 *Penſio eſt portio.*
29 *Papa non præſumitur grauare duplici onere.*
30 *Non valet facultas transferendi fructus non facta mentione penſionis.*
31 *Reſignans habens reſeruatos fructus, vel penſionem centum ſi per aliquot annos exegit penſionem,non poteſt poſtea fructus petere pro ſequentibus annis.*
32 *Variatio probibetur in clericis.*
33 *Senibus conceditur reſeruatio fructuum.*
34 *Papa non reſeruat fructus,niſi ex magna cauſa.*
35 *Cardinalibus dandam reſeruationem fructuum dumxat ſtatuit Alex.VI.*
36 *Epiſcopo mille,& curato centum debent remanere.*
37 *Altari ſeruiens de altari viuere debet.*
38 *Beneficia conferenda abſque diminutione.*
39 *Reditus eccleſiaſtici conſtituti ſunt propter ſpiritualia.*
40 *Militi datur ſtipendium propter militare exercitium.*
41 *Beneficium datur propter officium.*
42 *Reſeruatio fructuum in regno Franciæ eſt probibita.*
43 *Reſeruatarius omnium fructuum æquiparatur titulari,ſi babet denominationem & ſtallum,aliàs loco penſionarij.*
44 *Reſeruatarius fructuum quando iuuetur regula de annali.*
46 *Effectus attendi debet.*
47 *Priuatis perſonis ob cauſam reſignationis conceditur reſeruatio medię partis fructuum.*
48 *Reſeruatio dimidiæ partis fructuum dicitur congrua.*
49 *Medietas fructuum qua cauſa reſeruetur.*
50 *Eccleſia non debet grauari.*
51 *Reſeruatarius medietatis fructuum, non debet babere ſecundum valorem expreſſum,ſed ſecundum verum.*
52 *Canonicatus ſancti Petri & Toletan. exprimunt 24. licet valeant 600.*
53 *Reſeruatario medietatis fructuum non datur clauſula illos percipiendi propria auctoritate.*
54 *Penſionarius percipit penſionem de manu beneficiarij.*
55 *Reſeruatio medietatis fructuum dicitur iuſta,ſi ex alia medietate beneficiatus poteſt viuere.*
56 *Reſeruatio medietatis fructuum recipitur in Gallia.*
57 *Priuilegium damnoſum reducitur ad debitum ſtatum.*
59 *In reſeruatione medietatis fructuum fit mentio penſionis.*
60 *Reſeruatio tertiæ partis fructuum dicitur iuſta.*
61 *Penſio quæ non excedit tertiam partem dicitur iuſta.*

62 *Renuncianti epiſcopatum datur titulus & denomina
tio.*
63 *Renuncians epiſcopatum retinet ordinem.*
64 *Mulier ingrediens monaſterium detinet denomina-
tionem mariti.*
65 *Specialiter debet fieri huiuſmodi reſeruatio tituli.*
66 *Reſeruatarius fructuum propria auctoritate poteſt
dare de attentatis.*

ET quia vt plurimum in re-
ſignatione quæ fit in cu
1 ria reſignanti aliquid †re
ſeruatur, ſcilicet fructus,
medietas ipſorum fru-
ctuum, penſio, regreſſus
ad beneficium reſigna-
tum ob non ſolutionem
penſionis, facultas trans-
ferendi penſionem, re-
greſſus & acceſſus, vt ex formulis poſitis li. 8. q. 7. pate
bit, & ſuper reſeruatione contingit dubitari, & ideo
non ſolum vtile, ſed neceſſarium exiſtimaui particula
ri libro per quinque quæſtiones principales totã hu-
iuſmodi materiam pertractare.

PRimo quæro an fiat reſignatio
reſeruatis omnibus fructibus
pro reſignante, quando fiat,
& quomodo, & quando reſer-
2 uetur medietas?
Reſponde quod fit †reſigna-
tio aliquando reſeruatis omni-
bus fructibus, vt per Cardinal.
Pariſienſ. conſilio trigeſimonono. numero ſeptimo.
volumine quarto. Corne. conſilio. 138. columm. vltim.
libro tertio. Federic. Scot. conſilio. vigeſimoſexto. nu-
mero 6. cum aliis, vt per Ferrett. conſilio 93. numero
vltimo, Roman. conſilio 482. numero ſecundo. Sarn.
de annal. quæſtio. 60. Mandoſ. quæſtio. 30. Sarnen. de
publican. quæſtio. ſecundo. Staphil. ſuper ſignat. folio
centeſimoquinquageſimoquarto. verſicul. hinc eſt,
Put. deciſ. centeſimoquadrageſimoſeptimo. libro ſe-
cundo. & deciſ. trigeſimoquinto. ſub titul. de præben.
in manuſcript. & deciſ. tertio. titul. de penſ. & deciſ. 9.
ſub titul. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. Creſcent. deciſ.
trigeſimoſeptimo. & ſexageſimoquarto. libro primo.
& deciſ. 229. eodem libro. in manuſcript. Paleott. de-
ciſ. quadrageſimooctauo. Caccialup. de penſion. quę-
ſtio. decimonono. late Mandoſ. in tractatu. de ſignat.
grat. titul. fructuum reſeruationes. Quæ reſeruatio
3 fructuum †non poteſt fieri niſi a ſolo Papa, Rebuff.
de reſeruat. tam generali quam ſpeciali numero deci
4 moſeptimo. quia eſt diuidere † beneficia, quod fuit
prohibitum in Concilio Turonenenſi. ca. maioribus
de præbendis. Anan. in capitul. audiuimus de colluſ.
detegend.
5 Fitque huiuſmodi † reſeruatio, ne reſignans nimio
diſpendio ex ipſa reſignatione grauetur, vt exprimi-
tur in literis reſignationis, & ſic vt poſſit de illis ſe ſu-
ſtentare, ſua vita durante, Oldrad. conſilio. ducenteſi
moſeptuageſimoquinto. columna ſecunda. Ideo dicit
Rebuff. in prax. titul. de reſeruat. tam generali, &cæte.
6 numero decimotertio. quod † pro penſione fructus
reſignanti reſeruantur, & haberi loco penſionis, Sar-
nen. de ann. quæſtion. 60. & ponitur in ſupplicatione
fructus loco penſionis annuæ reſeruare, conſtituere,
& aſſignare dignemini, & cætera. vt atteſtatur Mãdoſ.
regul. de anna. quæſtio. trigeſimo. numero primo. Et
7 ob cauſam reſeruari fructus habemus† text. in capitul.
ſi tibi de præbend. libro ſexto. vbi pro ſoluendis debi-
tis fuit conceſſum cuidam epiſcopo, vt per certum
tempus poſſit percipere fructus omnium beneficio-
rum vacantium in ſua diœceſi, & Clemẽs VII. ex cau
8 ſa ipſi bene viſa conceſſit † Hippolyto Cardinali de
Medices nepoti ſuo facultatem diſponendi de omni
bus fructibus omnium beneficiorum vacantium in
toto orbe per ſex mẽſes, de qua re meminit Mandoſ.
conſilio. quarto. in princip. namque cauſa facit rece-
9 dere† à regulis, iuris leg. ſi hominem ff. mandat. & re-
10 ſignatio †iuſtãm præbet cauſam, Præpoſ. in ca. ſecun-
do. ſub numero 5. 1. quæſtio. 3. Gig. de penſion. qu. 4.
num. 2. & q. 56. Ptolom. deciſ. 13. in manuſcrip. Put. de
ciſ. 389. lib. 1.
Et hanc reſeruationem omnium fructuum lici-
tam eſſe oſtendit Thom. Campeg. de omn. fruct. re-
ſeru. n. 1. & 2.
Et ob id conceditur etiã quandoque reſignanti re
11 ſeruatio adminiſtrationis, †vt habes in deciſ. Put. 35.
ſub titu. de præbend. in manuſcrip. Mandoſ. in dicto.
tractat. de ſignat. grat. tit. fructuum reſeruationes col.
2. verſ. conceſſus alias, &c. & col. 3. verſic. nunc reſer-
uatio.
12 Et reſeruatio†iuriſdictionis, Mandoſ. loco citato
in princip.
13 Quandoque†reſeruatio nominis ſeu denominatio
nis, ac ſtalli in choro, & loci in capitulo, habitationis,
ſeu aliquorum membrorum & diſtributionum quo-
tidianarum iuxta text. in ca. cum inter de renunciat.
vbi Abb. numero 1. & ſequent. & in cap. cum illorum
in fin. de præbend. Bald. in l. 2. num. 56. verſ. ſupra 2. C.
de ſeruit. & aqua. Roma. conſ. 482. num. 2. Lamberti.
de iur. patron. li. 2. p. 3. q. 11. art. 8. nu. 3. Sarn. de publi-
can. reſignan. dict. quæſtio, 2; & de annal. quæſtio. 60.
Mandoſ. q. 30. & habes per Put. dict. deciſ. 35. ſub tit.
de præb. in manuſcr.
14 Quandoque conſueuit † reſeruari reſignanti col-
latio omnium beneficiorum pro tempore vacantium
vt tradunt Rebuff. ſuper concordan. rubric. de man-
da. apoſtol. §. primo. verſicul. quid ſi collationes pagi.
471. & 477. Mandoſ. dict. titulo fructuum reſeruatio-
nes in tractatu. de ſignat. grat. columna 2. verſicu. con
cedi.
Et quoties reſeruantur reſignanti fructus, ſolet ap
15 poni clauſula per ſignaturam *illos propria auctorita-*
* *te percipiendi*, vt de ſtylo* fieri atteſtatur Mandoſ. in
tractatu. de ſignat. gratiæ titul. fructuum reſeruatio-
ne columna quinta. verſicul. reſignanti, ſeu cedenti
beneficio; & hoc caſu reſignans licite illos per ſeip-
ſum, & abſque alicuius licentia percipere poteſt, nam
quęid importat facultas ſibi conceſſa, quia reſignans,
cui fructus ſunt reſeruati cum clauſula illos percipiẽ-
16 di propria auctoritate, fructus † capiens, non dicitur
capere, vt poſſeſſor, ſed veluti quod beneficium & il-
lius bona ſint ſibi obligata; & tanquam a re quæ de-
beat ſeruitutem perſonæ, ita Mandoſ. de annal. quæ-
ſtio. trigeſimo. numero primo. Et ex hoc poterit re-
17 manere in poſſeſſionem †illamque continuare, Car-
dinal. Pariſienſ. conſilio trigeſimo nono: numero ſe-
ptimo. volumin. quarto. quia ex hoc ei permiſſa perſe-
18 ueratio in poſſeſſione, †in qua conſiſtit perceptio fru-
ctuum, leg. qui ſcit §. in alieno ff. de vſur. ad tradita in
leg. tertia. §. ex contrario. ff. de acquirend. poſſeſſ. cum
alijs rationibus adductis per Pariſienſ. loco citat. &
* ita fuit * reſolutum in Rota in una Paduan. die
quinto



quinto Februarij 1546. vbi fuit tentum, quod re-
ſignans reſeruatis fructibus percipiendis propria au-
ctoritate, ac ſi non reſignaſſet non amittit poſſeſſio-
nem, immo illam continuat, atteſtatur Mandoſ. dict.
titul. fructuum reſeruationes columna vltim. verſicul.
* reſignanti, & aliàs fuit reſolutum * in Rota. teſte eo-
19 dem Mandoſ. reſignanti reſeruatis fructibus† & du-
bitanti de ſpolio dari mandatum de manutenendo,
ideo conſuluit Pariſienſ. regulam cancellarię de pu-
20 blican. † reſignat. non habere locum in eo qui reſi-
gnauit reſeruatis fructibus percipiendis propria au-
ctoritate, dict. conſilio trigeſimonono. volum. quarto
ex pluribus rationibus quas egregie deducit, quod
* conſilium fuit pluries* in Rota canonizatum, vt dixi
ſuo loco, licet hodie ſecus ſeruetur ex conſtitutione
Gregoriana de publicandis reſign.
Sed ſi huiuſmodi clauſula non apponatur, tunc de-
21 bet percipere fructus† de manu reſignatarij, Rebuff.
in prax. benefic. titul. de reſeruat. tam general. quam
&cętera, numero decimotertio. vbi dicit quod reſer-
uatio omnium fructuum fit à Papa vel cum clauſula
illos percipiendi propria auctoritate, vel per manus al
terius.
Requiritur tamen in huiuſmodi reſeruatione om-
22 nium fructuum reſignatarij expreſſus † conſenſus, vt
in ſpecie tradit Campeg. in ſuo breuiſſimo tractatu
* de omn. fruct. reſeruat. numero ſecundo & hoc paſ-
* ſim* ſtylus Romanæ curiæ admittit, namque dictus
conſenſus præſtatur eo modo, vt in penſione, vt dice
mus loco ſuo.
Et ratio eſt, quia cum regulariter habens titulum,
23 onus ſine fructu † ſubire non cogantur iuxta illud
quod habetur primo Corinthior. capitul. nono. *nos
plantauimus vineam, &c.* quia qui altari ſeruit, &cæt.
capitul. eccleſias §. quia ergo decimotertio. quæſtio.
prima. ideo reſeruatio eo renitente fieri non debet,
24 ſed volente; nam volenti non † fit iniuria; nam
à nullo prohibebitur, ſi quis gratis velit ſeruire, & vo-
luerit propriis expenſis militare, & maxime quia da-
tur beneficium cum reſeruatione omnium fructuũ,
habenti aliàs vnde viuere, vt fieri * quotidie vide-
mus, quando conceduntur huiuſmodi reſeruatio-
ne.
25 Et ſi inter reſignantem † & reſignatarium fuerit
conuentum de reſeruatione fructuum eſt illicita pa-
ctio, donec à Summo Pontifice comprobetur, &
ideo eo vſque cenſetur honeſtum quouſque indul-
gentia Papæ ſe extendit, & non vltra, capitul. quam
pio. ibi, *dum tamen omnis abſit pactio, &c.* prima.
quæſtio. ſecunda. capitul. cum pridem de pact. capitul.
quęſitum, & capitul. cum vniuerſorum de rerum per-
mut. Felyn. conſ. 11. Roman. conſ. 358. Dec. conſ. 141.
& alibi dicemus.
Et non requiritur, vt in omnium fructuum reſer-
uatione fiat mentio penſionis iam impoſitæ, & ideo
26 reſeruatio facta abſque † dicta mentione valida eſt, &
* ſubſiſtit, vt fuit concluſum* in Rota. ſecunda. Maij
coram domino Ferrentin. teſte Guid. Bono. deciſ. 89.
incip. coram, &c.
Et hoc eſt admodum ſingulare, namque contra-
rium ſtatuitur in penſione, vt reſeruatio penſionis ſu-
27 per fructibus beneficij † alia penſione onerati non
* valeat, prout fuiſſe* deciſum licet videre per Caſſado.
deciſ. 3. ſub titul. de penſ. habes per Boer. deciſ. 162.
28 Giga. de penſion. quæſtio. 29. & quæſtio. vltim. nume-
28 ro duodecimo. eo quia † penſio eſt quædam portio
ſuper fructibus beneficij aſſignata, Cardinal. in cle-
ment. prima §. prima. quęſtio. 3. & Imol. columna 3.
de ſupplen. prælat. negligent. & Papa non præſumitur
29 voluiſſe grauare eccleſiam, ſeu illius fructus † duplici
onere, argument. text. in capitul. mandatum, primo
cum duobus ſequentibus de reſcript. quod ceſſat in
reſeruatione omnium fructuum, cum conſtet de om
nibus fructibus grauare eccleſiam, vnde nulla rema-
net dubitatio, leg. continuus. §. cum ita ff. de verborũ.
obligatio. Quare concludendum eſt ſoluta penſione
antiqua reliquos fructus deberi reſeruatario, ita Man
doſ. in tractatu. de ſignat. grat. dict. titul. fructuum re-
ſeruationes columna quarta. verſic. clauſula, qui dicit
pro hac opinione conſuluiſſe, hortatur tamen, vt ap-
ponatur, & in principio columna quinta. refert in Ro
* ta* fuiſſe deciſum non valere facultatem transferendi
30 †illos fructus reſeruatos vel partem non facta men-
tione penſionis primo loco ſuper beneficio aſſigna-
tæ. Sed iuxta hoc dubitari contigit, Fuerunt reſi-
gnanti reſeruati omnes fructus cum clauſula, vel ſi
maluerit penſionem annuam, puta centum ducato-
rum, & cætera. An ſi exigat penſionem hanc pluri-
bus annis, poſſit poſtea variare, & velle fructus & e
contra? Cum hic caſus accidiſſet, & fuiſſet propoſi-
* tum dubium in Rota in vna* Corduben. dimidiæ por
tionis inter Valerium Ruiiz, & Alfonſum de Medi-
na, coram D. Fabio 11. Ianuarij 1547. & 9. Martij
31 1548. †fuit concluſum non poſſe, teſte Put. deciſ. cen-
teſimodecimoquarto. in vna Corduben. libro tertio,
ex leg. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum ff. de verborum
obligatio. leg. ſerui electione ff. de legat. primo. le. ne-
mo poteſt mutare ff. de regula. iur. cap. publicatio de
electio. regulat. quod ſemel de regular. iur. in ſexto. va
32 riatio †enim maxime in clericis prohibetur, clement.
vnica de renunciat. capitul. cum autem iuncta gloſſ.
de iur. patron. & fuit allegatus bonus text. in leg. apud
Aurelium ff. de optim. leg. quam deciſ. ſequitur Man-
doſ. citat. titul. fructuum reſeruat. columna tertia. ver-
ſicul. reſeruationem, & ad leg. ſi ſterilis §. ſi domum
ff. de actio. emption. vbi dicitur, quod reſeruata habi-
tatione ad uitam, aut decem in ſingulos annos, quod
primo anno poſſunt præſtari decem, ſecundo vero
habitatio fuit reſponſum loqui in debitore, qui à lege
tacite habet electionem, vti ſentit gl. in l. eum qui cæ-
tera §. 1. de verbor. oblig.
Et huiuſmodi reſeruatio omnium fructuum de
iure communi de facili conceditur his qui multo
33 tempore in beneficio ſeruierunt, † vt contingit ſe-
nibus ad hoc, vt ſenectutem ſuſtentare valeant, vt e-
gregie explicat Oldrad. conſilio ducenteſimoſeptua-
geſimoquinto colum. 2.
34 Huiuſmodi reſeruatio † à ſede Apoſtolica indi-
ſtincte, & paſſim non concedebatur, ſed ex aliqua
cauſa & magna, vt tradit Rebuff. in prax. dict. titul. de
reſeruationibus tam generalibus, &cæt. numero de-
35 cimoquarto. in fin. poſtea Alexand. VI. Pontifex Ma-
xim. †ſtatuit, vt nemini detur reſeruatio omnium fru-
ctuum, niſi Cardinalibus, vt patet in titul. de reſeruat.
iur. patron. & teſtatur Rebuff. in prax. beneficior. titu.
de regreſsibus. in final. verbo. fol. tricenteſimotrigeſi-
moſexto. Idque per aliquod tempus fuit obſerua-
tum, ſed poſtmodum concedebantur reſignantibus,
& iudicabatur ſufficiens cauſa ipſa renunciatio iuxta
ea quæ late ſcripſimus. Nunc autem raro conceditur
talis reſeruatio omnium fructuum adminiſtrationis
iuriſdictionis, &cæt. inquit Mandoſ. in tractat. de ſi-
gnat. grat. titu. fructuum reſeruationes columna 3. ver
ſicul. nunc reſeruatio, ſtante decreto Conc. Triden. c.
 decimotertio

36 decimotertio.§.ad hæc ſeſſ.24.de reformat.*Ad hæc†
*in poſterum omnes hæ cathedrales eccleſiæ,quarum*
*redditus ſummam ducatorum mille, & parochiales,*
*quæ ſummam ducatorum centum ſecundum verum*
*annuum valorem non excedunt, nullis penſionibus,*
*aut reſeruationibus fructuum grauentur* . & ſic de-
bent mille epiſcopo,& centum curato remanere, vn-
de non cadit reſeruatio omnium fructuum niſi eo
modo.
* Hodie autem de ſtylo * vidi ſeruari, vt in epiſco-
patibus non dentur reſeruationes omnium fru-
ctuum niſi remaneant illæ pro epiſcopo:in abbatijs,
prioratibus,præpoſituris,& alijs beneficijs ſimplici-
bus datur dumtaxat Cardinalibus iuxta decretum
Alexandri VI. quibus reſignantibus reſeruantur
etiam vltra fructus adminiſtratio,iuriſdictio, & col-
latio,vt quotidie videmus, & Cardinales id petunt à
Summo Pontifice cum inſtantia,namque paſſim hoc
non conceditur,vt dictum eſt,& ea ratione id quod
paſſim omnibus denegat Sum.Pont.Cardinalibus cō
cedit,quia hi ſunt pars corporis.
Et optima quidem ratione denegantur huiuſmo-
di reſeruationes omnium fructuum, namque qui al-
37 tari ſeruit de altari † viuere debet, capitul.cum ſe-
cundum de præbend.& beneficia non debent diuidi,
38 capitul.vltim.prope fin.ibi, *Sed libere abſque†dimi-*
*nutione aliqua collata*,prima.quæſtione tertia. capit.
cum maioribus,capitul.vacante, & capitul. cum cau-
ſam in fin.de præbend.& in rubr.& nigr.vt eccleſiaſt.
benefic.ſingular. diminut. confeſſ. capitul. piæ men-
tis in fin.decimoſexto.quæſtio.ſeptima.Dec. conſili.
341.numero tertio in tertio.quæſito. & fructus, ſeu
39 redditus eccleſiaſtici inſtituti ſunt†propter ſpiritua-
lia,& illa tractantes,capitul.ſecundo,& tertio capitul.
ſecundum Apoſtolum de præbend. ſicut propter
40 militare† miniſterium datur militi ſtipendium, lege
vltim.C.qui non ob longitud.tempor.præſcript. leg.
qui ſub prætextu C.de ſacroſanct.eccleſiaſt. Petr.de
Ancharan.conſilio ducenteſimotrigeſimotertio. nu-
mero 2. ſic ſequeretur abſurdum, quod habens be-
* neficium non viueret de fructibus illius,vt*commu-
niter canones diſponunt,ac forſan omitteret recitare
41 diuinum officium,propter†quod beneficium eccleſia
ſticum datur,c.vt de reſcr.lib.6.
Et ob id in regno Franciȩ ſimilis reſeruatio omniū
42 fructuum†eſt prohibita,vt habetur in concordant. de
reſeruat.beneſ.ſiue omnium fructuum illorum,& ibi
* tradit Rebuff.& fuit*latum arreſtum a Senatu Pari-
ſien.die 19.Aprilis 1496.ex quo reſeruationes prohi
bentur,de quo facit mentionem Rebuff.ſuper cōcor
dant.dict.tit.de reſeruat.col.1.verſ.immo per arreſtū
& verſ.item eodem arreſto,idem Rebuff.in prax.dic.
tit.de reſeruationibus nu.14.Boer.deciſ.2.n.56. Pap.
* lib.2.tit.8.arreſt.3.& die 3.*Martij.1512.fuit reſolutū
reſignationem factam cum reſeruatione omnium fru
ctuum eſſe nullam,& beneficium vacare per obitum
reſignantis,quamuis reſignatarius fuerit in poſſeſſio-
ne per duos annos.
Et non eſt omittendum,quod quoties reſignans re
ſeruauit ſibi omnes fructus, denominationem, ſtallū
in choro,& vocem in capitulo,poſt reſignationē ha-
43 betur loco titularis,&†æquiparatur titulari. Quoties
vero ſibi ſeruauit fructus dumtaxat,habetur loco pen
ſionarij,quia illi habētur loco penſionis, ita egregie.
* Sarn.in regul.de annal.q.60.vbi dicit*fuiſſe deciſum
in Rota de menſe Martii,1534. coram Marcello in
vna Placen.canonicatus,quod primo caſu†quando ha
44 bet reſeruationem fructuum,denominationem,& ſtal
lum in choro,ac vocem in capitulo iuuatur regula il-
la, cum loquatur de titulo. Secundo vero caſu,quan-
do reſeruauit ſibi ſolum fructus, nō habet locum re
gula illa cum loquatur de ti.& iſte habeatur penſiona
rij,& ibi Mandoſ.confirmat ſecundam concluſionē,
confutatque primam.
Et quando ſunt reſeruati fructus cum denomina-
45 tione non habet locum regula†cancellariæ de publi-
* cn.fuit deciſum in Rota*in vna Spoleta.canonicatus
& præbendȩ coram D.Io.cleric.die 19.Martij 1550.
& alias,vt refert Sarn.de publican.q.2.nu.3.dat ratio
nem,quia talis reſignans in effectu videtur benefi-
ciatus poſt reſignationem,ſicut antea,& effectus †at
46 tendi debet iuxta c.relatum de cler.non reſiden. ho-
die autem ex conſtitutione Gregorij XIII. habet lo-
cum regula,vt ſuo loco dicetur.
Quamuis autem reſignanti non reſeruentur om-
nes fructus beneficij reſignati,niſi ſit Cardinalis,vt ſu
pra late concluſum fuit,ei tamen ſolet concedi reſer
uatio mediæ partis fructuum loco penſionis annuæ,
47 †vt tradit Rebuff.in ſua prax.dict.tit.de reſeruat.ge-
neralib.numer.15.Mandoſ.dict.tract.de ſignat.grat.
verb.fructuum reſeruationes col.1.verſ. frequentius,
& facilius,Boer.deciſ.2.in fin.Staph.ſuper ſignat.fol.
154.verſ.& quandocunque vſque ad medietatem,A
ragon.deciſ.38.manuſcr.Caputaq.deciſ. 86.lib.3. lib.
diuerſ.167.Quæ dimidiæ partis fructuum reſeruatio
non poteſt dici exceſſiua,vel exorbitans,immo con-
48 grua†vt dicitur in extrauag.ſuſceptæ Io.22.de elect.
vbi dicitur,quod quoties titulari non relinquuntur,
fructus,tunc de facili deſeret eccleſiam,& ſic non re
ſidebit,& illi nō ſeruiet,poteſt tamen ei relinqui me-
dietas fructuum,& alia medietas reſeruari pro alio,
&c.& ſic vides,quod hoc caſu ceſſat abſurdum,& in
conueniens,namque etiam remanent fructus pro ti-
tulari,ex quibus poſſit viuere,& ſeruire eccleſiæ. Et
alia medietas reſeruatur reſignanti,ne nimium diſpen
dium ex ipſa reſignatione patiatur,vt ſupra dictum,
49 eſt,& intuitu ſeruitij præſtiti in ſupplicatione ac†litte
ris apponuntur hæc verba, *vt commodius ſe ſuſtenta*
*re ualeat medietatem dictorum fructuū,&c.* Ita Mā-
doſ.in tract.de ſignat.grat.tit.reſeruationes fructuum
col.4.in principio.& nota caſum ſignandum in quo
licitum eſt diuidere beneficium,id eſt fructus,nam re
gulariter eſt illicitum,vt fuit ſtatutū in Concil.Turo
nen.cap.maioribus de præbend.Ioan.de Anan. in c.
audiuimus.de collu.detegen.
Sed hic quæritur,Quidam reſignauit canonicatū,
& præbendam in fauorem N. in ſupplicatione erat
clauſula,cuius fructus 24.ducatorum ſummam non
excedunt, &cæt. fructus autem conſiſtebant in qui-
buſdam redditibus, quos maſſam groſſam vocant,
quæ maſſa groſſa excedebat redditū 400.ducatorum,
& reſignanti fuit reſeruata medietas fructuum loco
penſionis per hæc verba N.vt commodius ſuſtentari
valeat medietatem dictorum fructum,&c. Quæritur
an reſignans debeat habere duodecim ducatos, an
vero ducentos?In puncto iuris poſſet ſuſtentari opi-
nio,quod debeat habere 12.ducatos,& ſic medietatē
ſecundum verum valorem expreſſum cum id ſuadeat
natura dictionis dictorum,l.1.§.eum qui vbi Bar.nu.
2.ff.de poſtu.idem Bar.l.talis ſcriptura §.vlt.nu.4.ff.de
leg.1.Aretin.conſil.21.col.1.verſ.ex quibus, & vt mi-
50 nus grauetur†eccleſia,arg.c.vlt.1.q.3.intelligendo de
minori ſumma iuxta l.nummis ff.de leg.3.l. ſi ita ſtipu
latus fuero ff.de verb.oblig.l.ſemper in obſcuris ff.de
reg.



51 reg.iur veritas tamen aliter ſe habet,vt† debeat habe-
* re 200.& ſic medietatem veri valoris,& ita fuit* pro-
nunciatum in Rot.teſte Ptolom.deciſ.9.in vna Cala-
guritan.medietatis fructuum coram Sarnen. menſe
Nouembris 1537.teſte Aragon.deciſ.38.Calaguritā.
qui mens ſummi Pontificis eſt reſeruare medietatē
fructuum,& non valorem medietatis fructuum, quā
deciſionem refert Mandoſ.dict.tit.fructuum reſerua
tiones col.3.verſ.quæro,& col.4.in princ.dict.trac.de
* ſignat.grat.Namque de*ſtylo curiæ fructus canoni-
catus exprimuntur 24.licet reſeruentur penſiones lō
ge maioris valoris,prout de ſtylo atteſtatur Aragon.
52 dict.deciſ.38.Hinc canonicatus †Toletan.exprimun-
tur 24.& in eis imponitur penſio 300.& 400.& plus,
vt habetur deciſ.294.lib.diuerſ.ita canonicatus ſancti
Petri in Vrbe.
Et hoc caſu non datur clauſula dictam medietatē
53 fructuum percipiendi†propria auctoritate,ita Rebuf.
in prax.dict.tit.de reſeruat.tam genera.quam,&c.nu.
18.Gig.de penſ.quæſtio.8.& 9.& ea eſt ratio, vt con
ſiderat Rebuff.loco citato ne ſint duo titulares,vnde
illos debebit percipere de manibus titularis, ſicuti in
54* penſionario†eſt etiam communis*opinio omniū do-
ctorum,de qua per Gig.loco citato.
Et huiuſmodi reſeruatio medietatis fructuum di-
55 citur iuſta, † ſi beneficiatus ex alia medietate poteſt
commode viuere,& iura epiſcopalia ſoluere, ac ſup-
portare onera beneficij,c.de monachis,c.vacante,ca.
cum cauſam de præbend.cap.1. de cenſibus hac etiā
ratione dicitur iuſta penſio,Rebuff.d.tit.de reſeru.tā
56 general.nu.19.& huiuſmodi†reſignatio cum reſerua-
tione medietatis fructuum recipitur in Gallia,ita per
* ſenatum*Burdegalenenſem menſe Aprilis 1534.teſte
Boer.deciſ.2.nu.56.teſte Papo.tit.8.arreſt.4.quia vter
que viuere poteſt.
Ideo Rebuff.dict.tit.de reſeruat.tam general.n.17.
dicit quod in patria reformari ſolet reſeruatio medie
tatis fructuum,ſi beneficiatus non poteſt viuere,quȩ
reformatio fieri ſolet uſque ad tertiam partem,quam
obtinebit penſionarius,reliquas vero duas partes be
neficiatus,idem Rebuff. de pacif. poſſeſſ. ampliat.18.
ita in ſimili quando priuilegium ſolet eſſe damno-
57 ſum reduci ſolet ad debitum†ſtatum,c. ſuggeſtum de
decim.quod in Italia, & Hiſpania non conceditur,
* namque*de ſtylo curiæ hæc non eſt ſufficiens cauſa
reducendi penſionem.& in hac reſeruatione medie-
58 tatis fructuum neceſſario eſt facienda mentio†penſio
nis aliàs impoſitæ ſuper illo beneficio reſignato, pro-
* ut fuit deciſum*in Rot.die 5.Iunij 1551.coram do-
mino Capizucco:in vna Florentina ſanctæ Felicitæ,
coram Capizucco namque non præſumitur quod Pa
pa uoluerit grauare beneficium duplici onere, Caſſa-
dor.deciſ.3.de penſion.& ſic cum non fuerit adimple
ta conditio,non videtur ius abdicatum à reſignante,
Caſſa.deciſ.3.de renunc.namque ex hoc quia nō fuit
facta mētio penſionis iam impoſitæ medietas fructuū
* fuit nulliter reſeruata,ita Caput.atteſtatur fuiſſe*ten-
tum,vt late per ipſum habes deciſ.86.p.3.
Quandoque reſeruatur reſignanti tertia pars oīum
59 fructuum,& hæc dic.tur†iuſta,reſeruatio,ita Rebuff.
in prax.benefic.tit.de reſeruat.tam general.quam,&c.
num.17 Ita in ſimili penſio,quæ non excedit tertiam
60 partem fructuum,ſolet dici†iuſta & ob id in literis ſo-
let apponi,quod penſio tertiam partem fructuum nō
* excedit,& ſeruat ſtylus*curiæ Rom.teſte Gig.de pē.
q.9.ita quando Cardinalis proponit in conſiſtorio ca
thedralem,vel Metropolitanam eccleſiam cum pen-
ſione ſolet dicere cum reſeruatione centum ducato-
61 rum†quȩ cum antiqua non excedit tertiam partem,
&cætera.
* Titulus & denominatio ſolet hodie de*ſtulo reſer
62 uari reſignanti†eccleſiam cathedralem,aut Metropo-
litanam,prout atteſtatur Mandoſ.dict.tracta.de ſign.
gratiæ,verb.fructuum reſeruationes col.1.verſ.titulus
& denominatio,vbi dicit,quod huiuſmodi reſeruatio
nes non multum deuiant à reguli, iuris,immo ego di
co eſſe ſecundum regulam,cum tales retineant ordi-
63 nem,†& dignitatem epiſcopalem,c.1.de ordin.ab epi-
ſcop.qui renunc.epiſcopatui,Socin.Senior conſ.260
in cauſa numero quinto lib.ſecundo, & ita commu-
* niter*ſeruatur.
64 Ita mulier†ingrediens monaſterium retinet titulū,
& denominationem mariti,Lap.alleg.129.nu.6.19.&
26.& argumentum valet de matrimonio carnali ad
ſpirituale.
Vnde etiam poſtquam renunciauit poteſt appella-
ri epiſcopus,ſed ad hoc vt poſſit dici epiſcopus loci
65 renunciati†neceſſe eſt,vt ſpecialiter reſeruetur deno-
minatio,in conſiſtorio,& ita vidi reſeruari, vt dicam
infra ſuo loco.
Et non omittam,Quod reſignans reſeruatis fructi
66 bus propria auctoritate percipiendis† poteſt dare de
attentatis poſt reſignationem ratione ſui intereſſe,
Cott.deciſ.137.in manuſcr.

## SECVNDAE QVAESTIONIS.

### SVMMARIVM.

1 *In reſignatione beneficij,vt plurimum reſeruatur pen*
*ſio.*
2 *Penſio ex cauſa poteſt imponi beneficijs.*
3 *Cap.1.vt eccl.benef.&c.declaratur.*
4 *Tres ſunt licitæ penſiones.*
5 *Penſio odioſa eſt.*
6 *Penſio imponit ſeruitutem beneficio.*
7 *Penſio datur ex cauſa lucratiua,vel oneroſa.*
8 *Penſio quando apponatur ex cauſa alimentorum.*
9 *Cauſa alimentorum dicitur pia.*
10 *Penſio ex cauſa oneroſa quæ.*
11 *Reſignatio iuſtam præbet ca uſamm imponendæ pen-*
*ſionis.*
12 *Penſio reſeruata ne ex ceſſione nimium diſpencium,*
*reſignans patiatur ſuccedit loco beneficij.*
13 *De penſione facienda eſt mentio in impetratione be-*
*neficij.*
14 *Priuato reſeruatur penſio vt viuat.*
15 *Penſio reſeruata reſignanti ſapit vim permutationis.*
16 *Penſio ſoluitur anno quolibet.*
17 *Penſio appoſita pro concordia iuſtam habet cauſam.*
18 *Penſio poteſt imponi ratione permutationis.*
19 *Super commenda penſio imponi poteſt.*
20 *Penſio imponitur ſuper beneficio tertij, & etiam pro*
*tertio.*
21 *Parochiali non excedenti c. ducatos non imponitur.*
*penſio.*
22 *Rector tenetur iura epiſcopalia ſoluere.*
23 *Penſio ſuper beneficio tertii non paſſim conceditur.*
24 *Penſio vſque ad quam quantitatem.*
25 *Probatio quod centum remanent pro rectore debet*
*eſſe concludens.*

26 Beneficio ſimplici quæ penſio imponatur.
27 Super beneficio non excedente 24.duc.non ſolet impo ni penſio.
28 Super canonicatu nō excedente centum,non imponitur penſio.
29 Penſio quandoque ponitur ſuper diſtributionibus quotidianis,licet ſecus regulariter.
30 Diſtributiones quotidianæ non ſunt fructus.
31 Decima Papalis non ſoluitur de diſtributionibus quotitidianis.
32 Penſio imponitur ſuper maſſa graſſa.
33 Penſio an cenſeat impoſita ſuper fructibus ordinarijs
34 Sub verbo iuribus &c.comprehenduntur omnes redditus.
35 Epiſcopatus antiquo tempore non grauabantur penſionibus.
36 Epiſcopatus non grauantur penſione niſi ex cauſa.
37 Derogatio Concilij Lateranen.debet fieri expreſſe.
38 Clauſula non obſtantibus non tollit conſtitutionem cōciliarem.
39 Rex Catholicus grauat epiſcopatus vſque ad tertiam partem.
40 In reſeruatione penſionis debet fieri mentio de alia penſione.
41 Penſio reſeruata non facta mentione primæ eſt nulla.
42 Reſignans non tenetur ad penſionem.
43 Papa nō præſumitur grauare eccleſias duplici onere.
44 Teſtator non præſumitur grauare hæredem duplici onere.
45 Subreptio vitiat.
46 In ſecunda impoſitione pedagij facienda eſt mentio de prima.
47 In impoſitione etiam penſionis temporalis facienda eſt mentio primæ perpetuæ.
48 Penſio reſeruata abſque mentione primæ eſt nulla,etiam ſi reſeruatarius id ignoraret.
49 Annullata penſione,quia nō fuit facta mentio de prima,non datur regreſſus.
50 De prima penſione nulla non eſt facienda mentio in reſeruatione ſecundæ.
51 Nulla non præſtant impedimentum.
52 De penſione non acceptata non eſt facienda mentio.
53 Cogitatio Papę in genere ſufficit & n.59.
54 Expreſſū dicitur quod continetur ſub generalitate.
55 Expreſſum dicitur quod colligitur ex vi verorum.
56 Dictio alia refertur ad ſimiles.
57 Actus debet ſuſtineri.
58 Nulla eſt penſio excedens medietatem contra clauſulam.
59 Volens annullare penſionem debet probare exceſſum vltra medietatem.
60 De penſione prima extincta non facienda mentio.
61 Penſio eſt nulla ope exceptionis.
62 Nullitas ipſo iure non datur niſi imponatur.
63 Pæna ipſo iure non inducitur niſi exprimatur.
64 Reſignatis duobus beneficijs impoſitaque penſione ſuper illis videtur pro rata conſtituta.
65 Penſionarius tenetur in primo ſemeſtri gratiam verificare.
66 Dicens pēſionem excedere medietatem debet hoc probare.
67 Iuſta conſcientia poteſt quis renunciare & obtinere reſeruationem penſionis.
68 Renunciatio debet eſſe libera.
69 Papa tollit vitium ſimoniæ.
70 Tractatus de renunciando cum penſione non eſt ſimoniacus.
71 Quotidie fiunt renunciationes cum conditionibus.
72 Pactio firma prohibetur in beneficialibus.
73 In tractatu renunciandi bonum eſt remittere omnia Sanctiſſimo,&c.
74 Reſignatio cum pacto nulla,niſi Papa approbet.
75 Pecunia non poteſt dari pro beneficio.
76 Cum reſignatio eſt nulla,penſio quomodo eſt inualida
77 Penſio reſeruata ex falſa cauſa eſt nulla.
78 Collatio non recipit conditionem.
79 Conditio nihil ponit in eſſe.
80 Papa & non partes poſſunt validare penſionem nullam.
81 Super penſione litteræ ſunt expediendæ.
82 Pēſio reſeruata inhabili abſque diſpēſatione eſt nulla.
83 Penſio reſeruata minori non facta mentione ætatis eſt nulla.
84 Penſionis materia odioſa eſt.
85 Beneficiarius debet conſentire penſioni.
86 Subreptio in caſibus a iure expreſſis.
87 Prouiſio beneficij familiaris facta abſque cōſenſu Cardinalis valida eſt.
88 Penſio annullatur reſeruata abſque conſenſu habentis regreſſum,cum locus ſit regreſſui.
89 Papa non cenſetur velle derogare tertio.
90 Pater in feudalibus non poteſt præiudicare maſculis.
91 Alienatio rei ſubiectæ reſtitutioni eſt nulla adueniente caſu reſtitutionis.
92 Motus proprius non operatur in præiudicium tertij.
93 Penſio reſeruatur de conſenſu habentis regreſſum.
94 Succeſſor tenetur ad penſionem impoſitam ex cauſa reſignationis.
95 Acceptans beneficium,obligatur ad onera ipſius.
96 Pro penſione datur perſonalis & hypothecaria actio.
97 Succeſſori ſunt intimandæ litteræ penſionis.
98 Penſio eſt onus reale vt decima.
99 Succeſſor tenetur ad penſionem etiam ſi nihil fuerit de eo expreſſum.
100 Penſio ex fructibus.
101 Non percipiens fructus ex incurſione hoſtili non tenetur ad penſiones.
102 Hæres defuncti an teneatur pro penſione decurſa.
103 Penſio quando incipiat currere contra ſucceſſorem.
104 Verba clara non egent interpretatione.
105 Cedens reſeruatarius penſionis docere debet de iure certo.
106 Cedens non tenetur docere de iure ceſſo reſpectu reſignatarij.
107 Exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi non tenetur verificare narrata.
108 Filius prohibetur habere beneficium patris.
109 Fraus legi non debet fieri.
110 Pater poteſt reſignare beneficium,& reſeruare penſionem pro filio.& nu.12.
111 Argumentum de toto ad partem non procedit cum adeſt diuerſa ratio.
113 Penſio extinguitur morte.
114 Penſio eſt onus temporale.
115 Penſio extinguitur per contractum matrimonij.
116 Reſeruatio penſionis datur ingredienti monaſterium quandoque.
117 Nemo admittitur ad profeſſionē niſi elapſo anno probationis.
118 Regulares proprie ſunt qui emittunt tria vota.
119 In militaribus religionibus non fit vera profeſſio.
120 Hieroſolymitani comprenduntur ſub cap.15.ſeſſ. 25. de regul.

121 Ex



121 Ex promotione ad eccleſiam cathedralem extinguitur penſio.
122 Promotis quandoque datur retentio penſionis.
123 Penſio caſſatur ſola voluntate penſionarij.
124 Penſio extinguitur per ſupplicationem quando fit anticipatis ſolutionibus,& num.128.
125 Penſio extinguitur translatione.
126 Penſio minuitur ob contributiones.
127 Reſignatarius non tenetur ad penſionem reſignato beneficio.
128 Penſio non poteſt redimi ſine auctoritate ſuperioris.
129 Penſio non poteſt reduci ad minorem ſummam dato aliquid inſcio Papa.
130 Cauſæ quatuor ex quibus imponatur penſio.
131 Papa poteſt ſine cauſa, & ſine conſenſu beneficiati penſiones reſeruare.
132 Penſio in Gallia ex tribus cauſis admittitur.
133 Habens penſionem ſine cauſa in foro conſcientiæ non eſt tutus.
134 Ordinarius an poſſit imponere penſionem cum cauſa.
135 Penſio datur libera,&c.
136 Penſio ſoluitur in Natiuitate Domini Noſtri,& Sācti Io.Baptiſtæ.
137 Penſio ſoluenda eſt in loco deſtinato.
138 Beneficiatus non ſoluens pēſionem excommunicatur & priuatur.
139 Excommunicationi beneficiati,eſt locus,uolente penſionario.
140 Regreſſus reſeruatus ex non ſolutione penſionis debet per iudicem canonizari.
141 Iudex non poteſt canonizare regreſſum niſi principali fuerit facta intimatio.
142 Laico poteſt reſeruari penſio cum clauſula quam primum clericali charactere,&c.
143 Penſio quando reducenda.
144 Penſio pro parte qua excedit,reducitur, & non annullatur.
145 Penſio an ſoluenda poſſeſſione habita, vel non habita.
146 Beneficiatus debet ſoluere pēſionem, etiam ſi fructus non percipiat,quando fuit reſeruata poſſeſſione habita,vel non habita.
147 Non habens poſſeſſionem liberam, non tenetur ad decimas Papales.
148 Non percipiens fructus per duos vel tres annos,non tenetur ad penſionem.
149 Reſignans quando teneatur ad cautionem banchariam.
150 Cautio bancharia quid.
151 Obligatio in forma Cameræ,ad quid.
152 Penſio reſeruata ex triplici reſignatione an ſit nulla.
153 Mota lite ſuper penſione ponitur clauſula ſine retardatione.
154 Porrectio ſupplicationis non perficit gratiam.
155 Reſignatarius debet conſentire penſioni.

SEcundo quæro,an fiat reſignatio reſeruata penſione,& qua quantitate, & cum quibus clauſulis, ac quando extinguatur? Reſpond. Quandoque & vt plurimum in reſignatione be-
1 neficij reſeruari† penſionem,vt in caſibus,Creſcent.deciſ.105.& 173.lib.1.& deciſ.234. libro 2.in recollect.manuſcr.Peregr.deciſ.170.libr. 1. Moedan.deciſ.164.& 234.lib.diuerſ.deciſ.54.112.& 279.in manuſcr.Caputaq.deciſ.300.305.& 313. par. 2.Put.deciſ.97.lib.2.Gambar.deciſ.12. penſio in ma
* nuſcr.&*communiter doct.
Quamuis enim beneficia eccleſiaſtica ſine diminutione non ſint conferenda c.1.vt eccleſiaſtica benef.
2 ſine dimin.tamen ex cauſa licita, † & honeſta, poteſt imponi penſio ſoluenda ex redditibus beneficij c. ad audientiam 2.vbi Abb.& Fel.num.2.verſ.ſecunda cōcluſio & alij omnes de reſcrip.c.quamuis de præb. in 6.ca.niſi eod.tit.extr.cap.conquerente de cleric.non
3 reſident.nam illud decretum† Innocentij III.de quo in d.cap.1. loquitur ne collator reddituum partem quaſi paciſcendo ſibi reſeruet,& ea ratione beneficia cum diminutione conferantur,ita Campeg. de penſ. num.2.interpretatur.
4 Et ideo tres† eſſe ſpecies licitarum penſionum tradit Gig.de penſ.q.3.num.1. Inficiari tamen non po-
5 teſt,quin penſio† odioſa non ſit,Sarn.de infir.reſign.
6 q.16.nam dare penſionem eſt† imponere ſeruitutem beneficio,Caccialup.de penſ.q.8.Paul.Rom. & Gig. eod.tract.ille in 8.& vlt.quæſit.num.22.iſte q. 96.nu. 1.cum ſeq.Caputaq.deciſ.303.num.10.
In curia autem hodie duobus modis datur penſio,
7 vel ex cauſa† lucratiua,vel ex cauſa oneroſa, ex cauſa lucratiua datur,cum vacante beneficio,vni illud confertur, & alteri datur penſio ſoluenda de fructibus eiuſdem beneficij,vt commodius ille,in cuius fauorē
* reſeruatur,ſuſtentari valeat,& ita*practicari tota die videmus,& atteſtatur Gig.d.q.3.nu.4.cum hac clauſula.N.vero,vt melius ſuſtētari valeat, de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere,& ſpecialem gratiam facere volentes,penſionem, &c.vt atteſtatur Mandoſ. tract.de ſignat.grat.tit.penſiones col. 2. verſ. penſio
* aut conceditur,&c.& hanc eandem clauſulam* paſſim apponi atteſtatur Horat.Mandoſ.in addit.ad Roman.conſ.388.in lit.c.& dicta clauſula operatur,vt pē
8 ſio† cenſeatur appoſita ex cauſa alimentorum pro alimentis prouiſis de illa,Rom.d.conſ.388.in cauſa nu. 3.& 5.Gabr.conſ.191.num.4. vol. 2. Gig.de penſ.q. 51.& ſeq.Mandoſ.de infir.q.11.num.6.& ſic pro cau
9 ſa pia,cum cauſa alimentorum dicatur† pia,Dec.conſil.72.ſub num.2.& conſ.120.num.4.Gig.d.tract. de
* penſ.q.96.&*communiter DD.
10 Ex cauſa† oneroſa datur penſio,vel propter extinctionem litis,vel propter reſignationem beneficij fa
* ctam in fauorem alicuius,& ita*fieri tota die experimur,& tradit Gamb.de auct.legat.a later.tit.de penſ. num.308.& ad cognoſcendam cauſam oneroſam inſpiciendum eſt an renuncians dimiſerit poſſeſſionē beneficij reſignati,nam tunc eſt oneroſa,ita ſolet iu-
* dicare Rot.*teſte Gamb.dict.tit.num.152.Quæ penſio aſſignata reſignanti licita,& iuſta iudicatur, cum
11 † reſignatio iuſtam cauſam inducit imponendæ penſionis,vt tradit Gamb.dict.tract.& tit. de penſ. num. 98.99.& num.146.cum ſeq.& num.194.Gig.de pēſ. q.4.num.2.& q.19.Marius Anguiſſola conſ.20.num. 15.Namque datur cauſa exiſtente, ne ex reſignatione nimium diſpendium patiatur,Anchar.conſ. 226. Card.Alex.in c.2.ſub num.5.1.q.3.Fel. in c.ad audiētiam el 2.num.2.verſ.exemplifica, de reſcrip. Gamb. & Gig.locis cit.Caccialup.tract.de penſ.q.19.Put.deciſ.342.343.& 389.lib.1.quæ ratio colligitur ex c.ſuper hoc de renunc.vt tradit Mandoſ.dict.tract. ſign. tit.penſiones col.3.in prin. & ideo paſſim ſolet apponi in ſupplicatione,& litteris clauſula. Ne N. ex reſignatione ſeu ceſſione huiuſmodi nimium diſpendiū patiatur,&c.vt tradit Gamb.dict.tit.de penſ.nu.308.

& Man-

& Mandoſ.loco citat.col.4.verſ. in ſupplicatione,'&
ita etiam hodie obſeruatur,nam hæc ſunt verba,quæ
communiter ſolent apponi in ſupplicatione N. vero
oratori præfato,ne ex reſignatione ſua huiuſmodi ni
mium diſpendium patiatur, de alicuius ſubuentionis
auxilio prouidentes penſionem annuam ab omni de
cima papali charitatiuoque ſubſidio ordinario,& ex-
traordinario,& quocunque alio onere,quauis etiam
Apoſtolica auctoritate,& ex quacunque quamuis vr
gentiſſima,& hic neceſſario exprimenda cauſa,etiam
pro fabrica baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe
Cruciata ſancta & tam offenſiua quam defenſiua ex
peditione contra Turchos, & alios infideles ſanctæ
catholicæ fidei etiam ad Imperatoris,Regum,Ducũ
& aliorum quorumcunque inſtantiam canonice, &
de facto nunc & pro tempore impoſitis,& imponen
dis,etiam ſi impoſitionibus huiuſmodi pro tempore
caueatur expreſſe,quod penſionarij pro rata penſio-
num ſuarum quantumuis exemptarum contribuere
teneantur,ac etiam belli,peſtis,grandinis,incẽdij, ſic
citatis,tempeſtatis, inundationis,deprædationis, ac
cuiuſuis alterius amiſſionis fructuum, & ab omni
incurſu militum, & a quibuſuis alijs inexcogitabili-
bus,& inſolitis caſibus,& euentibus pro tempore cõ
tingentibus liberam immunem,& exemptam cẽtum
ducatorum ſuper dictæ eccleſiæ fructibus & redditi
bus,& prouentibus,&c.
* Et ideo* receptum eſt,huiuſmodi penſionem re-
ſeruatam,ne ex ceſſione nimium diſpendium patia-
12 tur,ſuccedere loco†beneficij,Gig.de penſi.q.56.Al-
fonſ.Hoied.de incompat.benef.par.1.c.4.num. 4.nã
que hoc caſu vere eſt extracta, & dependet a benefi-
cio iuxta ea quæ ſcribit Caccialup.de penſ.q.1.Card.
in clem.1.§.1.q.3.& Imol.col.3.de ſupplend. prælat.
neglig.Mandoſ.de ſignat.grat.tit. fructuum reſerua-
13 tiones col.4.verſ.clauſula;ideo de ea facienda†eſt mẽ
tio in impetratione beneficij,Cald.conſ.30.in fin.de
præb. Compoſt.& Innoc.in c. poſtulaſti de reſcript.
Oldrad.conſ.81.col.1.Gig.de penſion.q.67. num.4.
Socc.Sen.conſ.260.col.1.lib.2.Ber.in c.ſuper litteris
num.72.verſ.14.de reſcr.Menoch.de arbit.iudic.caſ.
14 201.num.51.Ita etiam & priuato beneficijs † ob de-
merita reſeruatur penſio,vt de illa viuat,quæ ſuccedit
loco beneficij,vt tradunt Specul.in tit. de diſpenſ.§.
nunc ſequitur verſ.54.Berth.quem refert & ſequitur
Gamb.dict.tit.de penſion.num.148.Campeg.in ſuo
tract.penſion.num.3.& damnato in conc.77. epiſco
porum Policronio epiſcopo Hieroſolymitan. pro-
pter nonnullos perpetratos exceſſus, patres concilij
conſtituerunt ei tria prædia, quorum fructus eſſent
ad ſui ſuſtentationem,vt habetur in primo tomo cõ
cil.fol.325.& hac ſumpta occaſione Campeg.loco ci
tato oſtendit ex pluribus auctoritatibus aſſignationẽ
penſionis fuiſſe obſeruatam etiam ab antiquis patri
bus,dummodo ex cauſa,&c.
Hinc etiam ſcribit Ptolom.deciſ.13. in manuſcri.
quod huiuſmodi penſiones reſeruatæ reſignantibus
15 ſapiunt quodam modo†ſpeciem permutationis,cum
detur beneficium,& recipiatur pẽſio,Put.deciſ. 346.
lib.1.ex cuius fructibus reſignans poterit viuere,cum
16 anno quolibet†ſoluatur,l.ſed,§.1.§.ſed ſi dominus,§.
ſi quis cum alijs ff.locat.Rebuff. de pacif. poſſeſſ. nu.
91.facit l.prædiorum ff.de vſur.c.conſtitutus de reli-
gioſ.domib.Ita & etiam iuſtam habet cauſam impo-
17 ſitio penſionis ex cauſa†concordiæ:nam fit pro bo-
no pacis, cap. niſi eſſent, circa medium ibi *probatio
pacis* de præbend. Felyn. in capitulo ad audientiam
columna ſecunda, de reſcrip.
18 Ita & illa quæ † aſſignatur in permutatione ratio-
ne inæqualitatis, quia tunc poteſt imponi penſio ſu-
per maiori,aut pinguiori,cap.quæſtiones de rer.per-
mut.Anch conſ.176.Dec. conſ.141. ad plura col. 2.
in princip.
Et hæc procedunt tam in reſignatione beneficij
19 quam commendæ,† cui etiam penſio imponi poteſt,
Præpoſit.in c.2.num.3.& 5.1.q.3.Anan.in c. non ſa-
tis col.2.de ſimon.Gamb.de auctor.legat.tit. de pen
ſion.num.154.
Et reſignanti aliquando reſeruatur pẽſio ſuper eo
dem beneficio, quod habet locum quãdo beneficiũ
poteſt recipere onus,quando vero non, vt in caſibus
ſequentibus, tunc vel volens reſignare permutat vel
20 reſignat†in fauorem N.impoſita penſione ſuper alio
beneficio N.vel ſuper beneficio tertij,vt fuit conſide
* ratum in*Rot.in vna Archidiaconatus 4.Iulij 1564.
vt habetur lib.1.recollect.per Orad.titu. de penſion.
in manuſcr.& quandoque imponitur penſio pro ter
tio,vel partim in fauorem reſignantis, & partim in
fauorem tertij, vt tradit Mandoſ. dict.titul.de penſ.
colum.3.
Quando autem reſignatur parochialis, ſi valor il-
21 lius non excedit † centum ducatos, non imponitur
penſio,vt ſtatutum eſt in Concil.Trid.ca.13.ſeſſ.24.
* de reform.& de ſtylo * atteſtatur Ant.Auguſt.deciſ.
1,lib.2.de procur.in manuſcr.& ratio eſt, quia paro-
chialis non debet ita grauari, vt illius rector non poſ
22 ſit ex eius redditibus viuere,& iura † epiſcopalia per-
ſoluere,cap.vacante,cap.cum cauſam,& c. de mona-
chis,& ibi Abb.in 3.& 4.not.de præben. Idem Abb.
in cap.conquerente colum.2.de cler.non reſid. vnde
vel ſolet reſignanti reſeruari penſio ſuper alio bene-
ficio reſignatarij, vel ſuper beneficio tertij: ita de
* 23 ſtylo * fieri videmus:penſio autem † ſuper beneficio
tertij non de facili conceditur ob fraudes quæ fieri
poſſent.
Si vero parochialis valet vltra centum ducatos,pẽ-
ſio ſolet conſtitui pro quantitate qua excedit dictam
24 ſummam,&† hoc menti tenendum eſt,quia antiquo
tempore non habebatur hæc ratio,ſed imponebatur
penſio vſque ad tertiam partem reddituum in omni
bus beneficijs,& iudicabatur iuſta penſio,Paul.Ro-
man.de penſion.ca.1.num.6.Caccialup. & Gig.eod.
tract.ille quæſt.7.& iſte q.9.& apponebatur clauſula,
dummodo tertiam partem non excedat,vt tradit Re
buff.in prax.in tit.de reſeru.tam general. quam, &c.
num.31.& iam num.19.dixerat hanc eſſe iuſtam, &
25 probatio, quod † centum remaneant pro rectore li-
beri,debet eſſe concludens, vt fuit reſolutum in Ro
* ta*in vna Cluſina penſionis coram Illuſtriſſimo Car
dinale Lancellotto die 9. Nouembris 1573. Si ve-
ro reſignatur beneficium ſimplex,ſolet concedi re-
26 ſignanti penſio,quæ non excedat medietatem, † &
quæ non excedat tertiam partem,Paul.Roman.ca.1.
num.6.de penſ.
* Hodie autem de* ſtylo datur in his regulariter vſ-
que ad medietatem.
27 Et ſi beneficium†non excedat redditum 24.duca.
non ſolet imponi penſio,vt tradit Mandoſ.d.tit.pen-
ſiones,colum.4.verſ.ſuper parochiali, vbi hoc etiam
ſcribit in dignitate:verum ego vidi contrarium ſer-
uari tempore Sixti V. nam fuit ſuper beneficio data
penſio, quamuis fructus non excederent 24. Si au-
tem reſignatur Canonicatus aut ſimilis dignitas,
28 non conceditur † penſio,niſi redditus ſint vltra cen-
tum



tum ducatorum,& pro quantitate,qua excedit dictã
ſummam,& ita mihi retulit Illuſtriſſ. Card. Coſenti-
nus pro Datarius ſibi ordinatum fuiſſe a Sanctiſſimo
D.N.Six.V.
Et hic aduertendum,quod aliquando exprimitur
præbenda valere triginta, diſtributiones quotidianæ
29 centum,& ſolet tunc concedi penſio 30.aut 50.†& ſic
diſtributiones quotidianæ computantur,cum clauſu
la.etiam ſi in ſolis diſtributionibus quotidianis,& nõ
niſi præſentibus,& diuinis officijs intereſſentibus da
* ri per eos lucrari ſolitis,& conſuetis,& ita vidi * alias
ſeruari,ſicuti etiam tradit Mandoſ.dict.titu. penſio-
nes col.8.verſ.penſiones,quod etiam valde notandũ
& quia regulariter penſio ſuper diſtributionibus quo
tidianis non conſtituitur,Oldrad.conſ.117.Io. Andr.
in rubri.de conceſſ.præben. Felyn.in c.ad.aures verſ.
13.concl.de reſcrip.Rot.deciſ.134.in nou. & 766.in
antiqu. nam penſio ſoluitur de fructibus, & † diſtri-
30 butiones quodianæ non ſunt fructus,not.in c. vnico
de cleric.non reſiden.lib.6.Lap. alleg.43.Dec. conſ.
280.in caſu col.1.ita Gamb.de aucto.leg.li.6.de pen
ſion.num.17.
31 Hinc de diſtributionibus† quotidianis nõ ſoluitur
decima Papalis,Gemin.conſ.85. Mar. Mant. conſ.1.
& ita regulariter fieri*hodie atteſtatur Mandoſ. loc.
cit.
Et quando conceditur penſio ſuper diſtributio-
nibus quotidianis, apponitur clauſula ſupra relata,
et iam ſi in ſolis diſtributionibus, &cæter.quæ clau-
ſula inclu dit etiam diſtribution es,quæ dantur illis,q
horis interſunt,vt late concludit Mandoſ.dict. tract.
ſignant.grat.tit.penſiones col.9.verſ.clauſula præmiſ
ſa.Hinc fructus canonicatus Toletan. exprimuntur
24.& imponitur penſio 500.ducat.vt tradit Arago.
deciſ.38.
32 Imponitur†etiam pẽſio ſuper maſſa groſſa,ac alijs
redditibus cõmunibus,qui diuiduntur inter eos, qui
* interſunt certis temporibus,vt de ſtylo*fieri & con-
cedi quandoque videmus de gratia.Et hoc etiam eſt
notandum, nem neque poteſt imponi penſio ſuper
his redditibus,vt tradit Gamb.dict.tract.de penſion.
nu.24.vbi refert fuiſſe deciſum*per Rot.in vna cano
* nicatus ſancti Petri,quod vbicunque requiritur cer-
tum ſeruitium ad conſequendum fructus,ſuper illis
non poſſit conſtitui penſio,&c.
Hinc alias fuit reſignata præpoſitura.impoſita pen
ſione,puta centum, ſuper redditibus prouentibus
33 iuribus obuentionibus †vniuerſis dictæ præpoſituræ
cum clauſula,quæ medietatem non excedat,&c. Sed
quia fructus ordinarij ſunt tanti valoris,vt penſio ex
cedat medietatem ipſorum,ideo fuit dubitatum, an
hæc penſio eſſet nullla, vel reducibilis, tanquam non
cenſeatur impoſita,niſi ſuper fructibus ordinarijs ?
* Fuit tentum*coram Oradino die 3. Ianuarij 1559.
in vna Aug.præpoſituræ,vt habetur in li.diuerſ.dec.
34 294.pro validitate penſionis propter illa†verba Iuri-
bus obuentionibus vniuerſis,de quorum natura eſt
comprehendere omnes redditus cuiuſcunque qua
litatis ſint, Abb.in c.ad audientiam il 2.n.de reſcript.
Si uero renunciatur eccleſia cathedralis,vel metro
politana, imponitur penſio ſuper illius menſæ fructi
bus,ſi illorum valor excedat ducatos mille,vt ſtatuitur
in Conc.Trident.ca.13.ſeſſ.24.de reform.§. *Ad hæc
in poſterum omnes hæ cathedrales eccleſiæ, quarum
redditus ſummam ducatorum mille, & parochiales
quæ ſummam ducatorum centum,ſecundum verum
annuũ valorem non ex cedunt,nullis penſionibus,aut
reſeruationibus fructuum grauentur*.idque eſt in*viri-
* di obſeruantia,alias requireretur derogatio ſpecifica
iuxta ea,quæ ſcribit Put.deciſ.494. lib.2.ſed optimũ
erit non aperire viam hanc, vt epiſcopatus in quan-
tum fieri poteſt minus grauentur,& ut epiſcopi viue
re poſſint iuxta conditionem ſuam.
Hinc antiquo tempore non niſi ex magna,& ra-
35 tionabili cauſa epiſcopatus †menſæ grauabantur pen
ſionibus,vt tradunt Pau.Rom.& Gig.de penſion.iſte
q.7.in princ.ille.c.1.nu.1.in 1. cauſ.
Hinc etiam bene fuit ſtatutum in Conc.Lateran.
ſub Leone.X.vt menſæ epiſcopales non grauentur pẽ
36 ſionibus,niſi ex cauſa†reſignationis, vel etiam alia
quę in conſiſtorio ſecreto licita,honeſta & probabi-
lis habita fuerit. Vnde Papa,quando imponit penſio-
nem ſuper ẽpatib.vacãtib.p obitum ſolet derogare
Conc.Lateranen.& quidem ſpecifica requiritur† de-
37 rogatio,Creſcent.deciſ.237.in manuſcr. namque nõ
ſufficeret clauſula generalis, *non obſtantibus cõſtitu
tionibus,&c.*Illa enim non tolleret†conſtitutionem
38 Conciliarem.c.ex parte de capell.monach.c. nonulli
* & ibi*omnes,& c.eam te de reſcrip.Archid.in c.1.de
conſtit.lib.6.Dec.in cap.1.in 1.lect.nu.2.de iudic.Io.
Selua de benef.par.3.q.11.num.31.niſi vltra dictam
clauſulam generalem appareat de certa ſcientia Pa-
* pæ ex alijs vt fuit per maiorem partem*reſolutum in
Rot.in vna Maioricen.parochialis de ſua decima die
3.Octobris 1546.coram Illuſtriſſimo Card. ſanctæ
Crucis,teſte Put.deciſ.494.lib.2.Magis conſultũ eſt
derogare in ſpecie,nam vidi quandoque ex hoc an-
nullari dictas penſiones reſeruatas ſuper menſa epi-
ſcopatuum ſine cauſa.
Rex vero Catholicus in epiſcopatibus, in quibus
39 habet ius patronatus,†ex priuilegio,vel alia cauſa ſo-
let illos grauare vſque ad tertiam partem, & ideo in
ſchedulis conſiſtorialibus Cardinalis, qui proponit
eccleſiam,dicit.Supplicatur pro expeditione cum re-
ſeruatione penſionis annuæ in fauorem perſonæ N.
vel nominandi,&c.quæ vna cum antiquis non exce-
dit tertiam partem.
Et licet verba,& ratio dicti Conc.Lateranen. pro
hibentis ſuper eccleſijs cathedralibus penſiones im-
poni,videantur comprehendere etiam non conſiſto-
* rialia,tamen*ſtylus & conſuetudo curiæ contrarium
ſeruat,vt refert Caputaq. deciſ.177.p.1.qui dicit ſe-
* cundum hunc ſtylum fuiſſe*iudicatum in vna Breua
ren.penſionis 5.Decembris 1551.ex quibus collige,
quod penſio moderate debet imponi,& ſemper de-
bet etiam haberi ratio,an beneficia ſint alijs penſioni
bus grauata,vt tradit Campeg.dict. tract.de penſ. &
* fieri notiſſimus*ſtylus oſtendit.
* Ideo*inoleuit vſus,vt debeat fieri mentio de prima
penſione,& de alio onere in reſeuatione ſecundę etiã
40 ex cauſa reſignationis†Gamb.de auct.leg.a lat.tit. de
penſion.num.226.cum ſequent. Caputaq. deciſ.47.
lib.1.in manuſcr.& neciſ.311.num.4.& 312. num.1.
par.2.Mandoſ.de ſignat.tit.penſiones col.7.verſ. ſup
poſuimus,Creſcent.deciſ.237.in manuſc.Card.Pariſ.
conſ.5.num.134.vol.4.
Hinc eſt,quod penſio ſecundo loco reſeruata, ſi
41 non fiat mentio de prima penſione† valide reſeruata
eſt nulla,Caſſad.deciſ.3.de penſion.Gig.de penſion.
q.29.Mocdan.259.Caputaq. deciſ.77.lib.2. & deciſ.
301.in principio.& deciſ.312.num.2.p.2. Fab. deciſ.
* 36.lib.2.& hoc ſeruat*Rot.vt atteſtatur Aragon.de-
* ciſ.41.Toletan.in manuſcr.& ita fuit*reſolutum etiã
in penſione reſeruata ex cauſa reſignationis, vt ſit
nulla

nulla non facta mentione de prima,in vna Iſpalē. be-
neficij die 10.Iunij 1542.teſte Moedan. deciſ.214.
penſio,in manuſcrip.in qua etiam dicta die fuit ten-
* tum,* vt atteſtatur idem Moedan.quod iſte qui reſi
gnauit†nulliter non tenetur ad penſionem, ſed reſi-
42 gnatarius poſſidens,licet non bene,ad not.per Bart.
in l.quæro ff.de vſufru.leg.Bart.in l.1.C.de ann. & tri
but.lib.10.nam poſſeſſor tenetur, & reſignans cum
deſierit poſſidere non habetur pro poſſeſſore.
Papa enim non intendit,nec velle præſumitur ec-
43 cleſiam duplici†onere grauare,c.mandatum, & cap.
litteris de reſcript.c.duobus eo.ti.lib.6.ſicuti teſtator
44 non præſumitur † grauare hæredem duplici onere l.
Titio teſtamentum §.in vitam ff.de leg.2.l.lege vxo-
rem §.in teſtamento de legat.3.& ſi difficilius impo
neret , vel non imponeret , & ſic ratione ſubrep-
tionis eſt nulla , nam illa qualitas potuiſſet mouere
45 papam ad non concedendum,†ideo non expreſſa vi-
obligatur tamen illam renouare,ad quod tenetur,ni
ſi reſignet,nam tunc cum non teneatur ad ſolutionẽ
penſionis,nec ad præſtationem,& renouationem bã
chariæ cautionis tenebitur,ita*cõcluſum fuit in vna
Grationopolitan.penſionis coram Rauellen.die 2.Ia
nuarij 1539.teſte Moed.deciſ.295.incip. Grationo-
politan.teſte etiam Mandoſ.di.tit. penſiones col.12.
verſ.reſignans.
151 Et huiuſmodi obligatio†in forma Cameræ datur
ad efficaciorem cautionem, & faciliorem ſolutionẽ ,
Burſat.conſ.361.lib.4.Galleſ.in trac.de form.cam.1.
par.q.1.& q.2.num.8 & pẽſionarij intereſt plures ha
bere obligatos,Put.deciſ.11.num.11.lib.1.

Solet de ſtylo apponi clauſula non obſtãtibus qui-
buſcunque,&c.Put.deciſ.263.lib.2.

Et penſio reſeruata,quia Thomas reſignauit in fa
uorem Michaelis in manibus Papæ, & Michael in fa
152 uorem Hieronymi,& Hieronymus†in fauorem Gre
gorij,non dicitur nulla,vt fuit reſolutum*in Rot.die
4.Decembris 1551.in vna Oxomen. Parochialis de
Cauallis coram Guido Bono , teſte Caputaq. deciſ.
314.libro 2.

Et quoties mouetur lis ſuper penſione ſolet in cõ
153 miſſione apponi†clauſula ſine retardatione penſionis
& tunc durante lite ſoluitur penſio,ac ſi lis non eſſet,
Put.deciſ.35.lib.1.in manuſc.Guido Bon.deciſ.138.
Peregr.deciſ.182.lib.2.Put.deciſ.8. & 21. tit.de pen-
ſion.Staphil.in tract.de litteris gratiæ,& iuſt.fol.154.
verſ.quando vero vtraque,Caſſad.deciſ.10. de reſcri.
& ita fieri ſolitum eſſe atteſtatur Gig.de penſ. q. 35.
& q.85.in princip.

Et hoc eſt commune, * & vulgare in curia, adeo
quod aliquando vidi proponere commiſſiones in ſi-
gnatura gratiæ,in quibus petebatur, vt durãte lite nõ
ſolueretur penſio,& bo.mem.Gregorius XIII. nun-
quam concedere voluit.

Et qui conſenſit reſignationi reſeruata penſione
aut fructibus,poteſt rurſus conſentire antequam re-
ſignatarius conſentiat,ſimpliciter abſque penſione ,
& fructibus, & ex hoc conſenſu ſimplici videtur re-
ceſſum à primo,vt fuit reſolutum in vna*Salamãtin.
canonicatus coram Thoma de Tanis 29. Ianuarij
1543.teſte Put.deciſ.19.de renunc.in manuſcr.& co
ram Rubeo 4. Martij 1560. vt habetur lib. diuerſa-
154 rum deciſ.279.in manuſcr.nam † porrectio ſupplica
tionis non perficit gratiam irreuocabiliter,vt fuit*re
ſolutum in vna Salamantin.decanatus coram Put.te-
ſte eod.deciſ.17.de renunciat.in manuſcr.16.Ianua-
rij 1548. & ideo poteſt alia porrigi, & ſuper ea præ-
ſtari conſenſus,vt fuit deciſum*in vna Placent. cano-
nicatus 19.Octobris 1543.& 23.Ianuarij 1544.
155 Et in reſeruatione † penſionis ex cauſa reſignatio
nis requiritur conſenſus reſignatarij,vt communiter
omnes dicunt,& ita ſeruat ſtylus notorius , vt ſupra
ſcripſi,alias nulla eſt,vt fuit reſolutum in vna * Com-
poſtellan.16.Nouembris 1551.teſte Caputaq.deciſ.
35.lib.3.Poteſt tamen Papa ſine conſenſu dare pen-
ſiones,vt fuit pluries * reſolutum in Rota,& 2. Maij
1586.coram R.P.D.Blãchetto,& dictum eſt ſupra .

## TERTIAE QVAESTIONIS.

### SVMMARIVM.

1 *Reſignatarius non ſoluens penſionem perdit beneficium.*

 2 Regreſ-

2 *Regreſſus ob non ſolutionem quare inuentus.*
3 *Regreſſus ob non ſolutionem fuit inductus ob fauorē penſionarij.*
4 *Regreſſus ob non ſolutionem penſionis hodie dantur.*
5 *Reſignatario recuſante ſoluere intrat regreſſus.*
6 *Regreſſus an detur extra cauſam reſignationis.*
7 *Petente beneficiario annullari penſionem, datur regreſſus penſionario.*
8 *Quando penſionarius poſſit dicere de nullitate, non obſtante clauſula, quod non, &c.*
9 *Clauſula, quod non poſſit dici de nullitate, quomodo intelligatur.*
10 *Prouiſione exiſtente nulla, reſignans poteſt redire ad beneficium.*
11 *Cum locus eſt regreſſus, poteſt apprehendi poßeſſio prima auctoritate.*
12 *Requiritur ſententia declaratoria, vt poſſit apprehendere poßeſſionem, cum locus eſt regreßus.*
13 *In regreßu ob non ſolutionem, non requiritur conſenſus beneficiarij.*
14 *Procurator non dicitur egredì fines mandati, cum facit contigua.*
15 *Elapſis ſeptem menſibus intrat regreſſus ob non ſolutionem.*
16 *Priuatio hominis æquipollet priuationi iuris.*
17 *In Francia non admittuntur etiam regreßus ob non ſolutionem.*
18 *Regreſſus ob non ſolutionem, habet locum etiam contra ſucceſſorem.*
19 *Ex facto mortis ſucceſſor in beneficio non tenetur.*
20 *Volente penſionario ceßat regreſſus, & num. 22.*
21 *Donans, qui non reuocauerit donationem ob ingratitudinem viuente donatario, non poteſt poſtea hoc facere.*
23 *Regreſſus pendet à futuro euentu.*
24 *Pœna caducitatis non habet locum, niſi volente domino.*
25 *Facta declaratione domini, cadit emphiteuta ipſo iure.*
26 *Dominus non poteſt declarare pœnam contra emphiteutam ſecundum, ex facto primi.*
27 *De declaratione conſtare debet explicite.*
28 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*
29 *Pœna ad hæredes non tranſit.*
30 *Regreſſus renunciatur per receptionem penſionis decurſæ.*
31 *Caducitas cenſetur remißa domino recipiente canonem decurſum.*
32 *Dominus recipiens canonem non videtur remittere caducitatem, ſi proteſtatus fuerit.*
33 *Proteſtatio contraria facta non releuat.*
34 *An remißa parte penſionis, ſi beneficiatus ceſſet ſoluere aliam partem, intret regreßus.*
35 *Penſio impoſita ſuper pluribus beneficijs, an ſit locus regreßus contra omnia.*
36 *Vt in tres regreſſus, requiritur iudicis canonizatio.*
37 *Principalis debet intimari in canonizatione regreſſus.*

QVæro tertio, in quam pœnam incurrit reſignatarius, ſi non ſoluat reſignanti penſionem? cõmunis*
1 opinio eſt, vt † perdat beneficium.
nam ex ſtylo * reſeruatur regreſſus ad beneficiũ reſignatum ob nõ ſolutionem penſionis, qui re-
2 greſſus non fuit inductus a iure, ſed ab homine † repertus, vt facilius penſiones ſoluerentur, ita Sarn. de non tollen. iur. quæſit. col. antepen. verſ. 8. modo, Redoan. de ſimon. p. 2. ca. 18. num. 2. cum ſeq. & cap. 19. in princ. Gig. de penſ. q. 99. numer. 18. & reſponſ. 46. Gamb. de auct. leg. a later. lib. 6. de penſ. num. 481. & 495. Put. deciſ. 293. lib. 1. Creſcent. deciſ. 229. lib. 1. Paleott. deciſ. 28. alias 18. Peregr. deciſ. 26. lib. 3. Burſat. conſ. 395. num. 42. vol. 4. qui omnes & alij* communi
3 ter fatentur † inductum ob fauorem penſionarij, inquit Gamb. num. 459. quod inoleuit* practica moderna, vt conſtituant penſiones cum regreſſu, & hæc praxis moderna fundatur in ratione c. ſi beneficia de preben. in 6. & totius tit. de cond. ob cauſ.
4 Qui regreſſus † ob non ſolutionem penſionis etiam hodie dantur, teſte Mandoſ. tract. ſignat. grat. tit. regreſſus col. 8. verſ. regreſſus in prin. & tota die* practicamur. namque in litteris, in quibus reſeruatur pẽſio dicitur. *Nec non dicto N. vel aliquo ex ſucceſſoribus in dicto beneficio in ſolutione dictæ penſionis deficiẽte, ſeu illam ad minorem ſummam reduci, vel inualidari petente, & c. liceat eidem N. liberum habere regreſſum, acceßum, & ingreßum, illiuſque corporalem poſſeſſionem poſſe, vel alium ſeu alios propria auctoritate libere apprehendere*, hunc eſſe ſtylum atteſtatur * Mandoſ. loco proxime cit. & eſſe bonum hunc regreſſum atteſtatur Peregrin. deciſ. 26. libro tertio, in manuſcrip.

Ex quo colligitur primo, quod huiuſmodi regreſſus reſeruatur ex cauſa reſignationis, in euentum qđ
5 reſignatarius recuſet, vel differat † ſoluere penſionem annuam impoſitam ſuper beneficio reſignato, Redoan. dict. c. 18. num. 2. & d. c. 19. num. 1. Gamb. dict. lib. 6. num. 481. Gig. dict. q. 99. num. 22. tract. de penſ. Ratio, ne nimium diſpendium, &c. ita Gig. dict. q. 99. numero 22.

Sed hic cadit dubium, an detur huiuſmodi regreſſus ob non ſolutionem penſionis vltra cauſam reſignationis, vt quia vacet beneficium per obitum, & a Papa imponatur penſio annua ſuper illo beneficio an concedatur huiuſmodi regreſſus hoc caſu in fauorem talis penſionarij? Gig. dict. tract. de penſ. quæſtio. 99. numero 22. ſcriptum reliquit hoc caſu non
6 † dari regreſſus, ſed apponi pœnam priuationis beneficij, & ita eſſe * ſtylum & praxim Romanæ curiæ atteſtatur.

Sed aduertendum eſt, quod in contrarium eſt * ſtylus, vt nouiſſime atteſtatur Mandoſ. dict. tit. regreſſus de ſignat. grat. columna 7. vt etiam hoc caſu paſſim concedatur regreſſus, & acceſſus, & hunc eſſe hodiernum ſtylum tradit Redoan. d. c. 19. num. 1. Quare concludendum, omnibus penſionarij ad ſui fauorem dari huiuſmodi regreſſum.

Secundo, collige quod intrat huiuſmodi regreſſus non ſolum ſi penſionarius non ſoluat pẽſionem, ſed
7 etiam ſi illam petat annullari: nam datur † regreſſus ẽt in hoc caſu, vt tradit Mandoſ. loco citat. & colligitur ex deciſ. 169. lib. diuerſ. in manuſcr. namq; etiam propter hanc cauſam reſeruatur regreſſus quãdo etiam petat reduci ad minorem ſummam, vt habetur in deciſ. 252. lib. diuerſ. in manuſcr.

Vnde iuxta hoc alias fuit propoſitum pulchrum dubium in Rot. coram* R. P. D. Proſpero Sanctę crucis tunc Auditore die 16. Iunij in vna Rom. regreſſus, & acceſſus, quod quidam reſignauit canonicatũ & præbendam ſancti Io. Lateran. Eccleſiæ reſeruatis 24. ducat. penſionis annuę, cum clauſula, quorum medietatem non excedebatur, &c.

Et, cum



Et, cum clauſula, non ſeruante, vel ex quacunque cauſa etiam rationabili deficiente, ſeu penſionem dictam inualidam effici, aut ad minorem ſummam reduci peten. liceat eidem reſignãti ad canonicatũ habere regreſſum, & acceſſum, euenit quod reſignatarius dicebat penſionẽ nullam, quia excedebat non ſolum medietatem fructuum; ſed omnes abſorbebat, quãdoquidem canonicatus ſancti Ioannis non habẽt fructus, ſed omnes conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, & cum eſſet hac ratione per duas ſententias annullata penſio, fuit dubitatum an eſſet locus regreſſui per illas clauſulas? & prima facie videbatur dicendum quod ſic, quia verba ſunt clara, vt non liceat dicere de nullitate, & in claris non eſt opus coniectu
9 ris, cõtrarium tamen fuit † deciſum per omnes* de R. namque a principio poſſeſſio non ſubſiſtebat, cũ penſio excederet medietatem fructuum, nec obſtant verba clara poſita in illa clauſula, quod non liceat allegare nullitatẽ, quia intelliguntur, dummodo nullitas nõ ſit expreſſe Papæ. nam ſi ſecus, &c. Papa vult non eſſe locum prouiſioni, & tandem clauſula illa intelligitur de alijs nullitatibus, præterquam de expreſſis † & quæ ſunt extrinſecæ, Felin. in c. ſignificaſti n. 9. de off. deleg. Alex. conſ. 77. verſ. 6. lib. 1. Socin. conſ. 65. n. 14. li. 1. Dec. conſ. 242. n. 23. Pariſ. conſ. 86. n. 25. vol. 3. Rurſus illa verba poſita in dicta clauſula intelliguntur de exceptione nulla & inualida facto, non autem de iure, ita Iaſ. in l. vbi pactum, col. vlt. ff. de tranſact. Hinc fuit reſolutum in Rot. in vna Romana* acceſſus, quod clauſula, vt non poſſit dici de nullitate, intelligitur de facto non de iure, teſte Oradin. in recollectis deciſ. 5. titu. de clauſul. lib. 1. ſed in hac cauſa fuit rurſus dubitatum, an poſſit repetere ſuum beneficium, & agere
10 ſpolio? fuit concluſum affirmatiuę, * nam cũ prouiſio ſit nulla, poteſt repetere beneficium & agere ſpolio, Creſcent. deciſ. 233. in manuſc. & has deciſ. relatas habes in libro diuerſ. deciſ. 169. in manuſcr. Ex quo nota quod nullitas, quæ colligitur, vt puta per expreſſionem veri valoris, aut aliam ſimilem cauſam nõ excluditur per dictã clauſulam, ſicuti neque excluditur nullitas de iure ex ſupradictis, &c.

Tertio, colligitur, quod ſi petat reduci ad minorẽ ſummam penſionem, intrat regreſſus, & circa hoc dicunt ſecundo, &c.

Quarto, colligitur quod quoties locus eſt regreſſui ob non ſolutionem penſionis poteſt qui habet regreſſum apprehendere † poſſeſſionem per ſe, vel p aliũ
11 propria auctoritate vt colligit ex verbis claris apponi ſolitis in Bulla.

Aduertendũ tamẽ eſt notabiliter, quia non ſufficit lapſum eſſe tẽpus, ſed requiritur ſententia declarato-
12 ria, † quę id declaret, ita in terminis Gamb. de auct. le. a later. li. 6. de penſ. n. 472. per ea, quæ tradit Abb. in c. cũ Bertoldus de re iud. & per ea quæ dicuntur in ca. potuit loc. Hinc alias fuit reſolutum* in Rot. qđ clauſula irritans in regreſſu ob non ſolutionẽ non inficit poſſeſſionem, niſi poſt ſententiam teſte Ant. Auguſt. deciſ. 691. lib. 3.

Primo quæritur an requiratur conſenſus beneficiati in impoſitione huiuſmodi regreſſus conceſſi ob nõ ſolutionem penſionis, & quãuis multa ſcribi poſſent iuxta ea quæ ſupra ſcripſimus de pẽſione q. præcedenti, tñ vera eſt in hoc opinio, & * cõmuniter recepta, †
13 vt nullus requiratur cõſenſus beneficiati, ſm quã ſẽtẽtiã fuit reſolutum in Rot.* in vna conchen. corã. Io. Paulo 20. Martij 1542. teſte Put. deciſ. 293. li. 1. idem Put. deciſ. 223. lib. 2. & tradit Ptolem. deciſ. 13. in manuſcr. Ratio duplex aſſignatur, quarum prima erit quia huiuſmodi regreſſus acceſſorie datur in pœnam ad fauorem penſionarij, vt ſolutio facilitetur, vt tradit Gig. dict. tract. de penſ. q. 99. nu. 18. & 22. Gamb. de auct. leg. à later. libro. 6. tit. de penſ. numero. 481. vnde, &c.

Secunda ratio eſt, & efficax, quia regreſſus conceſſus ob non ſolutionem datur eo tempore, quo quis beneficio priuatur, nam capit vires poſt priuationẽ legalẽ, quo tempore iam ſua non intereſt, & ideo eius conſenſus non requiritur, ſicuti non requiritur conſenſus conſanguinei, ſi ſtatutum requirat, &c.

Sola enim auctoritas ſuperioris ſufficit, Redoan. p. 2. de ſimon. c. 28. nu. 4. Et ita* fuiſſe deciſũ in tali reſeruatione regreſſus non requiri cõſeſũ, atteſtaẽ Ptolom. deciſ. 13. manuſcr. & ita* practicatur.

Et ideo procurator generaliter conſtitutus ad acceptandum beneficia cum reſeruatione penſionis, valide illa acceptat, & regreſſus reſeruatus eſt bonus † qa cũ faciat id q̃ de natura actus eſt, & contigua † non di-
14 citur egredi fines mandati, gloſ. in c. licet ergo 8. q. 1. l. vlt. in fin. ff. mandat, vbi Bart. Alex. conſ. 15. in fin. li. 2. Ber. conſ. 74. n. 2. li. 1. modo ſubſtantialiter ſeruetur intentio mandantis, Ferrett. conſ. 208. n. 32. Ruin. cõſ. 93. nu. 2. lib. 5. Riminal. Iun. conſ. 67. nu. 40. Menoch. conſ. 37. num. 65.

Secundo quęro quando intret talis regreſſus? communis reſponſio eſt intrare elapſo termino poſito in literis, Gig. tract. penſ. q. 99. n. 4. verſ. vbi dicit, vt plurimum de ſtylo* curiæ habenti penſionem dari regreſſum ad beneficium oneratũ. penſione ob illius nõ ſolutionẽ, ſi debitor penſionis illam non ſoluit infra 30.
15 dies, & lapſis menſibus ſex † poſt dies 30. ſteterit in cẽ ſuris pertinaciter iuxta formã litterarum, &c. & hunc eſſe ſtylum* atteſtatur etiam Redoan. de ſimon. p. 2. c. 19. nu. 2. & hic ſtylus* notiſſimus eſt omnib. Apponitur. n. pœna excommunicationis, & ſucceſſiue priuationis beneficij eo ipſo, ſi infra menſem, & ſex mẽſes non ſoluaẽ pẽſio, vt tradit Caſſad. deciſ. 2. n. 2. loc. & ex his collige quod non ſoluta pẽſione acquiritur ius ad beneficiũ vigore clauſularũ appoſitarũ in litteris ex hodierno* ſtylo, ita Sarn. regul. 1. de nõ toll. iur. quæſ. col. antepenul. verſ. octauo modo vbi etiam dicit, quod hæc priuatio hominis † æquipollet priuatio
16 ni iuris, Felin. in capitul. in noſtra in ſecundo coroll. de reſcript.

Tertio quæro, an huiuſmodi regreſſus vbiq; admit
17 tantur? Reſponde, in Francia non admitti † etiã regreſſus ob nõ ſolutionẽ penſionis, vt atteſtatur Gig. reſp. 46. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. n. 129. Burſ. cõſ. 395. ſub numero. 43. Petr. Gregor. Syntag. iur. lib. 17. cap. 17. numero 30.

Qurato quæro, an huiuſmodi pœna habeat locum cõtra ſucceſſorẽ? diſtingue, aut quæris, an poſſit agi contra ſucceſſorem in beneficio onerato, ſi ipſe non ſoluat penſionem, & hoc caſu reſponde affirmatiue,
18 Caputaq. dec. 8. p. 3. quia eadẽ † ratio reſeruandi regreſſus quo ad mortuum militat, quo ad ipſum, namque Subrogatus ſapit naturam, & cætera Sarnenſis in §. fuerat, inſtitut. de act. quia beneficium tranſit cum ſuo onere, & eo magis quia de ſtylo* ſolet hoc exprimi, &c.

Aut vero quæris an teneatur, & poſſit ſucceſſor
19 conueniri ex tertijs decurſis † tempore anteceſſoris, & in hoc dic regulam eſſe negatiuam, vt tradit Gãb. de auct. leg. li. 6 de penſ. n. 462. vbi dicit* regulam eſſe, vt ſucceſſor in beneficio, neq; directe, neq; indirecte

cogi poſſit ad ſoluendum penſiones præteriti tempo
ris, quam regulam ipſe Gamb. limitat pluribus mo-
dis, ex quibus poteris colligere fallentias ad hanc cō-
cluſionem.

Eoque maxime non poterit agere contra ſucceſſo
rem in beneficio, ſi penſionarius tacuit viuente illo, q
debebat ſoluere, nam tunc ceſſat regreſſus quaſi volē
20 te, & conſentiente † penſionario ille non ſoluerit, ita
Gamb. dict. lib. de penſ. num. 197. vnde contra ſucceſ
ſorem non poterit iuuari niſi conſtituatur in mora l.
ſi ita legatum §. illi ſi volet ff. de leg. 1. & faciunt ea q̄
ſcribunt doctores de eo qui cecidit ab emphyteuſi,
Cuman. conſ. 164. Hinc ſi donans non reuocauit do
21 nationem † propter ingratitudinem donatarij viuente
eo, non pōt amplius eā reuocare, gloſ. in l. vlt. C. de re
uocan. don. & in l. omnimodo C. de inoff. teſt. expreſ
ſe in c. vlt. de donat. l. his ſolis C. de reuoc. donat.

Quinto quæro, &c. reſponde, quod executio dene
gatur ſi non probatur narratiua litterarum pēſionis,
Moedan. deciſ. 304.

Pro complimento ſciēdum eſt, quod regreſſus in-
22 trat quatenus pēſionarius † declaret uti velle regreſſu,
Caſſad. & poſt eum Put. deciſ. 34. lib. 2. Caputaq. de-
* ciſ. 8. & 10. p. 3. & communiter* doctores hoc volunt.

Hinc dicit Moed. deciſ. 338. quod regreſſus pēdet
23 a futuro euentu, † ſcilicet ſi illum habens voluerit eo
vti, arg. not. in l. 2. C. de iur. emphyt.

Ita in ſimili pęna caducitatis non habet locum, ni
* 24 ſi domino volāte, † vt eſt* cōis opinio teſte Cur. Iun
conſ. 109. num. 11. & conſ. 110. num. 23. nā quamuis*
iura velint quod ſi non ſoluat emphyteuta cadat ipſo
** iure, hoc intelligitur, & ex magis communi, ** & rece
pta interpretatur ac obſeruatur de ſtylo, ſi dominus
directus declarauerit velle eſſe locum caducitati, Bar.
in l. 2. num. 2. C. de iure emphyt. communis opinio te
ſte Card. Pariſ. conſ. 108. num. 13. vol. 1. Cæpoll. conſ.
ciuil. 25. num. 2. Curt. Iun. conſ. 139. poſt nu. 3. Iaſ. in
d. l. 2. num. 50. & facta huiuſmodi declaratione domi
25 ni directi cadit ipſo iure † abſque alia ſententia decla
ratoria, Ruin. conſ. 153. num. 6. lib. 1. & conſ. 57. num.
2. lib. 4. Alex. conſ. 6. poſt nu. 22. lib. 3. Curt. conſ. 165.
num. 10. lib. 2. Dec. conſ. 146. nu. 7. in fine, & hæc eſt
communis* opinio teſte Clar. §. emphyteuſis q. 9.

Ex quo primo infertur, quod ſi habens beneficiū
oneratum penſione, non ſoluerit penſionem infra
menſem, & ſex menſes, vt ſupra, non priuatur, nec eſt
locus regreſſui, non declarante penſionario intentio
* nem ſuam, ita fuit tentum* in Rota in vna Gebbenē.
Monaſterij 1516. teſte Caſſad. deciſ. 2. loc. num. 3.

Ex prædictis namque adeſt tacita conditio, ſi pen
ſionarius declarauerit volūtatem ſuam, vt optime de
ducit Gamb. dict. tract. de auct. leg. tit. 6. num. 460.

Secundo infertur, quod ſi habens beneficium one
ratum penſione, & illam non ſoluerit infra menſem,
vel ſex, aut per annum, & poſtea moriatur penſiona-
rius, non poterit vti regreſſu, & agere ad beneficium
contra ſucceſſorem in illo, quia cum nō egerit aduer
ſus mortuum dum viuebat, videtur remiſiſſe, ita fuit
* tentum in Rot.* in dicta Gebbenen. Monaſterij co-
ram D. Bartholomęo de Petra ſancta, de anno 1516.
teſte Caſſad. deciſ. 2. num. 3. loc. hoc idem etiam fuit
reſolutum in vna Toletan. pēſionis die 24. Octobris
1552. coram Reomano, teſte Caputaq. deciſ. 8. p. 3.
Ant. Aug. deciſ. 2. num. 22. lib. 3.

Ita emphyteuta non cadit a iure ſuo propter alie-
nationem factam irrequiſito domino, vel non ſolu-
tionem canonis, niſi dominus declarauerit, Alex. cōſ.
* 22. lib. 2. & cōſ. 106. col. 2. lib. 4.* communis teſte Iaſ.
26 in dict. l. 2. num. 10. C. de cur. emphyt. ſi eo † viuente
dominus non declarauerit, non poterit contra eius
* hæredes declarare, ita fuit* reſolutum in vna Bono-
nien. bonorum coram D. Triuultio 1521. teſte Caſ-
ſad. dict. deciſ. 2. loc. nam videtur remiſiſſe, & de decla
27 ratione conſtare debet † explicite, Dec. conſ. 146. col.
28 3. verſ. capio ſecundum, nam voluntas in mente † retē-
ta nihil operatur, l. ſi repetendi, C. de cond. ob cauſ. &
29 regulariter pœnæ ad hæredes † non tranſeunt, l. vnica
C. ne ex delict. defun. late Ber. in c. potuit num. 70. cū
mult. ſequen. loc. & cum reuocatio, & declaratio pœ-
næ fiant propter demerita, & ingratitudinem, non
debent tranſire ad ſucceſſores, lege quia tale ff. ſolut.
matrimonio.

Tertio infertur, quod recipiendo penſionem de-
30 curſam videtur renunciatum † regreſſui, ita Caſſad.
dict. deciſ. 2. num. 3. verſ. patet locat. Gamb. de auct.
legat. tit. de penſ. num. 488. Ratio, quia ex hoc colligi
tur voluiſſe pœnam remittere, quia nō cadit debitor
* niſi volente creditore, iuxta ea quæ* communiter vo-
lunt ſcribentes in dict. l. 2. C. de iur. emphyt. ita in ſi-
mili ſi dominus recepit canonem temporis præteri-
31 * ti, † cenſetur remiſſa caducitas, ita vult communis*
* opinio, teſte Gig. de penſ. q. 73. num. 3. a qua* non eſ-
ſe recedendum in praxi tamquam æquiori, & huma-
niori atteſtatur Clar. libr. 5. recep. ſent. §. emphyteu-
ſis q. 10. verſ. ſed hic occurrit in fin. quod procedit
tam in emphyteuſi priuati, quam eccleſiæ Ruin. con
ſil. 70. num. 14. lib. 5. Alex. conſ. 105. num. 15. libro 3.
Dec. conſ. 329. num. 3

Amplia, vt per Pereg. deciſ. 349. in manuſcr.

Declara primo, niſi penſionarius recipiendo pen-
ſionem decurſam proteſtatus fuerit, ita Caſſad. deciſ.
2. ſub num. 3. loc.

Ita in ſimili ſi dominus recipiat canonem tempo-
32 ris præteriti cum proteſtatione, † non cenſetur remit
* tere caducitatem, & eſt communis* opinio, teſtibus
Corn. conſ. 40. in lit. 1. lib. 4. & Clar. q. 10. col. 2. d. §.

* Ego autem in praxi* vidi obſeruari contrarium, id
que poſſet de iure ſuſtineri, nanque huiuſmodi prote
33 ſtatio eſt contraria † facto, vnde non debet releuare,
iuxta ea quæ ſcribit Clar. d. §. emphyteuſis q. 13. verſ.
item quæro, & ita etiam in emphyteuſi eſſe atteſtatur
Ruin. conſ. 110. num. 4. lib. 1. & conſ. 151. nu. 12. eod.
lib. Clar. d. q. 10.

Vltima ſupereſt quæſtio notabilis, pone quod ex
cauſa reſignationis fuit reſeruata penſio centum du
catorum cum reſeruatione regreſſus in euentum nō
ſolutionis, euenit quod fuit poſtmodū caſſata ex cō-
ſenſu vtriuſq; partis medietas, ita quod ſuperſunt 50.
ſcuta, euenit, quod habens beneficium tali penſione
oneratum non ſoluit, quæritur an intret regreſſus?

Pro affirmatiua facit, quia ille tenebatur ſoluere il
lam partem penſionis, quæ non erat caſſata, Paul. de
Caſt. in l. qui ſolidum ff. de leg. 2. præſertim in princ.
Abb. in c. 1. de mut. petit.

Pro negatiua facit, quia regreſſus erat reſeruatus
in euentum non ſolutionis penſionis centum duca-
torum, ſed nunc eſt medietas, ergo, &cæt. nam in
pœnalibus, &cæt.

Quid dicendum?

Hoc dubium fuit propoſitum in Rot. corā Reo-
man. in vna* Abulen. & Toletan. penſionis, in qua
fuit reſolutum, quod de rigore penſionarius pote-
rat regredi ad beneficium, quando partem penſio-
nis non ſoluit, nam pro illa parte non annullata,

regreſſus



34 regreſſus poteſt habere locum, † de æquitate tamen
fuit dictum, vt ſoluatur penſio, & remittatur caduci-
tas, ita Caputaq. deciſ. 9. par. 3.

Aliud etiam notabile dubium fuit diſputatum in
* Rot. coram* proſpero de Sancta Cruce tunc audito-
re Rot. in vna Calaguritan. Canonicatus & præbend.
die 4. Decembris 1551. teſte Caputaq. deciſ. 313. p. 2.
Fuerat reſeruata penſio, cuidam Gregorio 20. duca-
torum, 13. ſuper Canonicatu, & præbenda, & ſeptem
ſuper quodam beneficio de iure patronatus, cū clau-
ſula quod deficiente Rectore, aut renuente in ſolu-
tione dictæ penſionis in totum, vel in partem, liceret
eidē Gregorio liberum habere regreſſum reſpectiue
& corundem realem, & corporalem poſſeſſionem in
gredi. Euenit quod dicebatur alterum beneficiū eſſe
de iure patronatus, & per conſequens quod penſio
ſuper illo reſeruata eſſet nulla, fuit dubitatum an Gre
gorio liceret regredi ad omnia beneficia, vel illa ver-
ba importent regreſſum in parte, cum in parte fuerit
35 dictū de nullitate; fuit reſolutum eſſe locum † regreſ-
ſui, & acceſſui in omnibus beneficiis, quia penſio
prædicta erat de vna re, licet ſit impoſita ſuper duob.
beneficijs ad faciliorem ſolutionem, & ad maiorē il-
lius validitatem, & facit doctrina Bart. in l. 1. ff. de eui
ctio. et per Caputaq. dict. deciſ. Vnde potuit Grego-
rius ad Canonicatum redire.

Et non eſt omittendum, quod in regreſſu hoc re-
ſeruato ob non ſolutionem pēſionis ad hoc vt intret
36 effectualiter, requiritur iudicis canonizatio, † Peregr.
* deciſ. 264. lib. 3. Sarn. deciſ. 124. lib. 1. &* communiter
alii, & prima citatio debet īcipere a principali, ita fuit
deciſum* in vna Segobien. penſionis teſte Peregrin.
dict. deciſ. 164. & iudex non debet canonizare hunc
37 regreſſum niſi † principali fuerit facta intimatio litte-
rarum, eſto quod habuerit notitiam, vel quod procu-
rator fuerit intimatus, vt fuit* reſolutum in vna. Cre-
men. penſionis 10. Decēbris 1529. teſte Sarn. d. dec.
* 124. li. 1. in manuſc.

## QVARTAE QVAESTIONIS.

### SVMMARIVM.

1 *Penſionarius poteſt transferre penſionem ſi hoc ha-
bet in facultate.*
2 *Penſionarijs ſolet quandoque dari facultas transfe-
rendi penſionem.*
3 *Penſio eſt onus temporale.*
4 *Tranſlatio penſionis quid ſit.*
5 *Tranſlatio fit de vna Eccleſia ad aliam.*
6 *Penſionarius poſt tranſlationem nihil habet in pen-
ſione.*
7 *Dupliciter fiunt tranſlationes penſionis.*
8 *Milites S. Petri habent facultatem transferendi pen
ſionem.*
9 *Milites S. Pauli habent eandem facultatem.*
10 *Milites Pij habent idem priuilegium.*
11 *Milites Lauretani fruuntur eodem priuilegio.*
12 *Conclauiſtæ habent priuilegium transferendi penſio-
nem.*
13 *Papa concedit facultatem transferendi penſionem.*
14 *Papa in beneficialibus dominus.*
15 *Legati etiam à latere non poſſunt concedere faculta-
tem transferendi penſionem.*
16 *Tranſlatio penſionis odioſiſſima.*
17 *Penſio poteſt transferri in plures.*
18 *Filius presbyteri nō poteſt ſuccedere in benef. patris.*
19 *Penſio largo modo dicitur beneficium.*
20 *Legitimatus ad beneficia an ad feuda quoque.*
21 *Pater poteſt transferre penſionem in filium etiam
illegitimum, lim. nu. 23.*
22 *Probibitio de benef. non babet locum in penſione.*
24 *Conceſſio tranſlationis penſionis an facilis.*
25 *Tranſlatio penſionis poteſt concedi ſine conſenſu ha
bentis beneficium.*
26 *Procurator poſt obitum quando præſtat conſenſum.*
27 *Litteræ requiruntur in tranſlationis conceſſione.*
28 *Conceſſio tranſlationis penſionis per clauſulas genera
les non cenſetur conceſſa.*
29 *Ex facultate retentionis non venit tranſlatio.*
30 *Diſpenſatio odioſa.*
31 *Facultas transferendi non eſt de iure.*
32 *In odioſis omiſſum habetur pro miſſo.*
33 *Mandatum ad conſentiendum penſioni non ſufficit
ad tranſlationem.*
34 *Regula de infir. non habet locum in tranſlatione pen-
ſionis.*
35 *Habens facultatem transferendi, poteſt quocumque
tempore transferre.*
36 *Habens facultatem alienandi, poteſt alienare etiam
in vltima voluntate.*
37 *Tranſlatio penſionis an corā executore, & num. 38.*
39 *Tranſlati penſionis duobus modis.*
40 *Tranſlatio penſionis poteſt fieri coram conſtituto in
dignitate.*
41 *Milites ſupradicti poſſunt transferre, etiam non oſten
ſis priuilegijs.*
42 *Tranſlatio facta cum ſchedula lacerata, nulla.*
43 *In tranſlatione penſionis non requiritur mentio alia
rum penſionum.*
44 *Narratiua poſita in tranſlatione penſionis eſt veriſi-
canda.*
45 *Clericatus probatur per delationem habitus, & com
munem reputationem.*
46 *Tranſlatio penſionis debet fieri ſecundū formā datā.*
47 *Tranſlatio penſionis eſt intimanda habenti ſoluere pē
ſionem.*
48 *Inter transferentem & tranſlatarium non fit diuiſio
ſed integer terminus ſpectat ad tranſlatarium.*
49 *Penſio diuiditur pro rata inter hæredes, & Rectorē.*
50 *Tranſlatio penſionis non cenſetur remiſſa, niſi expreſ
ſe dicatur.*
51 *Habens penſionem cum regreſſu poteſt transferre cū
eodem regreſſu.*
52 *Tranſlatio penſionis eſt res profana, contra nu. 53.*
53 *Poteſt dari pecunia pro tranſlatione penſionis.*
54 *Conſtitutio Pij V. Confidentia non habet locum in
tranſlatione penſionis.*
55 *Transferens penſionem in N. quam primum clerica-
li charactere etc. poteſt percipere fructum donec
fiat clericus N.*
56 *Conſenſus conditionalis ante conditionis euentum
non cenſetur datus.*
57 *Ius non abdicatur à reſignante ante conditionis euen
tum.*
58 *Dies incertus facit conditionem.*
59 *Clauſula, ex tunc, in actu conditionali, quid efficiat.*
60 *Conditio cauſalis non retrotrahitur.*
61 *Ius penſionis an reſideat penes eum, qui habet vtili-
tatem, vt fit in penſionibus Hiſpaniæ pro Italis,
vel penes eum, qui habet nomen.*
62 *Penſio extinguitur per mortē N. penes quē eſt titulus*

*penſionis,& non per mortem illius,penes quem eſt*
*commodum.*
53 *Penſio poteſt transferri ſine ſcientia Papæ.*

## QVAESTIO QVARTA.

QVARTO Quæro, An Penſiona
rius poſſit penſionem transferre
in alium,cõmunis* diſtinctio ita
ſe habet.vt ſi reſeruata eſt facul-
1 tas†illam transferendi,poſſit,alias
non,nam quandoque in reſigna-
2 tione beneficij vltra penſionem†
reſeruatur facultas transferendi illam penſionem , vt
in caſu Caputaq.deciſ.298.p.2.
3 Penſio enim†cum ſit onus temporale,vt poſt alios
tradit Put deciſ.202.num.3.lib.3. morte penſionarij
extinguitur,Gig.de penſ.q.1.nu.5.& ideo de vna ad
aliam perſonam,non poteſt transferri,vt ab omnibus
* eſt*receptum.Quoties autem ſumm.Pontifex penſio
nario conceſſit facultatem illam penſionem transfe-
rendi in reſignatione beneficij abſque dubio poteſt
tunc tranferre,vt tradit Gig.de penſ.q.12.nu.2.& eſt
communis opinio omnium Docto.
Et quia materia hæc eſt vtilis, & parum tractata a
Doctoribus,non a b re aliqua ſunt examinanda ex q̃
bus tota materia in compendium dilucidabitur.Vidẽ
dum eſt igitur primo,Quid ſit tranſlatio penſionis 2.
quotuplex.3.quis eam concedat,4.ex qua cauſa con-
cedatur. 5.quibus.6.an indiſtincte cõcedatur.7.an re
quiratur conſenſus:8.an requiratur expeditio litera-
rum.9.quando poſſit transferri.10.coram quo poſſit
trãsferri.11.quid facere debeat translatarius, 12. fru
ctus ad finem ſpectent.
Ad primum reſpondeo,tranſlationem eſſe muta-
4 tionem obligationis†ſoluendi eandem penſionem de
vna perſona ad aliam,factam auctoritate Papæ.Nam
que tranſlatio in materia beneficiali proprie eſt de
5 vna Eccleſia ad aliam,†& de vno princip.7.q.1.vbi ꝓ
eodem accipitur tranſlatio,& mutatio.cap. ſiquis iã
tranſlatus 21.q.2.cap.poſt tranſlationem de renunc.
& habemus titulum de tranſlatione Epiſcoporum,&
ibi Hoſtien.declarat,vnde dicit Mandoſ.de infir.re-
ſign.q.11.nu.3.quod verbum iſtud,tranſlatio penſio
nis,ſecundum ſubiectam materiam nihil aliud eſt , q̃
renunciatio penſionis in alterius fauorem;& ſicut il-
le qui tranſlatus eſt a Canonibus nihil habet commu
ne cum priori beneficio,ita penſionarius poſt trans-
6 lationem†nihil habet in penſione tranſlata,Put.deci.
14.lib.3.Pariſ.conſ.46.in princip.vol.4.& ſic per trãs
lationem penſionis mutatur obligatio ſoluendi pen-
ſionem de vna perſona ad aliam,requiritur tamen au
ctoritas ſuperioris,vt infra dicam.
7 Ad ſecundum,dupliciter fieri tranſlationes penſio
num tradit Mandoſ.in tract.de ſignat grat.tit.trans-
lationes penſionum in princip.ego autem tripliciter
fieri exiſtimo,idque veriſſimum eſt primo,obtenta ,
clauſula transferendi in aſſignatione ipſius penſionis
vt tradit Gig.de penſion.q.12.num.2.& q.88.nu.8.vt
in caſu,in quo conſuluit Card.Pariſ.conſ.46.in princ.
volum.4.
Secundo quoties fuit impoſita penſio abſque illa
clauſula,ſed ipſę partes poſtea ſupplicant,quod pen-
ſio in fauorem N.per A.ſoluenda extinguatur ad ef-
fectum,vt B.reſeruetur,& nõ aliter,vt in caſu in quo
conſuluit Io.Baptiſta Ferrett.conſ.53.

Hoc enim caſu accedente conſenſu illius , qui ha
bet penſionem,& illius qui ſoluit , extinguitur prima
penſio,& noua creatur,Ferrett.dict.conſ.53.num.5.
* Stylus autem*docet,quod de forma prius extingua-
tur prima,& poſtea de nouo ſimilis reſeruetur,Fer-
rett.dict.conſ.nu.10.Gig.de penſ.dict.q.88. nu.8. de
ſtylo atteſtatur Mandoſ.dict.tit.tranſlationes in prĩ-
cip.& hoc caſu,ſi ſecunda penſiõ non aſſignatur vali
de,caſſatio non tenet,Moedan.deciſ.81.& 83.nam ſo
lent apponi verba,& non aliter &c. Mandoſ.loc.cit.
col.1.quę cõditionem faciunt,& ſic ante modum im
pletum penſio prima extincta dici non poteſt,neque
a transferente ius abdicatum,Alex.conſ.73.nu.7.lib.
2.Gozad.conſ.3.ita reſolutum in Rot.*coram Put.4.
Februarij 1540.teſte Moedan.dict.deciſ.81.
Tertio transfertur in vim priuilegiorum conceſſo
rum per ſumm.Pontifices,vt tradit Put.deciſ.4.de pẽ
Ant.Aug.deciſ.164.lib. 3. in manuſcrip. Mandoſ. in
tract.ſignat.grat.tit.tranſlationes &c.col.3.verſ. non
omittam.
Quales primo ſunt Milites S.Petri.quibus conceſ-
8 ſa eſt facultas†transferendi penſionem vſque ad ſum-
mam centum quinquaginta ducatorum de Camera,
inter alia plura priuilegia,quę eis conceſſit Leo X. in
conſtitutione.36.incipi.Sicut prudens.ann.8.& om-
nia huiuſmodi priuilegia confirmauit Clemens VII.
in conſtitutione 16.Miniſterio anno.3.& huius priui
legij mentionem facit Mandoſ.in regul.de infir.reſi-
gnan.q.11.nu.9.Put.deciſ.344.lib.2.
9 Secundo Milites†Sancti Pauli habent etiam hanc
facultatem transferendi penſionem ducentorũ Du-
catorum de Camera,& hoc inter alia priuilegia quæ
eis conceſſit Paul.III.in erectione.& inſtitutione ta-
lis Collegij militum Sancti Pauli,vt habetur in con-
ſtitutione.23.inci.Romanus Pontifex ad onera,ann.
ſexto,quam conſtitutionem confirmauit Iul. III. vt
habetur in conſtitutione 4.incip.circum ſpecta an-
no.primo.
10 Tertio Milites†Pij habent facultatem transferen
di penſionem vſque ad ſummam centum quinquagin
ta Ducatorum de Camera inter alia priuilegia , quæ
eis conceſſit Pius IIII.in erectione huius collegij mi
litum Piorum,vt licet videre in conſtitutione 5.eiuſ-
dem Pij IIII.incip.Pij patris ann.3.& in conſtitutio
ne.16.incip. cum nos anno etiam 1.
11 Quarto Militibus†Lauretanis fuit a S.D.N.Sixto
V.cum alijs ampliſſimis priuilegijs data facultas trans
ferendi ducentos Ducatos de Camera, vt habetur in
erectione huius collegij militum Lauretanorum in
conſtitutione eiuſdem Sixti V. 35. incip. poſtquam
anno 2.
12 Quinto Conclauiſtæ†qui Conclaui in quo aſſump
tus eſt ad apicem apoſtolatus Sixtus V.ab eodem Six-
to V.habuerunt facultatem transferendi penſiones
vſque ad ſummam centum Ducatorum,vt habetur ,
in conſtitutione 32.Circum ſpecta anno 1.quod pri
uilegium fuit etiam ab alijs ſummis Pontificibus Cõ
clauiſtis conceſſum,& concedi nunc à S.D.N.Grego
rio XIIII.his qui huic proximo Conclaui interfue-
runt,in quo ſanctitas ſuas poſt controuerſiam duo-
rum fere menſium aſſumpta fuit ad ſummum Ponti-
ficatum,compertum habeo , cui Conclaui interfui
cum Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino meo
Cardinali Montis Regalis.
Ad tertium reſpondeo,ſolum ſumm.Pontificem
13 poſſe hanc facultatem†transferendi penſionem con-
* cedere,vt omnibus compertum*eſt,nam vidimus to
ta die



ta die ab ipſo dumtaxat concedi.
Nec contingit dubitari,an Summ. Pontifex poſſit
concedere dictam facultatem, vt in ſpecie tradit Car
14 din.Pariſ.conſ.46.num.1.Quandoquidem†in benefi-
cialibus ſit abſolute Dominus , & habeat liberam,&
plenam diſpoſitionem ad ſui libitum, capitul.propo-
ſuit §.licet de conceſſ.pręben.Dec.conſ.137. nu.2.&
conſ.141.col.2.& conſ.624.ante nu.20. & in ca.quæ
in Eccleſiarum num.32.poſt Felyn.num. 60. de con-
ſtitut.ex quo infertur, quod neque Ordinarij neque
15 Legati etiam à latere † poterunt huiuſmodi facultatẽ
* iure ſuo concedere, vt communiter * ab omnibus &
de ſtylo receptum eſt.
Ad quartum reſpondeo huiuſmodi facultatẽ tranſ
ferendi penſionem cõcedi ex cauſa bene uiſa ſummo
16 Pontifici,namque tranſlatio†eſt odioſiſſima , Capu-
taq.deciſio.303.num.10. par. 2. cum per eam proro-
gatur ſeruitus beneficij,Sarn.de infir.reſign. q. 16.
Ad quintum reſpondeo,quod cauſa ſubſiſtente &
bene viſa conceditur quibuſcumque , inficiari tamen
non poteſt,quod vt plurimum ſolet dari huiuſmodi
facultas Cardinalibus,& alijs perſonis benemeritis.
Et qui habent huiuſmodi facultatem poſſunt trãſ-
ferre in omnes dummodo idoneos , & non ſolum in
17 vnam perſonam,ſed etiam†in plures,vt de * ſtylo tra-
* dit Gig.de penſ.q.86.ante nu.1.
Sed hic quæritur,an habens huiuſmodi facultatem
transferendi poſſit transferre in filium etiam illegiti-
mum? Mandoſ.tract.ſigna.grat.d.tit.tranſlationes co.
vlt.in fi.tenet,quod non,quia Clemẽ. VII.in conſtitu
tione 36.incip.ad Canonum ann.7.ſtatuit ut filius p̃-
18 sbyteri non poſſit ſuccedere in beneficio† per patrem
obtento nec immediate,& huius conſtitutionis ver-
ba ponit Gig.de penſ.q.85.circa princi.ſub verbo.n.
beneficio comprehenditur penſio Eccleſiaſtica, quæ
19 largo modo†beneficium dici poteſt,Clem.2.§.penul.
de vit.& honeſt.cleric.Felyn.in cap.poſtulaſti nu. 8.in
4.declaratione de reſcrip.& in c.de quarta num.16.de
præſcrip.late Caccialup.de penſ.qu.30.eo magis quia
in dicta conſtitutione apponitur dictio, quodcunq;,
quæ importat omnimodam generalitatem.Hinc dicit
20 Dec.conſ.77.col.2.quod legitimatus ad omnia †bene
ficia curata,& non curata cenſetur etiam legitimatus
ad feudum,cum feudum largo modo ſit beneficium,
ita,&c.
His non obſtan.contraria opinio eſt verior, vt ha-
bens facultatem transferendi poſſit transferre etiam
21 in filium,non obſtante dicta conſtitutione Clemen.
VII.quam opinionem in terminis tenet Gig.de penſ.
q.86.nu.5.verſ.prædictis tamen non obſtant. quia ra
tio prohibitionis huiuſmodi, de qua in dicta conſti-
tutione fuit,ne noretur ſucceſſio in beneficijs,& ne fi
lius miniſtret vbi pater miniſtrauit vti patris hęres,c.
ex tranſmiſſa in fin.& c.ad extirpandas vbi Anton. de
Butr.de fili.presbyt.& late habetur in c.15. Conci.Tri
dent.ſeſſ.25.de reformat.quæ ratio ceſſat in penſione
22 vt ſatis clarum eſt;ergo prohibitio de beneficio†non
vendicabit ſibi locũ in penſione,vt late explicat Gig.
de penſ.q.28.& eo magis , vbi non adeſt eadem ratio,
& in exorbitantibus c.quæ a iure communi de regul.
iur.in 6.c.is,qui in fin.de fili.presbyt.lib.6.Bal. in c.1.
§.porro tit.quę fu.prima cauſ.amitt.benef.in vſib.feu.
ex quibus ſatis colligitur reſponſio ad argumenta in
contrarium adducta.
Et hoc etiam ſtante decreto Conc.Triden.ca.15.
ſeſſ.25.de reformat.quo cauetur,vt incontinentiæ pa
ternæ memoria longiſſime arceatur à locis Deo con

ſecratis,ut filius non poſſit habere beneficium in Ec-
cleſia,in qua pater illud habuit,vel habet, etiam ſi ſit
diſſimile,atque etiam penſionem ſuper fructib. illius
beneficij,nam ibi illud ſtatuitur ob memoriam bene-
ficij,quod habuit pater,in caſu noſtro ſecus,nam po-
tuit iſte habere penſionem ex cauſa,ut melius ſuſten-
tari ualeat,vnde hæc concluſio eſſet limitanda, quãdo
23 pater habuiſſet penſionem†ex cauſa reſignationis,ne
nimium diſpendium patiatur cum facultate transferẽ
di,nam tali caſu non poſſet poſtea transferre penſio
nem in filium ex cauſa ſupra relata & comprehenſa,in
decreto.
An poſſit transferri penſio in Hæreticos? dicas ne
* gatiue,pro ut eſt communis * & recepta Doctorum
omnium ſententia,ſed quid in filios? Doctores diſtin
guunt;ego autem non inſiſtam,alias enim fuit reſolu
* tum,*quod penſio tranſlata ab Epiſcopo filio Hære
tici,ſed qui erat valide reputatus habilis ad penſiones,
& beneficia per 30.annos valet,Ant.Auguſt.dec.358.
libro 3.
Et ſi quis tranſtulit penſionem in ſcholarem,cum
primum,clericali ordine fuerit inſignitus, poteſt exi-
gere ante clericatum,deciſion.lib.miſcell.260. manu-
ſcript.
Et huiuſmodi tranſlatio facta in ſcholarem,cũ pri
mum clericali charactere fuerit inſignitus non eſt nul
la,ſed conditionalis,Paleot.deciſ.351.in manuſcri. &
tradit Hieronym.Gabriell,conſ.189.num.7.lib.2.vbi
appellat gratiam conditionalem,vnde reſpõdit , quod
hæc gratia refertur ad diem characteris ſuſcepti,& ꝓ
pterea ante exiſtentiam & aduentum diei,non poteſt
dici reſeruata,cap.ſi pro te ubi no.de reſcr.in 6.Gem.
conſ.107.in fin.Caſſador.deciſ.3.num.6.& 14.de præ
ben.& clauſula ex nunc pro vt ex tunc refertur tantũ
ad diem conditionis,Card.& Imol.in c.1.de conceſſ.
præben.num.10.Cardi.Pariſ.conſ.82.nu.17.volu. 4.&
per conſequens ſi ille fuit ordinatus prima tonſura a
non ſuo Epiſcopo,quamuis prima tonſura non ſit or
do,per illam imprimitur character, ut eſt communis
* *opinio teſte Gabr.conſ.181.num.3.vol.2. etiam ſi
non a ſuo Epiſcopo recipiatur ſeruata forma Eccle-
* ſiæ Guid.Pap.deciſ.449.*communis opinio Docto
rum,verum non habet executionem,Guid.Bon.deci.
99.Cott.deciſ.66.Hoſt.in ſumm.de tempor. ordina.
num.5.Ideo ei non poteſt reſeruari penſio, commu-
* nis*opinio teſte Gabr.d.conſ.181.num.6.Rebuff.de
pacific.poſſeſſ.num.191.ita concludit Gabr.dict.con
ſil.189.col.1.& 2.
Ad ſextum reſpondeo antiquo tempore de facili
24 conceſſam fuiſſe huiuſmodi facultatem transferendi
penſiones,Leo enim X.paſſim hoc concedebat,vt tra
dunt Gig.de penſ.q.12.nu.2.in fin.Mandoſ.q.11. reg.
de infir.reſig.n.9.Clemẽs vero VII.& Paul.III. & alij
ſucceſſores difficilius id concedebant ; tpe felicis re-
cordationis Gregorij XIII.& S.D.N.Sixti V.vidi ob
ſeruari,vt nemini concedat huiuſmodi facultas trans
ferendi penſionem niſi Cardinalibus,aut alijs perſo-
nis benemeritis de ſede Apoſtolica,& ex cauſa , & vt
plurimum datur dicta facultas in reſignatione,nam,ſi
Cardinales reſignant Epiſcopatum & reſeruatur pen
ſio mille ducatorum,ſolet ſummus Pontifex concede
re,& cum maxima difficultate,facultatem transferen
di 500.Ducatos,& ita obſeruatur,nãque nõ ſolet cõ
cedi,vt poſſit transferre totam penſionem , ſed tertiã
partem,vel medietatem,& hoc ſit cum conſenſu reſi
gnatarij,& extra Italiam facilius conceditur,ita Man
doſ.tract.de ſignat.grat.tit.tranſlationes col.2. vbi ẽt
verſ.

verſ.clauſula,dicit quod clauſula,cũ facultate transfe
rendi denegatur in Italia,extra vero Italiam concedi
tur,id eſt intelligendum eo modo,vt ſupra dixi, cum
hodie ſummi Pontifices ſe reddant difficiles etiam ex
tra †taliam,& id ſolet peti,vt poſſint remunerare fa-
miliares in articulo mortis.

Ad ſeptimum poteſt ſumm.Pontifex abque dubio
25 ſine conſenſu habentis†beneficium oneratum penſio
ne concedere penſionario facultatem transferendi,
cum hoc ſit iuris poſitiui,& in iſtis Papa omnia po-
teſt,ſicuti etiam dicimus quod poteſt imponere pen-
ſionem ſine conſenſu,Gig.de penſ.q.6.Caputaq.de-
cis.316.p.2.Gamb.de auct.leg.a later.lib.10.nu. 387.
& hoc tota die communiter practicatur ,namque pri
uilegium conceſſum a Leone X.militibus S. Petri , &
priuilegium conceſſum a Paulo III.militibus S. Pau-
li,& à Pio IIII.militibus pijs,& quod conceſſum eſt
a Sixto V. militibus Lauretanis,& Conclauiſtis cir-
ca tranſlationem penſionis,procedit abſque vllo cõ
ſenſu,immo in allegatis conſtitutionibus exprimitur,
vt poſſint penſiones dicti milites trãsferre etiam ſine
conſenſu eaſdem penſiones ſoluere debentium,& ob
id etiam derogatur regulæ Cancellariæ de conſenſu
in penſionibus requiſito præſtando,ac ſtylo in ſimili
bus reſeruationibus hactenus obſeruato.

Sed in alijs duobus tranſlationibus ſolet dari con-
ſenſus:namque ſi concedit Summus Pontifex reſignã
ti facultatem transferendi penſionem,vtique tũc præ
ſtatur ad hoc conſenſus reſignatarij. Ita etiam in con
ceſſione alterius facultatis transferendi, pro vt de ſty
* lo*eſſe omnes Curiales ſciunt.Ideo tranſlatio ſine cõ
ſenſu habentis beneficium iudicatur inualida.Anton.
Aug. deciſ.90.lib.3.in manuſcr.

Qui conſenſus præſtatur ſicuti in penſionibus &
reſignationibus,vt dicam ſuo loco.

Et poteſt præſtari etiam per procuratorem, vt om
26 nibus eſt compertum,immo † procurator poſt obitũ
conſtituentis poteſt præſtare huiuſmodi conſenſum,
iuxta ea,quæ tradit Caſſad.deciſ.1.de renunc.namque
ſemper uoluntas durare cenſetur, donec de mutatio-
ne appareat l.cum qui ff.de probat.l.fideicommiſſa §.
ſi rem.ff.de leg.3.c.maiores §.vult.de bapt. Capr.cõ
* ſil.115.immo alias fuit* reſolutum in Rota. potuiſſe
procuratorem præſtare hunc cõſenſum poſt lapſum
quadriennij poſt obitum principalis,vt per Moedan.
deciſ.219.incip.penſionem habens alias eſt 12.ſub ti.
de renunc.Mandoſ.in dict.tit.tranſlationes colum.2.
verſ.quærebatur.

Limita niſi tranſlatio fuiſſet nulla ; nam tranſlatio
nulla facit vt non poſſit procurator conſentire poſt
mortem in vim ſupplicationis in vita,Moedanus dic.
deciſio. 219.

27 Ad octauum reſpondeo,†requiri litteras,& ita ſer-
* uat* ſtylus nouiſſimus.

Facultas enim transferendi non cenſetur conceſſa
28 per qualcumque†clauſulas,Mandoſ.dict.titu.tranſla-
tiones in princip.niſi expreſſe dicatur, Sarnen. quem
refert,& ſequitur Caputaqu.deciſ.303.nu.2.p. 2.ideo
ſubdit num.3.quod requiritur ſpecifica mentio. Ex
quo infertur primo, quod niſi concedatur facultas
transferendi non cenſetur data,ſecundo infertur nõ
cenſeri datam per verba prægnantia,quia cum tranſla
tio ſit odioſiſſima,ut in ſpecie,inquit Caputaq. d.de
ciſ.303.nu.10.pa.2.quia per eam prorogatur ſeruitus
beneficij.Sarn.de infir.reſigna.q.16.ideo ſtricta fieri
debet interpretatio,ſicut in odioſis fieri debet, Dyn.
in reg.odia de reg.iur.in 6.

Tertio infertur, quod ſi quis habuit facultatem
transferendi pẽſionem ſibi reſeruatam, & poſtea fuit
promotus ad Cathedralem vel Metropolitanam Ec-
29 cleſiam,ac ne penſio vacet, fuit †ei conceſſa facultas
retinendi penſionem,ſi etiam ſpecifice non fuit ei cõ
ceſſa illa facultas transferendi,quamuis ſit conceſſa fa
cultas retinendi , non uidetur tamen conceſſa huiuſ-
* modi facultas transferendi,ita fuit*reſolutum in vna
Areti.ſiue Senen.penſionis inter Cardinalem Migna-
nellum,& Epiſcopum Sarnen.coram Decano die 3.
Iunij 1552.quæ deciſio fuit confirmata die 16.Decẽ
bris 1552.teſte Caputaqu.deciſ.319.par.2. ita etiam*
* fuit reſolutum in vna Mediolanen.penſionis 2.Decẽ
bris 1552.coram D.Reomano, teſte Caputaq. deciſ.
313.p.2.Ratio eſt,quia facultas transferendi non eſt
quid acceſſorium ad penſionem,ſed eſt quid extrinſe
cum,nec eſt de eſſe & natura penſionis,ideo erat ſpe-
ciali nota digna,& hanc Rotæ ſententiam docte tue-
tur Anaſt.Germon.in tract.de indult.§.ſi vero illa. n.
52.& 53.Accedit,quia tranſlatio eſt odioſiſſima Ca-
putaq.dic.deciſ.303.num.10.cum per eam prorogẽt
ſeruitus eccleſiæ,Sarn.de infir.reſign.q.16.Et in odio
ſis non fit ampliatio,ſed reſtrictio regu.odia de regu.
iur.Et quia retẽtio eſt diſpenſatio c. cum in cunctis.
30 §.cum vero.de electio.&†diſpenſatio eſt odioſa. cap.
1.de fil. presb. Ideo verba ſtricte erunt intelligenda.
Gemin.conſ.33.col.4.verſ.cum verba , dixi late in ca.
at ſi clerici.§.de adulterijs.de iud.Accedit quia facul-
31 tas transferendi†penſionem non eſt de iure,neque de
natura penſionis,immo contra naturam , vt dicit Ca-
putaq.deciſ.303.num.11.& 12.p.2.cum penſio ſit ad
tempus,& extinguatur morte penſionarij, ſicut vſuſ-
fructus.c.vlt.de pignor.§.finitur,inſt.de vſufruct.& ta
men dicta facultas operatur perpetuitatem penſionis
poſt mortem penſionarij.Sarn.dict.q.16.de infir.reſi-
gn.Ideo requirit ſpecialem notam.

Et hoc ampliatur procedere etiam ſi in facultate
retentionis penſionis data in promotione, adſit clau-
ſula pro expreſſ.haben.&c.namque ſub hac facultate
& clauſula non intelligitur data facultas transferendi;
* ita inclinarunt Domini de Rot.*in vna Mediolanẽ.
penſionis coram Domino Reomano die 16. Maij
1552.teſte Caputaqu. deciſ. 303. ex rationibus ſupra
adductis.

Quarto infertur,quod in facultate transferendi pẽ
ſionem,ſunt exprimendæ qualitates & clauſulæ, quæ
tertio poſſunt præiudicare,quia facultas trãsferẽdi eſt
digna ſpeciali nota cum omnibus qualitatibus , cum
32 ſit odioſa,&in odioſis quicquid†eſt omiſſum habetur
pro omiſſo.l.commodiſſime.ff. de li.& poſthu.c.odia
de reg.iur.in 6.Bellam.deciſ.752,Aretin.conſ.7.col.2.
Soci.ſen.conſ.9.p.2.Rot.deciſ.331.in nou.qui omnes
loquuntur de hac re,vt tradit Caputaq.qui hęc vult in
ſpecie deciſ.313.p.2.

Quinto infertur,quod mandatum ad conſentien-
dum penſioni in fauorem N.cum quibuſdam†clauſu
33 lis non ſufficit ad clauſulam transferendi penſionem,
* ita tenet*Rot.& habemus deciſ.Peregr.55.lib.1.in
manuſcr.

Ad nonum reſpondetur,habentem facultatẽ tranſ
34 ferendi poſſe quocunque†tempore transferre, prout
voluerit,etiam in mortis articulo,namq; facultas trãſ
ferẽdi ſolet dari rite his verbis cũ facultate penſionẽ
ipſam in totũ vel in partẽ ſimul vel ſucceſſiue in vnã
vel plures perſonas eccleſiaſticas,& quæcumque be-
neficia eccleſiaſtica obtinentes per eundem N. quan
documque ſibi placuerit nominare etiam in manibus
cuiuſ-



cuiuſcunque perſonæ etiam in dignitate eccleſiaſtica
cõſtituti,ſeu canonici cuiuſcunq.cathedralis ſeu Me
tropolitanæ eccleſiæ,aut Ordinarij loci etiam in mor
tis articulo in Romana Curia vel extra eam,& alias in
forma ſolita latiſſime extenden.abſque alio dicti A.q
ad hoc expreſſe conſenſit,& ſucceſſorum præfatorũ
de ſuper adhibendo conſenſu transferendi,&c.Huiuſ
modi verba ponit Mandoſ.tract.de ſignat.grat. dict.
tit.tranſlationes penſionum col.verſ.clauſula poteſta
tis,& ita vidi obſeruari,immo etiam ſi non fuiſſet ex-
preſſum,vt poſſit trãsferri in articulo mortis,poterit
dicto tempore fieri tranſlatio,quia non reperiebatur
prohibitũ,dato quod de ſtylo ſoleret talis clauſula ap
poni,ita fuit reſolutum in vna* Gerunden. penſionis
coram D.Thoma de Tanis die 13. Maij 1541. teſte
Put.deciſ.6.tit.de penſion.alias 138.lib.1.in impreſſis
Sarn.in deciſ.8.in addit.ad ſuas regulas in manuſcrip.
35 vbi per hoc dicit regulam de infirmis non habere†lo
cum in tranſlatione penſionis quod voluit idem Sar
dic.regul.de infir.regn.q.16.num.vbi refert fuiſſe* de
ciſum in Rot.tempore Leonis X.valuiſſe tranſlatio-
nem factam in articulo mortis nutu magis quam ver
bis,non obſtat.regul.per plura.Idem concludit Man-
doſ.ibid.q.11.Ita etiam data facultate alienãdi poteſt
ille alienare non ſolum inter viuos ſed etiam in vltima
36 voluntate † l.ſi quis prioris §.ſi certum ff.ſi certum pe
tatur,Soccin.cõſ.43.num.2 col.4.& per hanc & alias
multas rationes,poſſe fieri translationem in articulo
mortis firmant Pariſ.conſ.46.vol.4. Gamb. de auct.
leg.lib.6.tit.de penſ.num.635.

Solet etiam dari clauſula quod litteris non confe-
ctis poſſit fieri tranſlatio,vt tradit Mandoſ.dict. titu.
tranſlationes col.3,quę clauſula multum prodeſt,quia
non requiritur expeditio literarum,& hinc eſt quod
dicta clauſula non obtenta translatio facta coram exe
cutore ante expeditionem & præſentationem†littera
37 rum eſt inualida Rot.deciſ.459.in nou. Put. deciſio.
246.num.2.lib.3.Gamb.de auct.leg.a later.tit.de pẽſ.
num.638.Mandoſ.locô citat.verſ.non nunquam,Ro
man.conſ.353.ante num.7.Caſſan.conſ.10. num.16.
executor enim Apoſtolicus non poteſt iuriſdictionẽ
exercere ante expeditionem litterarum & illarum re
ceptionem,Caſſad.deciſ.vlt.num.12.de reſtit. ſpoliat.
Bellam.deciſ.10.Card.Pariſ.conſ.12. num.18. vol.4.
Mil.in repert.in verb.gratia Apoſtolica Crauett.cõſ.
134.num.22.Ideo tranſlatio facta per procuratorem
litteris nõ expeditis neque præſentatis nõ valet,Cre
ſcent.dec.298.lib.1.in manuſcr.Put.deciſ.8.de proba
tionibus.

38 Limita niſi fuiſſet†facta translatio coram executo-
re vigore proceſſus fulminati,nam hoc ſufficit,ſi po-
* ſtea,conſtabit de literis originalibus,*ita fuit conclu
ſum in Rot.teſte Achill.deciſ.2.de off.deleg.in manu
ſcr.in vna Zamoren.penſionis die 11.Aprilis 1549.te
ſte etiam Put.deciſ.246.lib.4. quia per productionẽ
inſerti Iudex erat certus de iuriſdictione,& Iudex po
teſt dare fidem inſerto parte non opponente , vt late
explicat Put.dict.deciſ.

39 Ad decimum reſpondeo†duobus modis poſſe fie
ri tranſlationem,vel coram ſummo Pontifice via ſup
plicationis in qua petitur,quod penſio abſque facul-
tate transferendi aſſignata caſſetur,extinguatur,& an
nulletur ad effectum vt ſimilis penſio in fauorem alte
rius cõſtituatur ſeu reſeruetur,ſupplicat ille N.tertius
vt ſibi penſio huiuſmodi aſſignetur, ſeu reſeruetur,
cum clauſulis & decretis in prima penſione conten-
tis,ita Mandoſ.dict.tit.translationes col.2.verſ.rurſus
qui notabiliter dicit quod ſub illis verbis,cum clauſu-
lis in prima penſione contentis,nõ venit facultas trãs
ferendi,quia huiuſmodi facultas erat perſonalis & qa
non poterat extendi vltra primam vicem,arg.l.boues
§.hoc ſermone ff.de verb.ſignifi.

Et ſub hac forma fit quoties non adeſt facultas
transferendi,& hoc difficiliter concedi obſeruaui, &
non niſi pro perſonis valde benemeritis, & ſi penſio
eſt reſeruata ſuper cathedrali quando proponitur ec-
cleſia Conſiſtorio per Cardinalem,optimum eſſet di
cere,quæ eſt grauata penſione annua mille ducatorũ
quæ extinguitur & caſſatur ad effectum vt &c.ita fuit
factum in eccleſia Roſſanen. vacante per ceſſionem
hoc anno.

40 Secundo modo†coram aliquo in dignitate conſti-
tuto.Nauarr.conſ.45.num. 1.de præben.per viam cõ-
tractus,vel per viam vltimæ voluntatis,vt late per Par.
dict.conſ.46.vol.4.Et vt plurimum fit coram Nota-
rio & teſtibus,nam hoc ſolet exprimi in facultate cõ
ceſſa transferendi per hæc verba,in eadem Curia, vel
extra etiam in mortis articulo in clericũ ſeu clericos
coniugatos , per eos eligendos etiam quemcum-
que & qualiacumque beneficia eccleſiaſtica & pen-
ſiones obtinentes in totum vel in partem etiam corã
ſolis Notario & teſtibus,etiam laicis,etiam ſine con-
ſenſu eaſdem penſiones ſoluere debentium.

Ita Milites ſancti Petri,ſancti Pauli,Pij,& Laureta
ni poſſunt transferre & coram perſona in dignitate
eccleſiaſtica conſtituta & coram Notario & teſtibus,
& ſic coram ſuperiore & non ſuperiore expreſſe ha-
betur in conſtitutionibus Leonis X.circa milites ſan-
cti Petri,Pauli III.circa milites ſancti Pauli,Pij IV.cir
ca milites pios,Sixti V.circa Lauretanos , & tradunt
Put.deciſ.344.in princ.lib.2.Ant.Auguſt. deciſ.3. &
deciſ.164.lib.3.Idem Put.deciſ.3.10.& 16.tit.de pen-
ſio.Mandoſ.in locis citatis,Chiſan.deciſ.111.

41 Amplia†vt poſſint hoc facere etiam non oſtenſis
priuilegijs militum& liter is penſionis,ita fuit conclu
* ſum*in vna Senen.penſionis die 2.Decembris 1545.
coram Cardin.de S.cruce,teſte Put.de.prędicta 344.
lib.2.ex rationibus ibi allegatis, Ant. Auguſt. loc.cit.
Mandoſ.dict.tit.translationes col.vlt.

Vnde alias fuit dubitatum quia quidam à Notario
fieri fecit inſtrumentum tranſlationis penſionis , pro
vt in iſto memoriali etiam memoriali in totum non
lecto an ſubſiſtat translatio,fuit reſolutum affirmati-
ue in vna Iſpalen.penſionis 13.Octobris,1545.coram
Put.vt ipſe reſtatur deciſ.6.de fid.inſtrum.quia trãsfe
rens fuit confiſus de fide Notarij.

42 Econtrario , †translatio facta cum ſchedula po-
ſtea lacerata eſt inualida,Ant.Auguſt. deciſ.33.lib.3.
niſi conſtet de ea,Put.dict.deciſ.6.de fid. inſtrum. in
manuſcr.& cenſetur valide translata,ſi ſit in translatio
ne dictum iuxta formam memoralis,Caputaq. deciſ.
410.lib.primo in manuſcr.

Et in translatione penſionis non requiritur men-
43 tio aliarum †penſionum,Creſcent.deciſ.240.lib. 1.
Naratiua autem poſita in translatione eſt verifican
44 da de iure,Peregr.deciſ.146.lib.2.in manuſcr.
Et ſi translatarius exiſtat in poſſeſſione , exigendi
penſionem,non tenetur verificare literas ſuas,Moed.
dec.158.Put. deciſ.8. de probat.eo magis ſi habeat
clauſulam ſine retardatione etiam in Iudicio poſſeſ-
ſorio non tenebitur,Put.deciſ.247.lib.1.
Et ſi clericus vxoratus transfert penſionem,tranſ-
latarius

latarius ſufficit quod probet clericatum ipſius per de
45 lationem†habitus,& communem reputationem,Put.
deciſ.14.de probat in manuſcr.
Et tandem dicendum eſt quod tranſlatio debet fie
46 ri ſecundum formam†datam,Caputaq.deciſ.132.li.2.
in manuſcr.
47 Ad vndecimum reſpondeo†tranſlationem eſſe inti
* mandam habenti ſoluere penſionem,& ita*practica-
tur,vnde habens facultatem transferendi penſionem,
dummodo intimet tranſlationem infra tres menſes,
debet intimare,& hoc procedit quamuis non transfe
rat abſenti,nam nihilominus tenetur intimare infra
dictos tres menſes, Put.deciſ. 72. de penſ.in manu-
ſcr.Caſſad.deciſ.10.de reſcr.Gig.de penſ.q.85. nume.
9.Et ſi penſio fuit traſlata ſuper pluribus beneficiis ,
tranſlatarius debet petere penſionem tranſlatam pro
rata,ita Paleott.deciſ.304.in manuſcriptis.
Ad duodecimum,dum quæritur an tranſlata pen-
ſione terminus proximus ſit diuidendus pro rata in
ter transferentem & heredem ipſius ac tranſlatarium
multa poſſunt allegari pro vtraque parte,quæ omitto
cum habeamus in hoc notabilem deciſionem Rotæ
factam ſub die 17.die 17.Februarij.1547.in vna*Gra
naten.penſionis coram D.Proſpero de ſancta cruce.
Cardinali ampliſſimo tunc Auditore Rot.nãque Epi
ſcopus Veronen.habuit facultatem transferendi pen
ſionem.2000.ducatorum ſuper fructibus dictæ Ec-
cleſiæ Granaten.die 4.Decembris 1543. illam tran-
ſtulit in fauorem Cardinalis Poli: fuit dubitatum in .
Rot.an terminus Natiuitatis D.N.qui poſtea per pau
cos dies ceſſit,& venit pro rata deberet diuidi inter
hæredes dicti Epiſcopi & ipſum Cardinalem Polum
iuxta terminos l.diuortio in principio ff.ſolut.matr.&
iuxta ea quę ſcribunt Caccialup.de penſ.q.23.& Gig.
q.53.Hoc tamen non obſtante contrarium fuit con-
cluſum,quod dicta diuiſio fieri non deberet † ſed ille
48 terminus integre ad Cardinalem ſpectaret,vt atteſta-
tur ipſe Cardinalis ſanctæ crucis deciſ.126. in manuſ
cr.Pelegr.deciſ.48.in vna Granaten.lib.2.in manuſcr.
* Put.deciſ.14.lib.3.& ita ſæpe fuiſſe*reſolutum a Ro
ta,atteſtatur Gabr.conſ.191.num.3.vol.2.quia allega
ta in cõtrarium loquuntur in actu neceſſario,nos au
tem ſumus in actu voluntario vt per Bart.in l.vlt.ff.de
iure fiſci,Roman. conſ. 10.& ante diem Natiuitatis
non ceſſerat neque venerat dies,& ſic actio non erat
orta,cum ergo actionem orituram extinguat,& caſ-
ſet,& hoc vltra in alium transferat non reſeruato iure
quo ad fructus præteritos cenſetur illud ius donaſſe.
Ex quo concludendum quod quandocunque fue
rit facta tranſlatio integer terminus proximus ſpectat
ad tranſlatarium,Put.deciſ.3.& 7.titu.de penſ.Peleg.
deciſ.48.lib.2.in manuſcri.
Limit.niſi ſibi reſeruaſſet fructus præteritos , Put.
deciſ.14.prope fin.lib.3.
In neceſſaria extinctione quando ſcilicet moritur
* penſionarius alias Rot.*tenuit eſſe faciendam diſtin
ctionẽ iuxta terminos l.defuncta vbi Doctores. ff. de
vſufr.Put.dic.deciſ.14.lib.3.Pelegr.deciſ.48.lib.2.Ale
xand.conſ.82.num.1.lib.2. Sed mutatis Auditoribus
in hoc articulo Rota mutauit opinionem,& firmauit
vt numeratione temporis facta a die reſeruationis ꝓ
49 rata temporis quo intra illum†annum vixit penſiona-
rius detur hæredibus , & reſiduum remaneat rectori
beneficij,ita vt diuiſio fiat ſecundum formam l.diuor
tio ff.ſolut.matrim.vbi Alberic.nu. 13.late Couarr.li.
1.variar.reſolut.c.15.nu.13.vt atteſtatur Hieron.Ga-
briell.conſ.191.nu.9.vol.2.
Et ſicuti non cenſetur data facultas transferendi
penſionem niſi expreſſe dicatur , vt ſupra dictum eſt,
* & eſt communis*reſolutio Doctorum quod clauſu-
læ generales non ſuffragantur;Ita non cenſetur remiſ
50 ſa niſi etiam†dicatur,Caputaq.deciſ.308.vbi refert no
* tabilem caſum*deciſum in Rota in vna Toletan. die
8.Iunij 1554.vel quod quis non velit vti ea, vt omni-
bus clarum eſt.
Et qui habet penſionem cum regreſſu ob non ſolu
51 tionem,& facultatem†transferendi ſimiles penſiones,
poteſt transferre cum eodem regreſſu ob non ſolu-
tionem,& tranſlatio facta intelligitur hoc modo, ita
* fuit*reſolutum in Rot.teſte Guid. Bono deciſ. 142.
52 Et tranſlatio penſionis † eſt omnino res profana,
* ita*ſępius iudicauit Rot.vt atteſtatur Gamb. de auct.
leg.tit.de penſ.num.633. idque poteſt probari ex ra-
tionibus deductis per Gig.de penſ. qu. 99.vbi quærit
an poſſit dari pecunia pro tranſlatione penſionis & ꝓ
53 multa concludit†affirmatiue abſq; ſimonia , & faciũt
quę ſcribit Sarn.de infir.reſign.q.16.numer.4.& alias
ego conſului conſtitutionem Pij V. de confidentia
54 non habere locum in tranſlatione†pẽſionis, vt ſuo lo
co latius dicam.Hodie autem Rot. tenet quod pen-
* ſio non ſit profana ſed annexa ſpirituali, ita dictum*
in vna Britorien. coram Gypſio die 12. Decembris
1588.& die 3.Martij 1589.Gab.conſi.291.n.7.vo.2.
Sed dubium eſt notabile quod pluries contingit.
Titius conſenſit extinctioni penſionis ad effectum il
lius tranſlationis in N.cum primum clericali characte
re fuerit inſignitus & non aliter nec alio modo, N.nõ
erat laicus,poſtea effectus clericus & per conſequens
capax tranſlationis penſionis ; Quæritur an potuerit
Titius terminos penſionis exigere pendente cõditio-
ne,ſcilicet vſque quo fuerit effectus habilis N. & ſic,
an,ſi perceperit,teneatur reſtituere?
Pro negatiua opinione , quod poſt extinctionem
non potuerit exigere.
Primo quia ſummus Pontifex admiſit extinctionẽ
ſimpliciter licet ad effectum vt reſeruetur N. & poſt
extinctionem nullum hẽt ius, ideo nõ poterit exigere.
Secundo quia Titius conſenſit ex tunc penſioni,
ideo ab illa die fuit extinctum omne ius illius, Pariſi.
conſ.82.nu.17.vol.4.
Tertio eo magis quia iam venit dies conditionis,
quia N.effectus fuit clericus.
55 His tamen†non obſtantibus contrariam opinionẽ
in indiuiduo in facti contingentia interrogatus cum
lis penderet tenuit Gabriell.conſ.185.& conſ.186.n.
11.libro.1.cuius opinio mihi uidetur in puncto iuris
poſſe ſuſtentari,quia non conſenſit ſimpliciter extin
ctioni penſionis,ſed ad effectum tranſlationis in N.
& non aliter,vnde conſenſus eſt conditionalis,& an-
56 te conditionis euentum † perinde eſt ac ſi non fuiſſet
datus ſtante clauſula non aliter,Bald.in l.ſi quidem C.
de except.& in Auth.ingreſſi num.7.C. de ſacroſanc.
eccleſ.Alex.conſil.3.num.5.volum.1.Iaſ.conſ. 186.n.
16.vol.3.Socc.ſen.conſ.251.vol.4.lib.2. vnde ante cõ
ditionis euentum penſio extincta dici non poteſt,nec
ius receſsiſſe a Titio,§.ex conditionali Inſtit.de verb.
obliga.Gozzad.conſ.3.ſicuti ante conditionem im-
57 pletam beneficium manet reſignantis† & ius non ab-
dicatur ab eo,Butr.& Abb.in cap.cum pridem de pa-
* cti.& communiter* Doctores, vt ſcripſi ſupra: ex quo
ſequitur potuiſſe ante modum impletum fructus per
cipere cum conditio faciat vt ius maneat cedentis &
fructus



fructus ad eundem ſpectent,l.neceſſario §.quod ſi pẽ
dente.ff.de pericul.& comm.rei vend.l. vbi autem de
in diem adiect.Alex.conſ.73.num.7.libr.2.Tiraquell.
de retr.conuent.in fin.in 63.& ſic cum reſeruatio fue
rit conditionalis,nam fuit facta cum primum clerica
li charactere fuerit inſignitus,& dies incertus condi-
58 tionem†facit,l.dies incertus de condic. & demonſtra.
ſequitur ante conditionis euentum non cenſeri fa-
ctam c.ſi pro.vbi notat.de reſcr.Gemin.conſ. 107.in
fin.Caſſad.deciſ.3.& 14.de præben.
Non obſtant contraria : ad primum reſpondetur,
quod non dicitur penſio extincta,niſi quatenus con-
ſenſus id patitur, ſed conſenſus fuit conditionalis,
nec poteſt dici ante præſtitus,quam fuerit in N.trãſ
lata penſio,Gemin.in c.2.nu.11.de elect.li.6.
Ad ſecundum reſpondetur in actu conditionali
59 clauſulam,ex tunc,† ſemper referri ad conditionem,
& nihil antea efficere,Card.& Imol.in Clemen.vnica
de conceſſ.præben.num.10.Caſſad.deciſ.3.nu. 10. de
præben.Pariſ.dict.conſ.82.nu.17.vol.4.
60 Ad tertium reſpondetur,conditionem etiam†cau-
ſalem non retrotrahi,ſed tempus tantum conditionis
inſpici,Oldrad.conſ.229.Caſſad.deciſ.3.nume.17.de
præben.Anchar.late in Clemen.1.nu.21. de conceſſ.
præbend.
Amplia hanc cõcluſionem procedere etiam ſi Ti-
tius habens penſionem conſenſiſſet ſimpliciter extin
ctioni penſionis ad effectum vt reſeruetur N. & non
aliter,nam ſi penſio non poteſt ex aliqua cauſa acqui
ri N.ius non abdicatur à Titio & poterit fructus per
cipere,Gabriell.conſil.185.num.10.ex rationibus ſu-
pra adductis & tradit idem Gabriell.conſi.186.num.
11.Ideo idem Gabriell.dict.conſil. nu. 12. infert,qđ
ſi quis habens facultatem transferendi penſionem in-
fra 30.menſes, & conſentit extinctioni ad effectum
vt reſeruetur N.quàm primũ charactere clericali fue
rit inſignitus,ſi N.elapſis triginta menſibus fuit effe-
ctus clericus,penſio nunquam fuit à Titio abdicata
& poteſt exigere terminos,vt etiam idem conſuluit,
& probauit pluribus argum.idem Gabriel.conſ.186.
per totum eod.lib.1.
Et quia de tranſlatione penſionis agi cœptum eſt,
ne aliquid omittatur,quæritur,ſi Papa concedit alicui
penſionem ſuper aliquibus beneficijs cum facultate
transferendi,& vult commodum & vtilitatem illius
penſionis ad alium ſpectare,vt quotidie ſit in benefi-
61 cijs Hiſpaniæ propter eius Regni†ordinationem, an
ipſa penſio & ius ipſius reſideat penes eum in perſo
na cuius gratia penſionis facta eſt, aut penes eum in
cuius commodum & vtilitatem tendit penſio ? Hoc
* dubium fuit propoſitum in Rota.* die 13.Februarij
1573.coram R.P.D.Graſſo in vna Iſpalen.penſionis,
& Domini conſtituerunt tres caſus, quorum primus
eſt,quoties ſumus in claris,vt quia Papa dixit, conce-
dimus tibi penſionem centum ducatorum ſuper fru-
ctibus talis beneficij,reperias Hiſpanum , qui teneat
illam in perſona ſua,& hoc caſu ius reſidet penes eũ,
donec aliquis Hiſpanus nominetur,& in eius perſo-
nam ius & titulus penſionis conferatur penes quem
erit nudum nomen.Secundus caſus in Curia frequen
tior,quando gratia facta fuit alicui Hiſpano , & dixit
Papa,aſſignamus penſionem hanc N. Hiſpano pro-
pter pragmaticam, & volumus quod illam exigat ad
commodum B.& hoc caſu ius reſidet penes N.nomi
natum & non penes B.excepta vtilitate ſeu commo-
do penſionis ex l.quidam cum filium & ibi Bal. Ang.
& Imol.de hæred.inſtit.ad quam poterit agere actio
ne mandati,non autem ad ius aliquod ipſius penſio-
nis,Bald.in d.l.quidam cum filium,vbi Imol.numero
1.& tenuit Rota 3.Martij 1573. Tertius quando ſu-
mus in dubio , & tunc non eſt recedendum à uerbis
ſupplicationum & litterarum,& hanc Rot.ſenten.re-
fert Anaſt.Germon.de indult.§.ſi uero illa num. 56.
& habetur in deciſ.Rot.diuerſ.impreſſ. Venet.in par.
1.deciſ.399.
Et in ſecundo caſu penſio extinguitur per mortẽ
N.penes quem eſt titulus penſionis,& non per mor-
62 tem B.penes quem†eſt commodum,vt fuit* reſolutũ
* in eadem Iſpalen.die veneris 13. Nouembris 1573.&
* ita uidi ſæpius*practicari.Dubium tamen eſt, an cõ-
63 moditas penſionis poſſit in alium†transferri ſine alia
ſolemnitate & ſine ſcientia & conſenſu penſionarii,
* & affirmatiuam opinionem tenuit* Rot.in ead.cauſa
coram eodem Lunæ 18.Maij 1573.
Et ſi poſt tranſlationem moriatur transferens,pen
ſio non extinguitur,vt in eadem cauſa fuit dictum,&
habetur deciſ.400.p.1.

## QVINTAE QVAESTIONIS.

### SVMMARIVM.

1 *Reſignanti aliquando reſeruatur regreſſus.*
2 *Antiquitus ignorabatur vſus regreſſus.*
3 *Regreſſus ex quo textu ſuſcepti.*
4 *Regreſſus quid faciat.*
5 *Reſeruatio beneficij quid faciat.*
6 *Regreſſus quid.*
7 *Renunciantibus non datur regreſſus ad beneficium renunciatum.*
8 *Regreſſus habet cauſam etiam de præterito.*
9 *Regreſſus facit gratiam conditionalem.*
10 *Per regreſſum acquiritur ius ad rem.*
11 *Regreſſus ex qua cauſa dentur.*
12 *Regreſſus qui fauorabiles.*
13 *Poſt renunciationem regreſſus non datur.*
14 *Regreſſus tantum à Papa conceduntur.*
15 *Coadiutorias ſolus Papa concedit.*
16 *Legati à latere non poſſunt concedere regreſſus.*
17 *In regreſſu forma tradita conſideratur.*
18 *Regreſſus intrat cedente reſignatario.*
19 *Cedente reſignatario in fauorem non eſt locus regreſſui.*
20 *Conditio debet purificari.*
21 *Indultum conferendi beneficia vacantia per ceſſum non habet locum in renunciatione ad fauorem.*
22 *Reſignatario moriente intrat regreſſus.*
23 *Decedere quid?*
24 *Reſignatario priuato intrat regreſſus.*
25 *Priuatio feudi intelligitur domino volente.*
26 *Adueniente caſu regreſſus,ſi reſignans non vtatur,nõ poteſt poſtea.*
27 *Priuilegium ſtricte interpretatur.*
28 *Odioſa ſtricte interpretanda.*
29 *Habens regreſſum poteſt vti ſua facultate ſecunda vice,ſi prima erat excommunicatus.*
30 *Excommunicatus abſolutus omnia iura priſtina recuperat.*
31 *Habens regreſſum cum illi locus eſt poteſt apprehendere poſſeſſionem propria auctoritate.*
32 *Poſſeſſio canonicatus debet capi capitulariter.*
33 *Facultas capiendi poſſeſſionẽ propria auctoritate ceſſat cum lis eſt ſuper beneficio.*

34 Quę

34 *Quæ clauſulæ pregnantes poſſint obtineri in reſeruatione regreſsus.*
35 *Canonicus rediens ad canonicatum vigore regreſſus, quem locum debeat habere.*
36 *Regrediens quos fructus debeat habere,*
37 *Priuatus an recuperet locum ſuum ſi reſtituatur.*
38 *Regrediens tenetur ad penſionem.*
39 *Statutum Eccleſiæ Hiſpalen. quid diſponat circa beneficiatos.*
40 *Statutum exorbitans non extenditur.*
41 *Regrediens dicitur continuare.*
42 *In regreſſu ius nouum.*
43 *Prouiſio ordinarij de beneficio, ſuper quo erat reſeruatus regreſſus, eſt valida.*
44 *Regreſſus tribuit ius ad rem.*
45 *In reſeruatione regreſſus requiritur conſenſus beneficiati.*
46 *Regreſſus ſine conſenſu valet.*
47 *Conſenſus ſufficit vt interueniat quandocumque.*
48 *Expreſsum dicitur quod colligitur.*
49 *Mors omnia ſoluit.*
50 *Ingratitudo reprobatur.*
51 *Ingratitudo uitium enorme.*
52 *Conſenſus ſuppletur per non contradictionem.*
53 *Argumentum non valet de caſu expreſſo ad non expreſſum.*
54 *Regreſsus ſubreptitius eſt nullus.*
55 *Primus regreſsus etiam abſque conſenſu præualet ſecũdo.*
56 *Regreſſus ſecundus eſt inualidus.*
57 *Decretum irritans inficit titulum & poſſeſſionem.*
58 *Spoliatus quando non ſit reſtituendus.*
59 *In literis regreſſus non exprimitur valor beneficij.*
60 *Probare debet qui opponit.*
61 *Regreſſus eſt nullus expreſſo malo ualore.*
62 *Ius non abdicatur à reſignante non expreſſo vero valore.*
63 *Verba non alias &c. reddunt actum conditionalem.*
64 *Habens regreſſum non tenetur de aliquo iure docere.*
65 *Regreſſus conceſſus ex cauſa ceſſionis ſuſtinetur, quãuis cedens bonum ius non habeat.*
66 *Super regreſſu literæ expediendæ.*
67 *Supplicatio ſola ſufficit pro abſolutoria.*
68 *Regreſſui per deceſsum eſt locus in caſu reg. de In.*
69 *Regreſsus non continetur ſub concordatis Germaniæ, & ſub indultis Cardinalium.*
70 *Coadiutoriæ comprehenduntur ſub indultis Cardinalium.*
71 *Regreſſus & Coadiutoriæ æquiparantur.*
72 *Differentiæ inter regeſſum & coadiutoriam.*
73 *Regreſſus ex cauſa ceſſionis dicitur ex cauſa onceroſa.*
74 *Regreſsus ex cauſa oneroſa non dicitur proprie gratia.*
75 *In regreſſu narrata debent iuſtificari.*
76 *Gratia probanda eſt.*
77 *Quæ ſint narranda in regreſſu.*
78 *Regreſsus conceſſus habenti morbum comitialem eſt nullus.*
79 *An in reformatione ſit facienda mentio regreſſus.*
80 *In regreſſu reſeruato ratione litis, docendum eſt de lite.*
81 *Lis incœpta per procuratorem non habentem mandatum, non dicitur lis.*
82 *Regreſsus caſſat quando illum habens non vult vti.*
83 *Regreſſus ceſsat cum ille patitur beneficium ab alio poſſideri.*
84 *Ignorantia præſumitur.*
85 *Ignorans dicitur iuſte impeditus.*
86 *Regreſſus ceſſat per aſſecutionem incompatibilis.*
87 *Regreſſus ceſſat per extinctionem.*
88 *Regreſſus caſſatur ſola uoluntate.*
89 *Extinctio regreſſus eſt actus fauorabilis.*
90 *Debet extendi conſenſus in caſſatione penſionis.*
91 *Regreſsus caſſatur per inſtrumentum, & coram Notario & teſtibus, & per literas.*
92 *Tractatus caſsationis non caſſat regreſſum.*
93 *Quando ſit licita pœnitentia in caſſatione regreſſus.*
94 *Reuocans procuratorem datum ad caſſandum regreſsũ non eſt periurus.*
95 *Leo X. & Paul. III. quos regreſsus reuocarint.*
96 *Regreſſus ſunt reuocati à Concilio Tridentino.*
97 *Regreſſus hodie nun conceduntur.*
98 *Regreſsus qua ratione damnentur.*
99 *Hæreditariæ ſucceſſiones in beneficijs repelluntur.*
100 *Ratio finalis quæ.*
101 *Eccleſia eſt grauanda minus quam fieri poteſt.*
102 *Res de facili reuertitur ad naturam ſuam.*
103 *Beneficia debent conferri idoneis.*
104 *Votum captandæ mortis prohibetur.*
105 *Pactiones de futura hæreditate odioſæ.*
106 *Spes ambitioſa ad beneficia prohibetur.*
107 *Renunciantibus non datur regreſſus ad ius ceſſum.*
108 *Papa poteſt etiam hodie regreſſus concedere.*
109 *Papa poteſt conferre beneficia ad tempus.*
110 *Regreſſus ob non ſolutionem penſionis non ſunt ſublati.*
111 *Acceſsus quid ſit.*
112 *Acceſſus non habet cauſam de præterito.*
113 *Acceſſus ſunt ſublati hodie.*
114 *Ingreſſus quid, & quid ſupponat.*

## QVAESTIO QVINTA.

QVINTO Quæro, An reſi-
gnanti vltra penſionem & fru-
ctus poſſit reſeruari regreſſus,
* & quando, & quid requiratur?
communis* opinio, eſt affirma
tiua, nam aliquando reſignan-
1 ti reſeruatur† regreſſus, vt in ca
ſibus de quibus per Arago. de-
ciſ. 41. Creſcent. deciſ. 105. & 229. lib. 1. Achil. de Graſ.
deciſ. 323. Pelegr. deciſ. 208. li. 3. Tho. de Tan. dec. 35.
Caputaq. deciſ. 13. p. 3. li. diuerſ. deciſ. 169. 180. & 275.
Palcot. deciſ. 28. alias 18. 13. Octobris in manuſcr. cũ
alijs quos congerit Mandoſ. in tract. de ſignat. grat. ti.
regreſſus.
2 Maiores noſtros† regreſſuum vſum ignoraſſe atte-
ſtatur Thom. Campeg. de reſeru. regreſſ. vbi tamẽ di-
cit ex antiquorum Canonum ratione ſuſceptos fuiſ-
3 ſe, ſcilicet ex cap. cum† pridem de pact. vbi Alex. IIII.
mandat quibuſdã reſtitui eccleſiam & capellam, qui-
bus ceſſerant &c. quod erat regredi ad beneficia quæ
renunciauerant: moderna igitur inuẽtio eſt, & nouus
4 modus† acquirendi ius ad beneficia nondum uacan-
tia, ut tradit Redoan. in tract. de ſimon. ca. 18. nu. 30.
5 p. 2. ſicuti contingit per †reſeruationem beneficiorũ,
Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de conceſſ. præbe. in
princ. Staphil. de liter. grat. in initio, Sarn. in eodem tra
cta. in præfat. modus quidem nouus inuentus ab ho-
mine, Redoan. p. 2. c. 18. nu. 3.
Regreſſus eſt quando Papa concedit vt ſi reſigna-
6 tarius præmoriatur† beneficium reſignatum reuertatᷣ
ad reſignantem, ita Rebuff. in tit. de regreſſ. in princ.
in



in ſua prax. Vnde regreſſus nihil aliud erit, quã reuer-
ſio ad beneficium ceſſum ſeu dimiſſum, ita Card. Pa-
riſ. conſ. 5. num. 8. vol. 4. ſequitur Mandoſ. d. tit. regreſ
ſus in tract. ſignat. grat. in principio, colligitur ex Ol-
drad. conſ. 275. & col. 2. verſ. circa quintum & ex lege.
7 quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædilit. edict †ibi: *remitten
tibus enim actiones ſuas nõ eſt regreſsus dandus*. Idẽ
in l. filius & l. ſi vnquam C. de reuocan. donat. c. mona
chum 20. q. 1. ibi: *& omnes ad ſeculum interdicimus
regreſſus*, c. ex litteris de diſpenſ. impub. ibi: *ad domum
propriam eſt regreſſa*, c. vt qui duas in fi. de elect. in 6.
c. ſi beneficia de præben. lib. 6. 1. Regum c. 25. ibi: *re-
greſſi ſunt itaque pueri Dauid per viam ſuam, &* pri
mo Machab. c. 27. & in Pſalm. 7. Cæſar lib. 3. bell. ciuil.
& lib. 5. l. properandum §. ſin autem C. de Iudic. l. mul-
to §. vlt. ff. de tut. l. negotiorum. ff. de appe. Oldrad. con
ſil. 175. quæſtio eſt colu. 2. Alex. conſil. 83. viſa num. 4.
lib. 3. Crauett. Conſil. 511. num. 3. & conſil. 856. nume
ro 22. & conſil. 959. num. 1. Gig. conſil. 28. num. 10. Ia
cob. Aemilian. conſil. 92. num. 1. cum ſequen. & conſi.
100. num. 4. & conſil. 121. num. 9. cum ſequent. Iacob.
Menoch. conſil. 187. num. 87. volum. 2. Redoan. de ſi-
mon. p. 2. c. 12. num. 2. Staphil. ſuper commiſſ. & literis
inſtit. verſ. in hac parte nume. 96. Ideo dicimus quod
8 regreſſus† habet cauſam iuris de præterito non ſimpli
citer iuris de futuro, cum ſupponat ius priſtinum, ſi-
cuti priuatio habitum, ita Caſſador. egregie deciſ. 1. n.
1. & 2. de pact. Redoan. de ſimo. p. 2. c. 17. Caput. deci.
313. nu. 2. p. 2.
9 Hinc regreſſus facit† gratiam conditionalem, ſicut
acceſſus, Cardinal. Pariſ. conſil. 82. volumi. 4. Redoan.
10 de ſimon. p. 2. cap. 17. num. 19. & ca. 29. numero & 9. †
& acquiritur ius ad rẽ, Sarn. de non tollend. iur. quæſit.
columna, penult. verſic. decimus & vltimus caſus, Re-
doan. dict. cap. 17. num. 10. & 18. ideo dicit Gamb. de
auct. Leg. a later. lib. 6. de penſ. num. 496. quod regre-
diens reducitur ad eum ſtatum, in quo erat ante re-
nunciationem.
Et huiuſmodi regreſſus paſſim, nec omnibus dan-
11 tur, ſed tunc† demum, cum adeſt eccleſiarum vtilitas,
aut neceſſitas nulla perſonarum habita acceptione, ita
Campeg. dict. opuſc. de reſeru. regreſſ. num. 4. vt quia
reſignãs multo tempore ſeruierit eccleſiæ, adeo vt in
illa ſenuerit, vel vt idoneus ſemel admiſſus fuit ad be-
neficium, nã ſi poſtea ob aliquam cauſam vtilẽ, & ho
neſtã renun. ei datᷣ regreſſus vt ſi prius deceſſerit reſi
gnatarius poſſit redire, & ſic de nouo ꝑfici beneficio
ceſſo, ita Campeg. loc. cit. Ideo Rebuff. in prax. in tit.
de regreſſ. dicit, non improbarem regreſſus quando
fieret ex cauſa, videlicet. quod deſtinatus ſucceſſor ẽ
valde dignus, & is qui reſignat iam lõgo tempore ec-
cleſiæ deſeruierit, & nullum aliud habet beneficium
quo ſenectuti conſulat & viuere poſſit. Quare impro
bat Rebuff. regreſſus qui fiunt tantum ratione ſangui
nis, & dicit eſſe damnabiles ſcilicet reſignanti, reſigna
tario, ac concedenti, Redoan. de ſimon. p. 2. cap. 10.
num. 9. & idem Rebuff. dic. tit. colum. 2. dicit, quod
illi regreſſus ſi fiunt ex cauſa publicæ vtilitatis vt me
12 lius eccleſiæ deſeruiatur ſunt† fauorabiles, & amplian
di, ſin minus damnabiles, & reprobandi, de quibus
Papa Deo optimo rationem redditurus eſt.
Et conceduntur regreſſus in actu renunciationis,
& pro reſignante ex cauſis vt dictum eſt ſupra, & ideo
13 poſt renunciationem† admiſſam regreſſus non datur
vt tradit Bartol. ſpina in tract. de poteſt. Pap. nu. 118.
& hac ratione dicuntur concedi ob cauſam, vt ſcri-
bit Put. deciſ. 267. num. 5. ex notat. in l. 1. ff. de donat.
14 Regreſſus conceduntur† dumtaxat a Papa, & ſunt
introducti ex eius plenaria poteſtate, quam in bene-
ficialibus habet, ita Rebuff. in prax. dict. tit. de regreſ
ſibus col. 2. in fin. verſ. verum vt ad rem veniamus, &c.
ſicuti penſiones, & alia beneficialia, Redoan. de ſimõ.
p. 3. cap. 8. num. 1. & ideo ſolius Papæ videntur eſſe, ſi
cuti concedere coadiutorias cum futura† ſucceſſio-
15 ne, vt explicat Redoan. dict. tract. de Simon. p. 2. c. 19.
num. 5. & ideo Legatis a latere non de facili permit
16 titur† conceſſio regreſſuum, vt tradit Gamb. in tract.
de auct. Legat. a lat. lib. de penſ. num. 195. Vnde in his
regreſſibus, iudicari debet pro vt ex litteris Apoſtoli
cis concedentibus regreſſum apparet, & ex verbis ſi-
17 gnaturæ, ita quod †nihil addatur, ſed forma præſcri-
pta obſeruetur, ita Rebuff. dict. titu. de regreſſ. col. 2.
in fin.
Forma autem qua annis elapſis concedebatur re-
greſſus paſſim reſignantibus hęc erat, vt tradit Man-
doſ. tract. de ſignat. grat. tit. regreſſus, col. 2. N. vero o-
ratori ne ex reſignatione huiuſmodi nimium diſpen-
dium patiatur quod dicto P. reſignatario cedente vel
decedente, aut beneficium huiuſmodi dimittente, &
alias quouis modo etiam apud ſedem Apoſtolicã va-
cante, liceat ſibi ad dictum beneficium quam primũ
illud per ceſſum ſeu quamuis dimiſſionem, vel amiſ-
ſionem, &c. aut alias quomodocunque etiam apud ſe
dem Apoſtolicam præfatam vacare contigerit libe-
rum habere regreſſum, & ingreſſum illiuſque corpo-
ralem poſſeſſionem per ſe, vel per aliũ ſeu alios eius
nomine propria auctoritate, libere apprehendere &c.
Ex qua forma primo colligitur, quod regreſſus cõ
ceditur ex cauſa reſignationis, namque vt dixi hæc eſt
ſufficiens cauſa, & idonea, vt dictum eſt de reſeruatio
ne fructuum, & penſione, ne reſignans nimium diſpẽ
dium patiatur ex ipſa ceſſione, Oldrad. conſ. 175. col.
2. Prapoſ. in c. 2. ſub num. 5. 1. q. 3. Gig. de penſ. q. 4. n.
& q. 56. Thom. Campeg. in dict. opuſc. de reſeruat. p
totum alium diſcurſum.
18 Secundo colligitur, †quod cedente reſignatario in
trat regreſſus, nam illa verba per ceſſum interpretan-
tur per reſignationem, vt tradit Mandoſ. de ſignat.
grat. dict. titul. regreſſus, col. 2. verſ. illa verba, id q. com
* muniter* apud omnes. eſt receptum.
Hoc tamen intellige ſi reſignatarius cedat ſimpli-
citer, & pure coram Papa vel ordinario, ita Moedan.
deciſ. 338. ſub tit. de renunc. inci. licet regreſſus ſit im-
poſitus, Put. deciſ. 314. num. 1. lib. 1. ſequitur Mandoſ.
in tract. ſignat. grat. verb. regreſſus col. 3. ante mediũ.
Vnde infertur quod reſignatarius poteſt reſigna-
re beneficium ſuper quo reſeruatus eſt regreſſus in
fauorem certæ perſonæ, & tunc non erit locus re-
19 greſſui, †quia aut in ſupplicatione fuit appoſita clauſu
la in fauorem N. & non aliter nec aliomodo, &c.
& tunc excluditur regreſſus per hanc clauſulam, ex
quo non reſignat aliter niſi in fauorem N. &
hoc agit vt reſignatario beneficium quæratur, alias
ius a ſe abdicare non intendit, & ineſt conditio qua-
tenus ius reſignatario acquiratur, qua conditione nõ
impleta reſignatio non poteſt effectum ſortiri, Rot.
deciſ. 7. de renunc. in fin. Caſtad. deciſ. 3. eod. tit Capu
* taq. deciſ. 83. p. 3. & communiter* Doctores, vt ſupra
dixi, quia ſi non acquiritᷣ ius reſignatario non poteſt
20 dici purificata reſignatio cuius† purificatio requiritur
ad not. in l. ſi pecuniã ff. ſi cert. pet. & ſic ius remanet
penes reſignantem, ſicut quando renunciatur bene-
ficium iuriſpatr. ſine conſenſu patroni, ius remanet
* penes reſignantem* vt fuit deciſum alias in Rot. co-
ram Raudl.

ram Rauellen. Aut vero reſignatio fit in fauorem N.
abſque dicta clauſula , & non alias, &c. & tunc etiam
conditio præmiſſa ſubintelligitur ut fuit alias in Rot.
deciſum teſte Put. deciſ. 6. de renunc. quia reſignans
intendit vt reſignatario beneficium acquiratur, vnde
illa tacita conditio vera reddi debet, l. qui pecuniā cū
ibi not. ff. ſi cert. petat. l. qui balneum, & l. potior ff. qui
poti. in pign. habean. Ceſal. conſil. 22. num. 40. & con-
ſil. 56. num. 23. vol. primo, & ſecundum hanc opinio-
nem iudicauit*Rot. die 28. Aprilis 1542. in vna Cæſe
naten. parochialis S. Domitij coram Domino Sarnē.
teſte Moedan. deciſ. 338. alias 341. licet regreſſus ſit
impoſitus, de qua etiam atteſtatur Put. deciſ. 314. li. 1.
& ita etiam fuit concluſum in vna*Bononien. Mona
ſterij die 28. Februarij 1558. coram Illuſtriſſimo Pa-
leotto, teſte Caputaq. deciſ. 82. lib. 1. in manuſcr. Car-
din. Paleott. deciſ. 48. in Bononien. Monaſterij verſ. re
greſſus; Ita etiam ſi quis habet indultum conferendi
21 beneficia per ceſſum, vel deceſſum†etiam in Curia, in
dultum intrat quando vacant per ceſſionem ſimplici
cem in manibus Papæ, quia tunc uacant beneficia, ſe-
cus per ceſſionem in fauorem: nam hoc caſu non di-
citur vacare niſi in fauorem illius admittatur, vt fuit*
reſolutum in vna Tranen. & Firman. prioratuum co-
ram Illuſtriſſimo Cardin. Sanctæ Crucis 28. Ianuarij
1548. in Indulto, Cardinalis Rodulphi, teſte Put. de-
ciſ. 523. lib. 2. & dixi late lib. 2. q. 3.

Vnde ex mēte Rot. ut habeat locum regreſſus per
ceſſum, requiritur, quod reſignatio fiat in manibus
ordinarij, nam tunc intrat regreſſus, nam coram ordi
nario non poteſt fieri reſignatio niſi ſimpliciter, vel ſi
fiat coram Papa ſimpliciter, quod de raro accidit. Iō
inquit Mandoſ. loc. citat. quod regreſſus per ceſſum
parum operatur, niſi fiat renunciatio in manibus or-
dinarij. Cauti autem in regreſſu per ceſſum faciunt ap
ponere clauſulam per ceſſum etiam in fauorem certæ
perſonæ, ita admonet Moedan. dic. deciſ. in fin. & da-
ri huiuſmodi clauſulam atteſtatur Mandoſ. loc. cit.

22 Tertio colligitur, †quod moriente reſignatario po
teſt ad illud beneficium regredi ſtante conceſſione re
greſſus, quia illa uerba per deceſſum interpretantur p
23 mortem, cum decedere†capiatur pro mori l. Papinia
nus §. meminiſſe ff. de in off. teſtam. l. 1. §. ſeu verſicu.
Idem Sceuola ait ff. ad Syllan. l. lege Cornelia ff. de te-
ſtamen.

Quarto colligitur, quod ſi reſignatarius conſequa
24 tur beneficium incompatibile†vel priuetur, quod in-
trat regreſſus, & reſignans conſequitur beneficium
iam reſignatum, quia illa verba, ſeu quamuis dimiſſio
nem aut amiſſionem, hoc important; ita Mandoſ. di.
tract. de ſignat. grat. titu. regreſſus, colum. 5. verſic. vl-
tra illa verba Moedan. deciſ. 120. Sanctiſſimus Domi
nus Noſter Paulus in manuſcr. colligitur ex Put. deci.
314. num. 7. lib. 1.

Ex quo infertur, quod regreſſus intrat ex quatuor
capitibus, ſcilicet, per ceſſum, per deceſſum, per aſſecu
tionem incompatibilis, & per priuationem. Amplia-
tur procedere etiam ſi his quatuor modis beneficiū
vacet in Curia; namque ſolet exprimi etiam ſi apud Se
dem Apoſtolicam, &c. quod nullum habet dubium,
quoties exprimitur.

Dubitatur tamen, quid ſi beneficium reſignatum,
ſuper quo reſeruatus eſt regreſſus, vacet vno modo
ex quatuor ſuperius relatis, ſi ille qui habebat regreſ-
ſum non ingreditur poſſeſſionem beneficij, an ſi po-
ſtea alio modo vacet, poſſit vti ingreſſu? hoc dubium
accidit in Rota. & fuit iudicatum ualde difficile, nam
bis fuit propoſitum D. Ioann. Paulo cauſam propo-
nente. Namque N. habebat regreſſum per ceſſum, vel
deceſſum, vel aliam quamcunque amiſſionem, fuit lo
cus iuri regrediendi per aſſecutionem alterius incom
patibilis, & hoc ſciuit N. ac dimiſit regreſſum. Dubi-
tabatur an poſſit expectare, vt iterum fiat locus re-
greſſui per deceſſum, & ſi fuerit locus an poſſit regre
di ad beneficium? Pro affirmatiua allegabatur, quia
illa clauſula apponitur ad fauorem & commodum il-
lius, pro quo regreſſus reſeruatus eſt; vnde videtur ēt
electio ſibi reſeruata, ut eligat regreſſum ex qua cau-
ſa malit augument. leg. vbi autem §. qui illud, aut illud
ff. de verborum obligat. leg. illud. a contrario ſenſu ff.
de conſtitut. pecun. & potuit unum ex illis modis re-
grediendi propria auctoritate, & ſine ſuperioris iniu-
ria remittere, vt dicitur in penſione Præpoſit. in capi.
Agathuſa diſtinctio. 63. & practicatur * communiter
25 in feudo, vt priuatus feudo propter felloniam † intelli-
gatur, ſi Dominus voluerit, ad not. per Bald. in l. vltim.
num. 4. de reuocan. donat. l. 2. & ibi Gloſſ. C. de iur. em
phyt. late Caſſad. deciſ. 2. locat.

Contrarium tamen*concluſit Rot. die quinto. De
cembris 1539. quod regreſſus fuerit verificatus in pri
26 mo euentu†& per conſequens conſumptus taliter, vt
non poſſit habens regreſſum amplius illo uti, teſte
Moedan. deciſ. 120. in titul. de præbend. incipient. S.
D. N. Paulus, Ptolom. deciſ. 62. alias 90. Quia verbum,
quod poteſt referri ad plures actus tunc refertur ad
primum actum, quando primus actus conſumit effe-
ctum ſecundum intentionem loquentis, vt in caſu no
ſtro, ita egregie Bald. in l. inuitus ad fin. der ſicu. tu di-
cto. C. de procurat. quam doctrinam ſequitur Iaſon.
in l. diuortio §. quod in anno numero 12. & ſequent.
ff. ſolut. matrimon. & facit text. in capitul. non poteſt
§. illud autem de præben. libro 9. l. boue. §. hoc autem
ſermone, vbi late Tiraquell. de*communi ff. de verb.
obligat. Felin. in capitul. 2. de treg. & pact. Vnde bene-
ficium illud ſemel vacans, per aſſecutionem alterius,
non poterit amplius vacare per deceſſum eiuſdem p
ſonæ ſaltem illud ius, quod ante beneficiatus habe-
bat. Ideo dicendum in prima uacatione eſſe conſum-
ptum regreſſum, capitul. mandato, & ibi Geminia. &
Franc. numero 1. & ſequent. libro. 6. de præbend. &
quia illa facultate vſus non eſt ſuo tempore, illam vi-
detur remittere, quod poteſt abſque ſuperiore ſicuti
dictum eſt, & ita remouentur contraria.

Ad quod accedat, quia priuilegium continens præ
27 iudicium tertij ſtricte†eſt interpretandum, Cardinal.
Pariſienſ. conſilio ſeptuageſimoſecundo. numero 25.
& 38. volumi. quarto. Idem conſil. 101. numero 59.
volumin. primo. optime conſilio. nono. numero tertio
volum. quarto. eo magis, cum ſimus in odioſis in qui
28 bus ſtrictiſſima ſit interpretatio, †regul. odia cum ibi
nota. per Dyn. & addentes de regul. iur. in 6. Hinc ſcri
bit egregie Gamber. de Legat. a lat. libro ſexto. de pen
ſi. numero 498. quod poſtquam regreſſus eſt ſemel ſu
ſpenſus, perinde eſt, ac ſi beneficium tempore reſigna
tionis fuiſſet liberum, &c.

Rurſus quæritur, an ſi habens regreſſum reperia-
tur excommunicatus, quando illi locus factus eſt, pu-
ta quia moriatur reſignatarius, qui obtinet beneficiū,
ſuper quo eſt reſeruatus regreſſus, & beneficium con
29 feratur alteri, an habens†regreſſum, ſi erat excommu
nicatus tempore quo mortuus eſt reſignatarius, ſi po
ſtea abſoluitur poſſit petere beneficium vigore re-
greſſus? in Rota. die 21. Ianuarij 1521. fuit conclu-
ſum affirmatiue, vt refert Andr. Gambert. deciſ. 44.





incipien. coram Paulo. in manuſcr. & hanc concluſio
nem firmat Mandoſ. in tract. de ſigna. grat. titu. regreſ
ſus col. 8. verſ. quæro aun. &c. quia quamuis tempore
aduenientis caſus regreſſus erat inhabilis, arg. cap. pa-
ſtoralis de cler. excomm. & in hac materia conſidere
tur habitus tempore vacationis beneficij, c. ei cui de
præbend. libro 6. Felin. in cap. eam te column. ante pe-
nultim. verſicul. tempus datæ de reſcrip. tamen, quia
30 excommunicatus abſolutus, †qui non neglexit abſolu
tionem, omnia iura priſtina recuperat, cap. maximum
1. quæſtio. 7. Abb. in cap. primo. per quos fiat inueſtit.
in vſibus feud. vbi dicit, quod recuperat ius fidelitatis,
late Felin. in capitul. ſignificauerunt numero 14. eod.
titul.*communiter Doctores faciunt, quæ ſcribunt
Moderni Peruſ. de reſtitut. in integr. queſtio. 7. arti. 1.

31 Quinto colligitur † quod habens regreſſum, cum
illi locus eſt, poteſt apprehendere poſſeſſionem bene
ficij libere propria auctoritate, vt oſtendunt verba il-
la apponi ſolita in conceſſione: *illiuſque corporalem
poſſeſſionem per ſe, vel aliū ſeu alios eius nomine pro-
pria auctoritate libere apprehendere, &c.* quæ verba
operantur, vt quis non teneatur apprehendere poſſeſ
ſionem cum ſuo executore, argum. l. ſed ſi hac le. poſt
princ. ff. de in ius vocan. l. creditores, & ibi Bartol. C.
de pignor. Pariſ. conſilio primo numero 176. volum.
1. & conſilio. 45. numero 3. volum. 3. in regreſſu tamē
canonicatus, hęc verba poſita, vt qui habet regreſſum
poſſit propria auctoritate apprehendere poſſeſſionē,
concludunt conſenſum Capituli, nam non obſtanti-
32 bus talib. verbis poſſeſſio dēt capit capitulariter, impor
tant tamen, vt non teneatur capere poſſeſſionem, cū
executore; Ideo requiritur conſenſus capituli, ne Papa
videatur pręiudicare tertio, ita fuit concluſum*die 11.
Maij 1543. teſte Put. deciſ. 20. lib. 2. atteſtatur etiam
Thom. de Tan. deciſ. 35. in manuſcrip. vbi dicit, quod
illa uerba propria auctoritate operantur, vt poſſit ſine
miniſterio iudicis & executoris, ſed non excludunt ſo
lemnitatem ſeu formalitatem apprehēſionis, ut requi-
ritur, Innocent. in capit. in litteris de reſtitut. ſpoliat,
nam canonicis poſſeſſio capitulariter eſt dāda, ut fuit
reſolutum* in una Columbrien. canonicatus die 5.
Octobris coram Pelegrin. teſte eod. deciſ. 3. libro 3.
etiam per procuratorem debet capi poſſeſſio capitu-
lariter, vt fuit*reſolutum in una Brixien. Canonicatus
coram Cardinali Paleott. die 17. Maii 1559. teſte Ca-
putaq. deciſ. 22. lib. 1.

Secundo limitatur nō procedere ſi fuiſſet deſuper
lis introducta, nam quamuis ex forma reſcripti videa-
tur habere facultatem regrediendi, & poſſeſſionem ca
33 piendi†propria auctoritate, ſi tamen lis fuit deſuper
introducta, non poteſt vti dicta facultate lite penden
te, alias videtur attentaſſe, vt fuit concluſum in Rota.
in vna Roman. beneficij ſancti Petri primo coram
Cotta 10. Iulij 1568. & 3. Decembris eodem anno, de
inde idem firmatum fuit die 2. Maij 1569. R. P. D. Se-
raphino proponente, vt refert Robert. Lancelott. de
attent. cap. 4. ampl. 1. num. 14. Amplia hanc limitatio-
nem cedere, etiamſi in illo regreſſu adſit decretum ir-
ritans, vt fuit*deciſum in Rot. teſte eod. Lancelott. c.
14. q. 1. nu. 73. cum ſeq.

Sexto colligitur, quod poteſt poſſeſſionem capere
per ſe, & per procuratorem, quod non habet dubiū;
Ideo alias fuit*reſolutum in Rota. coram R. P. D. Ru
beo in una Iſpalen. canonicatus die 22. Iunij. 1561.
quod ſi quis reſignauit in fauorem N. reſeruato re-
greſſu contra quem N. obtinuit poſtea duas ſenten-
tias, & ſequeſtrum, quod fuit exequutum, ſi moriatur
N. & reſignans capiat poſſeſſionem vigore regreſſus,
non violat ſequeſtrum, & non incidit in pœnas Clem.
ad compeſcendum de ſequeſtr. poſſeſſ. vt habetur libr.
diuerſ. deciſ. 196. in una, &c.

Septimo & vltimo colligitur, quod non requiritur
alia expeditio litterarum, &c.

Solet etiam quandoque obtineri alia clauſula, quod
liceat regredi ad ius perinde, ac ſi nunquam reſignaſ-
34 ſet ſeu ceſſiſſet, tam vigore†prioris tituli, quam etiam
præſentium, vt tradit Simonett. deciſ. manuſcript. 74.
incip. bulla regreſſus plerumque habet clauſulam, quę
ſequitur Mandoſ. de ſignat. grat. dict. tit. regreſſus co-
lumna quinta. verſicu. in regreſſu, idem Mandoſ. in
eodem tractatu. titu. fructuum reſeruationes colum-
na ſecunda. verſicul. conceſſus, quæ clauſula operatur
plures effectus, quorum primus erit notabilis, vt qui
agit ex regreſſu non teneatur aliquo modo docere de
iure ceſſo, vt obtinere poſſit, ita concluſum * fuit in
duabus cauſis, teſte dict. Simonett. dicta. deciſ. manu-
ſcript. 74.

Secundus effectus erit valde memoria commen-
dandus, vt ſi quis reſignauit canonicatum & præben-
dam reſeruato ſibi regreſſu, cum dicta clauſula, in om
nibus, & per omnia ac ſi nunquam reſignaſſet, ſi mo-
riatur reſignatarius q reſidebat in loco inferiori poſt
omnes canonicos, reſignans redit ad canonicatum
35 †& conſequitur locum, quem ante reſignationem ha-
bebat, tam in choro quam in capitulo, ita iudicatum
fuit per maiorem partem dominorum de Rot. coram
Maceraten. ut atteſtatur Put. deciſion. 35. titu. de præ
bend. in manuſcript. Mandoſ. de ſignat. grat. titu. fru-
ctuum reſeruationes, columna ſecunda. verſicu. con-
ceſſus alias fuerat, pro qua facit text. & quod ibi no-
tant*communiter Doctor. in leg. prima. ff. de legat.
primo. nec obſtat, ſi dixeris, quod reſignans amittit
poſſeſſionem ciuilem, & naturalem in fauorem reſi-
gnatarij, Ioann. Andr. Imol. Abba. & alij in capitul. ſo
licite de reſtitut. ſpoliat. ergo illam amiſit etiam quo
ad locum in choro, & quo ad capitulum, quia reſpon
detur quod hæc retinuit ex conceſſione Papæ dum
eſſet locus regreſſui, & vbi habemus verba expreſſa
principis fruſtra dubitamus lege. Ancillæ C. de furt.
Decius conſilio. 484. numero primo Soccin. Senior.
conſilio. 22. numero 2. libr. 2. Roland. conſilio 77. nu.
5. libro 1.

Tertius effectus deducitur ex præcedenti, vt ſi no-
uus canonicus debeat percipere fructus pauciores, &
ſoluere aliquid, vel aliud quid facere, hoc non habe-
36 bit locum in iſto, qui per viam † regreſſus cum dicta
clauſula conſequitur canonicatum; nam iura & ſta-
tuta loquentia de acquiſitione poſſeſſionis, ut detur
nouus, & ultimus locus, vt non habeat tot honores
quot habent antiqui, & cætera. non procedunt in re-
grediente, ſeu retinente capitul. ſi beneficia ibi, *libere
reuertantur.* de præbend. libro ſexto. & inter retentio-
nem ſeu regreſſum, ac ingreſſum ad immiſſionem
ſeu acquiſitionem poſſeſſionis magna eſt differentia,
vt tradit Alexand. conſilio. octuageſimotertio. nume-
ro 4. & ſequent. libr. 2. Hinc egregie dicit Felin. in ca.
ex inſinuatione ad fin. Simonett. vbi ponit regulam,
37 quod priuatus†non recuperat primum locum, limi-
tat primo hanc regulam non habere locum quando
non fuit priuatus, ſed ſimpliciter amotus, at in caſu
noſtro non poteſt dici priuatus, cum nullum commi
ſerit delictum.

Quartus effectus,quia regredientem ad eum ſtatũ
reducit,in quo erat ante renunciationem, Rot.deciſ.
101.in antiq.quam ad hoc citat Gamb.de auctor.Le
gat.a lat.lib.6.tit.de penſ.num.497.
Sed iuxta hoc quæritur,quid ſi tibi reſignaui bene
ficium,cum reſeruatione regreſſus per ceſſum, vel de
ceſſum,reſeruata etiam tertio penſione centum duca
torũ,an ſi poſtea moriatur reſignatarius, & ſit locus
regreſſui,ego tenear ad dictã penſionem?& quamuis
prima facie videatur reſpondendum non teneri,cum
regreſſus reducat regredientem ad ſtatũ,in quo erat
ante renunciationem,vt ſupra dictum eſt? contrariũ
tamen eſt verius,quia Papa iam certus de regreſſu re
38 ſeruat†penſionem,quare eadem ratione idem erit in
caſu,quando reſignaui tibi reſeruato regreſſu,tu po-
ſtea reſignaſti N.ſuſpenſo regreſſu,& reſeruata pẽſio
ne pro nepote aut alio cõſanguineo,nã ſi poſtea mo-
riatur N.ego teneor ad pẽſionẽ,ita Petr.Andr. Gãb.
in tract.de Leg.a later.lib.6.penſ.num.498.verſ.con-
trarium eſt verum.
39 Quintus effectus†eſt, quia ſtatutum Eccleſiæ Iſpa
len.quo cauetur,quod filij,& deſcendentes per lineã
paternam vel maternam vſque ad ſecundum gradum
ex hæreticis ſeu reconciliatis, non poſſint de cæte-
ro obtinere canonicatus & præbẽdas,aut aſſequi,aut
aliquod ius in eis acquirere,nõ comprehendat illum
qui poſt dictũ ſtatutũ,ex cã reſignationis cuiuſdã por
tionis illius Eccleſiæ de dicta portione obtinuerat ſi
* bi reſeruari regreſſum,pro vt fuit * deciſum in Rot.
D.Marſicano de menſe Frebruarij 1542.in vna Iſpa.
portionis inter Epiſcopum Solis,& Ioan.Morigliam
teſte Put.deciſ.267.lib.primo quia dictum ſtatutum
quamuis ſit factum in fauorẽ fidei , vt Eccleſia Iſpa-
len.purgat à viris ſuſpectis,& infectis huiuſmodi la-
be,tamen in quantum comprehendit deſcẽdentes,ex
linea materna vſque ad ſecundum gradum eſt exor-
bitans a iure,vt patet in cap.ſtatutum de Hæret.lib.6.
Item odioſum,quia in damnum alterius,Bart.in l.pri
ma col.2.circa princ,ff.de verb.ſigni,ergo,cum ſtatu
tum ſit odioſum & exorbitans,cum loquatur in acq-
40 rentibus ius in beneficio.†non debet extendi ad con
tinuationem iuris.Gloſ.in cap.ea quæ de reg.iur. in
6.Rip.in l.ſi conſtante num.78.ff.ſolut.matr. Meno-
* ch.primo remed.recupera.poſſ.num.20. Doctores*
communiter in regul.odia de regu.iur.n 7.Sed habẽs
regreſſum dicitur ius ſuum quod habebat continua-
re arg.l.qui ſic.ff.ſol.matrim.
Et ſic infertur.quod qui regreditur ad beneficiũ,
41 dicitur continuare†ius ſuum,quod habet,ita Put.de-
ciſ.267.num.4.lib.1.& alibi idem Put;deciſ.227.n.11.
lib.3.dicit,quod regreſſus eſt continuatio primæui iu
ris,& fingitur,quod nulla interuenerit vacatio.
Et ideo regreſſus dicitur habere cauſam de præte-
rito,non de futuro,Caſſad.deciſ.1.n.1. & 3.de pact.
Redoan.de ſimon.p.2.cap.17.& c.18.num.26. Man
doſ.tract.de ſignat.gra.tit.regreſſus col.4.verſ.regreſ
ſus,Put.,deciſ.197.n.13.li.1.ex ratione ſuperius allat.
42 Et quamuis†cauſa ſit de præterito,ius tamen nouũ
* eſt,ita Put.deciſ.146.nu.5.lib.2.Ideo fuit*reſolutum
in Rot.coram D.Paulo die 30.Maij 1544.in vna Pa-
lentina præſtimonij, in qua Rodericus ratione fami
liaritatis Cardinalis ſanctorũ quatuor Coronatorum
Pręſtimoniũ ipſum habuerat,ſed poſt mortem ipſius
Cardinalis,illud reſignauit reſeruato regreſſu,poſtea
facto loco regreſſui,ipſe Rodericus reſignãs obierat,
43 & Ordinarius de illo prouidit, fuit dubitatũ † an ꝓui
ſio valeret?quidam dicebant negatiue,quia beneficia
ſemel affecta,& cætera.& quia regreſſus habet cau-
ſam de p̃terito,tamen fuit affirmatiue concluſum,te
ſte Put.dict.deciſ.146.lib.2.quod valebat,quia per ꝓ
uiſionem factam reſignatario affectio expirauit,Rot.
deciſ.282.& 881.in antiq. & dec.181.& 170.in nou.
& ideo per reſignationẽ expirauit illa affectio,& fuit
locus regreſſui,licet ex cauſa de pręterito, tamen no-
uum ius fuit.
* Et ideo ſcribunt*communiter doctores regreſ-
44 ſum tribuere†ius ad rẽ,Aeneas de Falcon.de reſeruat.
in 47.effect.num.11.verſ.nouus modus,Gig.de pẽſ.
q.99.n.5.Sarn.in prima quæſtione de non tollen.iur.
q.n.4.in vlt.caſu,Caſſad.dict.deciſ.1.n.1.de pact. &
deciſ.4.de priuileg.Mandoſ loc.cit.& alij quam plu-
res,& qui eum habet dicitur habere ſpem,ita Redoa.
de ſimon.p.2.c.17.nu.14.
An autem in reſeruatione regreſſus requiratur cõ
45 ſenſus habentis beneficium?affirmatiuam † opinionẽ
tenuit Thom.Campeg.in opuſc.de reſeruatione re-
* greſſ.n.2.& hanc opinionem videtur*tenuiſſe Rot.
in vna Roman.clericatus S.Petri die 12. Decembris
1541.Corã Epiſcopo Rauellen. vt tradit Moedan.
deciſ.112.manuſcr.Ambroſius de Reſta,Ioan. Paul.
deciſ.14.lib.1.Moedan.deciſ.96.Creſcen.deciſ.173.
in fin.lib.primo in manuſcr.Pelegrin.deciſ.135.
Ratio quia cum fiat præiudicium reſignatario,nã
non poteſt renunciare,ergo requiritur conſenſus.
* Secundo quia requiritur in penſione,vt eſt,* com-
munis opinio.
Tertio ſicuti pactiones de ventura hęreditate odio
ſæ ſunt antequam hæreditas deferatur.& contra bo-
nos mores,& pleni peſſimi euentus viuẽte eo,& igno
rante de cuius rebus paciſcentes conueniunt, & pro-
pterea deteſtandæ,& legibus vetitæ,ſi tamen ipſe de
cuius hæreditate tractatur cõſenſerit, licebit ipſo ſciẽ
te huiuſmodi pactiones ſeruare,l.vltima.cum ibi tra-
dit.C.de pactis.Ita,&c.
Negatiuam opinionem uidetur firmare Put. deci.
147.nu.8.lib.1.vbi dicit,quod regreſſus ſine conſen
ſu poteſt per Papam concedi,idem vult Caputaq.de-
ciſ.11.nu.2.& 3.p.3.in impreſſ.& hanc opinionem te-
* nuit Rot.*quod regreſſus†valeat ſine conſenſu,teſte
46 Ptolem.deciſ.13.in manuſcrip. & hanc etiam opinio
nem firmauit Rot.in vna Acherontin.Monaſterij co
ram Oradino 4.Maij 15554.teſte Caputaq. deciſ.11.
p.3.hoc idem tenet Caſſad.deciſ.1.nu.4.de pact.
Primo quia iure cautũ nõ reperit quod in regreſ-
ſu ꝑ reſignatariũ dẽat p̃ſtari conſenſus , vnde cũ non
ſit lege cautum,requiri de neceſſitate nõ dẽt l.3.§.vl.
de procu.c.2.ne ſede vacan. Old.conſ.202.in regreſ-
ſu enim hoc non eſt præſcriptum , ſicuti in penſione
per reg.de præſtan.conſeñ.Ideo,&c.

*Quid tenendum?*

* PLACET poſterior ſententia ex plurimorum opi-
* nione comprobata,*ac recepta in Rot.& de*ſty
lo,cum Papa regreſſum ad ſui libitum concedat,vt in
ferius dicetur,& ſi eſſet neceſſarius cõſenſus reſigna-
tarij vtique fuiſſet hoc expreſſum in regulis,prout de
penſione exprimitur.Oldr.cõſ.202. Quidã Monach.
Cœpol.conſ.16.co.2.ad fi.verſ.6.Crauet.conſ.90. Re
ctor.nu.2.verſ.2.valet,& reſignatarius acceptando ip
ſam reſignationẽ in qua reſeruatus eſt regreſſus late
dicitur



dicitur conſentire iuxta ea , quæ fuerunt notabiliter
* di.per Rot.*in vna Cęſarauguſtan.Archipresbytera-
tus de Darrocea coram Marſican. de qua ꝑ Ptolom.
dec.16.taciti enim & expreſſi eadem eſt virtus ad tra
dita in l.cum quid.ff.ſi cert.pet.& ſufficit vt talis con-
47 ſenſus†colligatur vel interueniat quandocunque, ad
not.per Bart.& Iaſ.in l.ſiquis mihi bona §.iuſſum ff.
de acquiren.hæred.egregie Moedan.deciſ. 89.incip.
In eadem Parochiali in manuſcrip.& expreſſum ſatis
48 dicitur†quod colligitur,Bart.in l.vxorem §.agri plagã
ff.de leg.3.Bal.in l.fideiuſſor §.meminiſſe ff.de leg.pri-
mo Curt.Iun.conſ.160.nu.9.cum aliis , vt per Ceſal.
conſ.133.nu.8.& 135.nu.20.lib.1.Crauett.conſ.162.
num.2.in fin.Hinc dicit Moedan.deciſ.97.Incip. re-
periebantur tit.de regreſſ.col.2.in manuſcrip. Quod
ad validitatem regreſſus,nec de iure nec ex regulis Cã
cellariæ,aut ex ſtylo requiritur conſenſus.
Nec obſtant in contrarium allegata,quia primum
tollitur,cum nullum præiudicium generetur reſigna-
tario,quando quidem poteſt ipſe renunciare in fauo
rem,Moedan.deciſ.338.alias 341.Caputaq.deciſ. 83.
* lib.1.in manuſcr. Paleott.dec.48.&*communiter eſt
receptum,vt ſcripſi ſupra , & nihil ipſius inter eſt an
poſt mortem ſuam beneficium ſuum deueniat ad re
49 ſignantem vel ad alium,cum mors†oĩa ſoluat,§.dein-
ceps Auth.de nupti.Guliel.Benedict.in c. Rainutius,
verbo,ſi abſque liberis moreretur fol.24.num.11. im
mo potius debet deſiderare vt deueniat ad reſignãtẽ
ratione gratitudinis,Imol.in c.vlt.in 5.not.de donat.
fortun.Garl.in lege ius naturale num.40.ff.de iuſt.&
50 iur.nam ingratitudo†legum & Canonum auctoritate
reprobatur,c.octaua diſcuſſio.12.q.2.Dec.conſ.686.
51 num.13.nam vitium†enorme& deteſtabile nuncupa
tur,Io.And.Abb.& alij in c.vlt.de donat.Angel.Aret.
tract.maleficiorum verbo & ad querelam verſ. nono
repellitur num.26.Afflic.deciſ. 282. ſecundo dubio,
Card.Pariſ.conſ.1.nu.10.vol.1.Marſ.ſingul.413.Co-
raſ.in l.qui liberatus ff.de adopt.
Et quatenus per reſeruationem regreſſus ei aſſertur
præiudicium per tacitum conſenſum ſatis dicitur ap-
probare,Pariſ.conſ.16.nu.96.volu.2.& conſ.51.nu.4.
vol.4.& conſ.112.nu.24.eod.uol.4.
52 Et conſenſus ſuppletur†per non contradictionẽ, Car
di.Pariſ.conſ.41.nu.27.vol.4.
Nec obſtat illud de penſione,quia in ea expreſſum
eſt per regulam de præſtan.cõſenſ.vt tradit Caputaq.
dict.deciſ.11.num..4.p.3.ergo non ualet argumentũ
53 de caſu expreſſo ad non†expreſſum,iuxta ea,quæ ſcri
bit Curt.Iun.conſ.49.num.8.& conſ.134.nu.4. Gra.
conſ.44.num.61.lib.2.
Nec obſtat tertium argumentum,quia eſt a remo-
tis,vnde l.Papinianus ff.de minor.
Nec obſtat deciſio Rota. relata, quia ex alia cauſa
fuit ita deciſum ibi:namque Ambroſius de Reſta ha
bebat clericatum ſancti Petri de vrbe , & Iacobus de
Bruſco prioratum ſancti Spiritus: tẽpore Leonis fuit
ſignata vna ſupplicatio in qua dictus Ambroſius reſi
gnauit clericatum ſancti Petri in fauorem Iacobi,&
idem Iacobus reſignauit prioratum in fauorem Am
broſij cum reſeruatione annuę penſionis ducatorum
24.fuit præſtitus ab vtroque cõſenſus ſuper hoc.Poſt
modum idem Iacobus poſt primam ſupplicationem
ſignare fecit aliam ſupplicationem ceſſionis , in qua
idem Ambroſius cedebat dictum clericatum, & Iaco
bus prioratum cum reſeruatione penſionis dictę,hoc
tamen addito in dicta ſecunda ſupplicatione,quod ꝑ
ceſſum vel deceſſum a dicto Ambroſio eidem Iaco-
bo reſeruaretur regreſſus:literæ fuerunt expeditæ ſe-
cundum formam primæ ſupplicationis;poſt plurimos
annos idem Ambroſius mortuus eſt,& fuit facta pro
uiſio prioratus per mortem Ambroſij Iacobus acce-
pit poſſeſſionem vigore regreſſus;Ideo dubium fuit,
an regreſſus eſſet validus ex eo quia erat ſine cõſenſu,
* fuit per omnes die.12.Decembris.1542*concluſum
eſſe,inualidum,quia regreſſus erat ſubreptitius,†& do
54 loſus , namque dicebatur quod vtraque pars ſuppli-
cabat , quod non erat verum & ex aliis ad hoc
tendentibus,vt per Moedan. dict. deciſ. 112. Am-
broſius,vnde hęc deciſio non obſtat , & per cõſequẽs
Domini de Rota in hac quæſtione non ſunt varij,ſed
concordes,quamuis contrarium affirmauerit Man-
doſ.dic.tit.regreſſus col.5.in principio verſ.an autem
regreſſus. Poteſt igitur reſeruari regreſſus ſine cõſen
ſu,reſeruatur tamen aliquãdo cũ conſenſu, & ſic vtro
que modo,vt voluit Caſſado.relatus a Mandoſ.tract.
de ſignat. grat.tit.regreſſus col.4.verſ.acceſſus.
Quapropter ſi duo ſint reſeruati regreſſus, quorũ
primus ſit abſque conſenſu,ſecundus autem cum cõ
ſenſu,fuit dubium quis præferatur,die 27. Octobris.
1547.*coram Fabio Accorambono fuit deciſum per
omnes de Rot.primũ regreſſum etiã abſque conſen-
55 ſu†præualere ſecundo,etiam cum conſenſu reſeruato
namque regulariter regreſſus ſecundus ſtante primo
56* eſt inualidus,pro†vt fuit deciſum * in Rot.teſte Ptol.
dec.44.in manuſcr.hoc idem fuiſſe tentum per om-
nes atteſtatur Moedan.dec.62.alias 66.incip.de men
ſe Aprilis ſub tit.de renunc.in manuſcr.Fab.dec.4.lib.
1.Put.dec.11.tit.de regreſſ.Nam Papa non concedit
ſecundum regreſſum niſi is,qui primum habet illum
ſuſpendat,vel illius caſſationi conſentiat,ne beneficiũ
* ſit duobus regreſſibus inuolutum,hunc eſſe*ſtylum
teſtificatus eſt Epiſcopus Vaſionen.Datarius, & ĩ Cu
ria Romana valde verſatus,teſte Mandoſ.dic.titu.re-
greſſus col. 6.verſ.regreſſus duo in medio , non eſt.n.
ex Papæ intentione Eccleſiam dupliciter grauare,Caſ
ſad.dec.34.num.3.ſuper regul.Cancell. & de defectu
intentionis Papæ dari poteſt Bellam.deciſ.475.Card.
Pariſ.conſ.1.num.74.vol.1.& alias poſt longam diſpu
* tationem in vna*Toletan.parochialis fuit reſolutum
quod reſignans reſeruato regreſſu per ceſſum vel de-
ceſſum non facta mentione de regreſſu reſeruato an
tea,reſeruatio eſt nulla,vnde ius nõ fuit abdicatum a
reſignante & per eius obitum vacat beneficium teſte
Aragon.dec.41.& vbi eſt ceſſio & reſeruatio regreſ-
ſus dicitur in ſupplicatione ſupplicant Datarius tamẽ
ſolet apponere quo ad regreſſum de cõſẽſu, Creſcẽt.
dec.173.in fin.li.1.manuſcr.Regreſſus de conſenſu o
peratur,vt ſubrogatus per obitum illius per quem eſt
factus locus regreſſui non poſſit immtiti in poſſeſſio
nem,vigore ſubrogationis,quia obſtat decretum irri
17 tans appoſitum in regreſſu † quod inficit titulum &
poſſeſſionem , vt fuit tentum in Rot. in vna Regi-
* nen.* Abbatiæ coram D.Capizuccha di 7. Nouem-
bris 1552.teſte Caput.deciſi.15.part.3.nam poſſeſſio
58 talis dicitur infecta , & ſpoliatus † non eſt reſtituen
dus,Bellam.deciſio.536.verſi.ratio eſt,Caſſad. deciſi.
3.numero.7.ſuper regul.& deciſi.primo de cauſ.poſ-
ſeſſ.& propriet.Soccin.ſen.conſil.67.colum.vlt.verſi.
dici poſſet colum.3.Sarn.de triena.q.49.num.2.& 3.
59 Et aduerte † quia in litteris regreſſus non expri-
mitur valor beneficij , ſufficit enim illum in bullis
prouiſionis exprimere , vt fuit alias * concluſum , vt
per Io.Paul.Ptolom.deciſi.324. incip.in eadem ſequi
Mandoſ.dict.titu.regreſſus colum.5.verſ.An autem.*

Et ſi opponatur ab aliquo non fuiſſe expreſſum in
prouiſione,debet hoc probare vt tradit Ptolom.dic.
* deciſ.cum ex recepta Doctorum*ſententia opponen
60 tia opponenti & in negatiua ſe fundāti†incumbat on
us probandi,Innoc.in c.propoſuit ad fin.de cleric.ex
com.miniſtr.& in c.ſuper his col.4.& Hoſtienſ.col.2.
Felin.num.16.de accuſat.cum alijs vt per Mandoſ.in
c.quoniam contra num.21.de probat.Hinc fuit alias
tentum in vna Oxomen. parochialis coram Guido
Bono die.22.Iunij 1551.quod regreſſus eſt bonus ſi
mala expreſſio valoris non probatur,quia ceſſat do-
lus & fraus impetrantis & ex alijs,vt per Caputaq.dec.
13.p.3.

61 Si autem vere in prouiſione†non fuit expreſſus ve
rus valor,& hoc probatur, regreſſus †eſt nullus vt tra-
dit Put.in terminis deciſ.410.numero 2.libro 3.& ius
62 non† abdicatur a reſignante, vt fuit dictum in vna*
* Pamphilonen.prioratus die.28. Iunij. 1551. coram
Put.teſte eodem dicta deciſ.410.libro 3. namque re-
ſignans non intendebat reſignare niſi reſeruato dicto
63 regreſſu,& non alias†nec alio modo,quæ verba red-
dunt actum conditionalem,Abb.in cap.vlt.ne cleric.
vel vou.Felin.in cap.quæ in Eccleſiarum num. 85.de
conſt.in terminis, Caputaq.deciſ.13.nu.2.p.3.& hoc
eſt,quod dictum eſt ſupra, regreſſum facere gratiam
conditionalem.

Vlterius quæro an ille,qui habet reſeruatum regreſ
64 ſum ex cauſa†ceſſionis per ipſum factæ, teneatur do-
cere de aliquo iure Put.deciſ.152.lib.1.refert.die 16.
Maij.1541.in vna Iſpalen.beneficii de Carmona co-
ram D.Marſicano fuiſſe*deciſum quod quis nō tene
tur iuſtificare ius ceſſum ad effectum regreſſus reſer
uati,quare vigore regreſſus,cum illi locus eſt poterit
capere beneficium,quę cauſa cum bis eſſet denuo ꝓ
poſita die 16.Nouembris.1541.*fuit idem confirma
tum teſte eod.Put.deciſ.197.lib.1. in fine vbi diffuſe
de hac re diſſerit.

Quando enim regreſſus conceſſus eſt ex cauſa ceſ
65 ſionis ſuſtinetur†quamuis cedens bonum ius non ha
* beat,ita fuiſſe deciſum*atteſtatur Put. dict. deciſ.&
etiam ſi conſtet illum non habuiſſe ius,Put.dict.deci.
197.num.9.& 10.lib.1.limita tamen in caſu Put.de-
* ciſ.389.lib.1.vbi refert fuiſſe*deciſum in Rot.23.De
cembris.1542.in caſu eſſe aliquid iuſtificandum,& a-
lias fuit reſolutum quod ad effectū validitatis regreſ-
ſus non eſt neceſſarium vt cedens habeat bonum ius,
maxime quando acceptans reſignationem & conſen
tiens regreſſui habet bonum ius , puta quia reſignans
reſignauit in fauorem N.qui prius in eius fauorem re
ſignauerat,licet nulliter,cum procurator exceſſerit fi
* nes mandati in vna*Lucana beneficiorum die vene-
ris 30.Ianuarij 1578.corā R.P.D.Seraphino,teſte eo-
dem deciſ.275.requiritur tamen quod ille qui habet
66 regreſſum vltra*ſupplicationē ſignatam ſuper regreſ-
ſu habeat etiam litteras expeditas,nam regul. cancell.
non iudican.iuxta form.ſupplic.&c. & alia regula qđ
acceptationes ſuper gratijs niſi litteris expeditis non
valeant,habent locum etiam in reſeruatione regreſ-
* ſus & acceſſus etiam ex cauſa onerosa,vt*fuit iudica
tum in Rot.die 14.Martij 1537.in vna Iſpalen.Cano
nicatus prout refert Sarn.in dict.regul.de non iudicā.
q.4.nu.1.idem refert Mandoſ.in reg.de impetran. be
nefic.vac.per obit.&c.q.16.num.2.Pius V.in conſti-
tutione 136.reuocauit regreſſus conceſſos , ſi litterę
non erant expeditæ.Quod declaratur procedere quā
do in iudicio petitur canonizari gratia acceſſus vel re
greſſus uel vigore dictæ gratię beneficium adiudicari
petatur,nam hoc caſu ſupplicatio non ſufficit, ſed li-
teræ expeditę requiruntur;ſi vero non agitur ad cano
nizatoriam vel ad iudicatoriam ſententiam ſed ad ab-
67 ſolutoriam,hoc caſu ſola†ſupplicatio regreſſus vel ac
* ceſſus ſufficit,vt fuit tentum in vna*Redonen. paro-
chialis ſancti Hilarij coram D.Triuultio & in duab.
alijs cauſis;idem tenuit Rot.teſte Sarn.dic.q.4. num.
2.& vnum notabile non eſt omittēdum, quod regreſ
68 ſui p deceſſum†eſt locus in caſu reg.de infir. reſig. vt
* fuit deciſum*in Rot.die 17.Martij 1550. in una Bo-
nonien.regreſſus,teſte Put.deciſ.297.lib.3. & ideo ſi
reſignans moriatur infra 20.dies habens regreſſum ꝑ
deceſſum,illud capit uigore regreſſus,& ibi Put.reſpō
dit ad contraria,& præſertim ad ea,quæ dicit Sarn. in
contrarium q.30.

Et regreſſus & acceſſus non continentur ſub con
69 cordatis†Germaniæ ac ſub indultis Cardinalium , ut
tradit Caſſad.deciſ.1.in principio,& nume. 1.de pact.
Put.deciſ.226.num.1.lib.3.licet ſecus ſit in coadiuto
70 rijs cum futura ſucceſſione,† quæ comprehēduntur,
* vt fuit*deciſum in Rot.in una Batiſlauien. coram D.
Ioan.Ant.de Triuultijs de ann.1544.teſte Caſſad. di.
deciſ. 1.& in vna Germana Concordatorum die 11.
Martij 1549.teſte Put.dict.deciſ.226. niſi fuerit data
* derogatio indulti,vt fuit*tentum in vna Toletan. Ca
nonicatus die 25.Octobris 1546.Et ſic quamuis ſcri
71 bant Doctores regreſſus & †coadiutorias cum futu-
ra ſucceſſione æquiparari,vt per Mandoſ. regula.de
impetran.benefic.per obit.q.30.num.7.tamen in hoc
72 caſu,ut ſupra dictum eſt,differentia eſt,ratio eſt, † qa
Regreſſus habent cauſam iuris de præterito,non ſim
pliciter de futuro,coadiutoriæ vero nihil habent de
præterito,coadiutoriæ dantur de conſenſu, regreſſus
etiam abſque conſenſu,in regreſſibus eſt conſidera-
tio primæui iuris,in coadiutorijs cauſa & cōpoſitio,
quia ſi gratis aliquibus dantur,habentur reſpectus ad
labores & merita talium, q maiora merentur in recō
penſam laborum pro ſede Apoſtolica,ita Caſſad.dict.
deciſ.1.de pact.nu.4.& ideo etiam regreſſus non com
prehenduntur ſub concordatis & ſub Indultis, qa fuit
ex uoluntate reſignantis non aliter uolentis reſignare
niſi reſeruato ſibi regreſſu,ita Put.dict.deciſ.226.nu.
10.li.3.vbi num.16.dicit quod pręſumitur quia habet
cauſam de præterito,idem Put.deciſ.197.numer. 13.
lib.1.

73 Ex quibus etiam†colligitur,quod regreſſus talis ex
cauſa ceſſionis dicitur ex cauſa oneroſa, vt colligitur
ex his,quæ notabiliter ſcribit Put.deciſ.374.lib.1.vbi
etiam quærit de pulchro caſu,tradit Sarn.de non iudi
can.iuxt.form.ſuppl.q.4.& alij Doctores*communi-
ter ſuperius citati.

Et ideo inquit Sarn.dict.q.4.nu.2.quod huiuſmo-
74 di regreſſus†ex cauſa oneroſa proprie gratia non di-
citur,ex quo potius in quandam compenſationem ex
hibiti beneficij concedi videtur,ſicuti dicit Iaſ.in l.ex
hoc iure.ff.de iuſt.de donatione remuneratoria.

75 Requiritur † etiam vt iuſtificentur & probentur
omnia narrata in regreſſu,vt tradit Mandoſ.d.tit. Re
greſſus tract.de ſignat.grat.col.vlt.verſ.aduertendum
* & fuit alias*tentum,vt per Put.deciſ.1.tit.de Regreſ.
& ratio eſt quia omnia narrata in quauis gratia ꝑ im
76 petrantem†probanda ſunt,Io.Andr.in c.1.vt li.conte
ſta.lib.6.Dec.conſ.403.num.17.& conſil.541. nume
ro 16.Card.Pariſ.conſ.138.poſt princ.vol.4.Gozadi.
conſ.6.nu.6.Card.conſ.96.Curt.iun. conſ. 27. in fin.
* Crauett.conſ.296.colum.5.in fi. &* communiter eſt
receptum.

Limita



Limita niſi conceſſus eſſet regreſſus cum clauſula,
Quod liceat regredi ad ius perinde ac ſi nunquam re
ſignaſſet,ſeu ceſſiſſet tam vigore prioris tituli , quam
præſentium,nam hoc caſu habens regreſſum nō tene
tur docere aliquo modo de iure ceſſo vt obtinere poſ
* ſit;ita fuit iudicatum*in duabus cauſis teſte Simonet.
deciſ.74.incip.Bulla regreſſus plerumque habet clau-
ſulam,vt atteſtatur etiam Mandoſ.dict. titu. regreſſus
colum.5.verſ.in Regreſſu,& hoc propter illa verba ſu
pra relata.

Et ſicuti requiritur vt iuſtificentur narrata ita de-
77 bent†narrari ea,quæ Papam redderent difficiliorem
ad concedendum gratiam,Cardin.conſil.96.Iaſon.in
l.prima.numero 2.C.ſi contr. ius vel vtil. publ. De-
ci.conſil.541.num.20.Curt. Iun. conſ.32.in fin.cum
alijs,vt per Menoch.de arbit.iud.ca.201.nu.24.Cal-
der.conſ.11.de præbend.Et ideo ſi fuit regreſſus con
ceſſus epileptico ſeu morbum comitialem habenti,
78 nullus†eſt,vt fuit*iudicatum in Rot.teſte Guid. Bo-
* no deciſ.49.incip.voluerunt Domini in manuſcr. qa
ſi hoc expreſſiſſet, Papa non conceſſiſſet,cap.ad audiē
tiā & c.ſuper literis,c. in noſtra &c.poſtulaſti de reſcr.
* ca.ſi motu proprio & ibi Doct.* communiter de præ
* bend.Et ita fuiſſe iudicatum*in vna Tullen. canoni-
catus & præbendæ coram Veſtano 11.Martij 1552.
teſte Caputaq.deciſ.7.p.1.

Et ea quæ dicta ſunt procedunt in regreſſu reſer-
uato in actu reſignationis.Idem erit ſi fuerit reſerua-
tus in reformatione pone quod quidam renunciauit
in fauorem,fuit ſignata ſupplicatio,poſtea dedit refor
mationem,in qua dicebat non velle reſignare, niſi re-
ſeruato regreſſu & non aliter,nec alio modo,& huiuſ
modi reformatio re integra fuit ſignata & data præ-
79 cedit pręſtationem conſenſus†fuit tentum*regreſſum
* valide eſſe reſeruatum die 22.Iunij 1551.coram Gui-
do Bono in vna Oxomen,parochialis teſte Caputaq.
deciſ.13.p.3.

Solet etiam reſeruari regreſſus ex cauſa ceſſionis
iuris,litis,& cauſæ,vt tradit Caputaq.deciſ.14.p.3. &
hoc caſu ad effectum,vt dicatur regreſſus iuſtificatus,
80 docendum eſt de†lite ſaltem de facto, niſi aliter con-
* ſtet de mente Papæ,vt fuit tentum in una* Segobien.
integræ portionis die 19. Februarij 1552. coram D.
Guido Bono & ideo ſi conſtat de lite commiſſa per
aſſertos procuratores de quorum mandato non con-
81 ſtat,non dicitur † litem exiſtere neque de iure nec de
facto,Rot.dec.2.de rer.permut.in antiquior. Caſſad.
deciſ.7.de dol.& contumac.& deciſ.5.vt lite pendent.
* & ita fuit*tentum in vna Seguntin.integræ portionis
coram D.Guido Bono 26.Maij 1552.teſte Caputaq.
dict.deciſ.14.p.3.

* Et alias fuit tentum*quod ſufficiat, ſi fiat ceſſio iu
ris & litis quantum in eo fuit,ſi Papa hoc intellexit,vt
late atteſtatur Moedan.deciſ. 80. alias 109. deciſium,
Mandoſ.dict.tract.de ſignat.grat.tit.regreſſus colum.
6.verſ.regreſſus.

*Ceßat regreſſus ex multiplici Capite.*

82 Primo†quando habens regreſſum illo non uult vti,
quia tunc eſt locus regreſſui,quando ille, ad cuius fa-
uorem fuit reſeruatus vult eo vti , alias non , vt tradit
Caſſad.deciſ.2.loc.vbi late habes ſimilia de hac mate-
* ria & ita fuiſſe*tentum anno 1540.atteſtatur Put.de-
* ciſ.34.lib.2.& hoc eſt expeditum & receptum*ab om
nibus,vt latius dicetur ſuo loco.Hinc qui non egit de
regreſſu propter penſionem non ſolutam non poteſt
* agere contra ſucceſſorem : ita fuit* reſolutum in vna
Tarraconen.parochialis.15.Octobris 1542.teſte Pu.
deciſ.341.lib.1.

Secundo ceſſat quoties habens regreſſum ſciuit
83 fuiſſe locum regreſſui,& paſſus†eſt beneficium ab alio
poſſideri vltra triennium:nam hoc caſu repellitur ex-
ceptione regulę de triennali,Sarn.de trien.q.49.& vi-
detur renunciatus huiuſmodi regreſſus, Caſſad.deciſ.
* 5.de cauſ.poſſ.& proprieta.& ita fuit deciſum*in vna
Colonien.canonicatus & præbendæ coram D.Augu
ſtino die 9.Maij 1551.teſte Caputaq.deci.10.p. 3.qui
nu.4.etiam dicit quod ſcientia huiuſmodi debet pro
84 bari,quia regulariter præſumitur†ignorantia,Crauett.
85 conſ.203.num.5.& ignorans dicitur iuſte† impeditus
l.annis.ff.de calum.Bart.in l.Genero ff.de infa.Crauc.
conſ.168.nu.4.& conſ.201.nu.36.& Rot.in vna*Pla
* cent.dimidiæ portionis coram Fabio de menſe Nouē
bris 1545.illud extendit ad biennium, vt ſi quis patia-
tur poſſideri ab alio beneficium regreſſui obligatum,
cenſeatur renunciare regreſſui,vt atteſtatur Cardina-
lis ſanctę Crucis deciſ.138. per doctrin. Innocent.in
c.ex ore de his quæ fi.à maior.par.c.quod eſt verum
inquit dict.Card.in alleg.deciſ.manuſcr.138.ſi tacens
poſſet impedire per ea quę habentur in l. alienam.ff.
de contrahen.empt.Rot.deciſ.6.in fin.de rer.permut.
Gemin.conſ.39.

Tertio ceſſat ſi habens regreſſum ad Canonicatum
& præbendam in tali Eccleſia cathedrali vel Metro-
86 politana adipiſcatur poſſeſſionem† alterius canonica
tus;nam per huiuſmodi adeptionem uidetur renun-
* ciare regreſſui;ita fuit tentum in vna Calaguritana* ca
nonicatus & præbendæ die 4.Octobris 1545. coram
D.Thoma de Tanis teſte Put.deciſ.308.lib. 2. Anto.
Aug.deciſ.14.23.lib.3.tex.in c.gratia de reſcri. quem
tex.aliqui ex dominis intelligebant habere locum dū
taxat in gratijs omnino incertis, vt puta in expectati-
uis & reſeruationibus , quæ ſunt gratiæ generales &
nō in regreſſu,nam cum regreſſus ſit gratia ſuper cer
to corpore beneficij ille tex.non habet locum, eo ma
gis cum talis gratia dicatur habere cauſam de præte
rito & dependere a prima gratia,ideo fuit dictū quod
melius informaretur pro alia Rota ſuper puncto da-
to,ſed quia pars non informauit, Auditor dixit quod
procuraret diſpenſationem retinendi regreſſum vna
cum canonicatu.

87 Quarto ceſſat regreſſus†per extinctionem , poteſt
enim extingui regreſſus abſque auctoritate ſuperio-
ris,vt quia habens regreſſum coram Notario,& teſti
* bus conſentiat extinctioni,ita tentum in vna*Salamā-
tin.Parochialis coram Creſcen.teſte eodem dec. 160.
habens in manuſcr.ita fuit iudicatum in vna Valenti.
decanatus coram Put. die 6. Iulij 1541. vt idem Put.
atteſtatur deciſ.144.lib.1.vbi refert Marſicanum Au
ditorē dixiſſe quod bis viderat caſum deciſum in Ro
ta.hoc modo,Miſcell.158.Achi.deciſ.2. tit.de regreſ.
88 & ſic ſola uoluntate habentis regreſſum† caſſatur cap.
Agathoſa 63.diſt.Dec.conſ.290.Socin.conſ.115.co.
vlt.verſ.ſed ad hoc reſpondeo li.3.Caputaq.deciſ. 16.
p.3.fit & renunciatio iuris ad rem,Gemin.conſ. 127.
etiam ex cōſenſu tacito,vt ſupra dictum eſt, & tradit
Caputaq.dec.12.nu.2.p.3.vbi allegat ad hoc c.ex ore,
& ibi Gloſ. in verb. renunciaſſe de his quæ fiunt à
maior.part. capitul. Pariſienſ. conſilio ſeptuageſimo
89 ſexto.volumin.4. quia eſt actus†fauorabilis Eccleſiæ,
Mandoſ.de ſignat.grat. titul. extinctiones colum.4.
verſ.idem.

Ideo quandoque regreſſus caſſatur per ſupplicatio
nē,& hoc caſu non attenditur prima data ſuper illius

caſſatione,niſi fuerit extenſus conſenſus,quia p par-
uam datam non tollitur,quin poſſit eſſe locus pœnſ-
* tentiæ,vt eſt notiſſimus* in Curia ſtylus, vnde ſi non
90 apparet extenſum conſenſum † ſuper caſſatione, re-
greſſus non poteſt dici caſſatus, ita fuit * iudicatum
in vna Reginen.Abbatiæ coram D. Capizuccho die
2.Nouembris 1552.teſte Caputaqu.deciſ. decimoſe-
ptimo.p.3.

91 Quandoque caſſatur†regreſſus per inſtrumentum
quandoque coram Notario,& teſtibus,Creſcent.de-
ciſ.152.lib.1.Achill.deciſ.287.quandoque per literas,
ita Caputaq.notabiliter enumerat hos modos deciſ.
16.p.3.in princ.Literæ autem debent concludere caſ-
92 ſationem,namque ſi ſunt ſolum†ſuper tractatu caſſa-
tionis,non ſufficiunt vt fuit tentum*in vna Reginen.
Abbatiæ corā D.Capizuccho,die.7.Nouēbris 1552.
teſte Caputaq.dict.deciſ.16.p.3;namque tunc non cō
cernunt tempus perfectum.

Et tandem caſſatur regreſſus ſola voluntate haben
* tis illud,vt communiter* concludunt Doctores ſu-
pra citati.

Limita niſi partes elegerint viam bene placiti ſedis
Apoſtolicæ,nam hoc caſu non cenſetur caſſatus re-
greſſus niſi poſtquam manus Papæ eſſet appoſita, vt
* fuit*tentum in vna Reginen.Abbatiæ,coram D.Fa-
bio die 22.Maij.1552.teſte Caputaq.deciſ.12.p.3) q
etiam dicit quod quouſque manus Papæ appoſita nō
fuerit partes a conuentione caſſationis recedere†poſ
93 ſunt,vt tenuit*alias Rot.coram Moedano. Debet er-
go de caſſatione conſtare,quādo dicitur caſſatus,Cre
ſcent.deciſ.161.& 215.lib.1.

Et ſi quis conſtituit procuratorem cum iuramen-
to ad extinguendum regreſſum quem poſtmodū re-
94 * uocauit,nō†eſt periurus,ita reſolutum*in Rota teſte
Achill.de Graſſ.deciſ.3.de regreſſ.

95 Leo X.per†ſuam regulam 5. reuocauit omnes re-
greſſus prẹter quā ex cauſa oneroſa,vt atteſtatur Put.
deciſ.374.nu.2.lib.1.

Paul.IIII.per ſuam conſtitutionem in ordine.36.
incip.ad Romani Pontificis anno.3.reuocauit regreſ
ſus,& acceſſus Cardinalibus conceſſos ad plures ec-
cleſias cathedrales, & Metropolitanas, & ſtatui vt
regreſſus ad vnicam tantum eccleſiam habere poſſint
& habentes ad plures vnum tātum retineant,& alios
dimittant.

Superuenit Conc. Trident. ſub Pio.4. cap.7.ſeſſ.
96 25.de refor.in quo his verbis†ſtatutum fuit in materia
regreſſuū.*Cum in beneficij eccleſiaſticis ea quæ hære
ditariæ ſucceſſionis imaginem referunt ſacris conſtitu
tionibus ſint odioſa, & Patrum decretis contraria,
nemini in poſterum acceſſus aut regreſſus etiam de
conſenſu ad beneficium eccleſiaſticum cuiuſcumque
qualitatis concedatur,nec hactenus conceſſi ſuſpen-
dantur,extendantur,aut transferantur. Hocque de-
cretum in quibuſcunque beneficijs eccleſiaſticis ac e
tiam cathedralibus eccleſiis in quibuscumque per-
ſonis etiam Cardinalatus honore fulgentibus locum
habeat.*Et ſic vult vt in poſterum denegentur regreſ-
ſus etiam in cathedralibus,& etiam Cardinalibus, cir
ca vero conceſſos nihil diſponit,niſi quod non ſuſpē
dantur,extendantur,aut transferantur.

Pius tamen V.in Conſtitutione 136. Incip. Roma
ni Pontificis prouidentia anno 6.reuocat oēs regreſ-
ſus,& ingreſſus ſub quibuſcumq.formis,& quibuſcū
que perſonis, & quomodocumq. conceſſis per hæc
verba,Romani &c.Hinc eſt quod nos volentes om-
98 nem hæreditariam beneficiorum eccleſiaſticorū ſuc
,, ceſſionem de eccleſia Dei tollere,ac libertati benefi
,, ciorum huiuſmodi prouidere, & vt de perſona ma-
,, gis vtili,& idonea pro vt requiritur facilius prouide-
,, ri valeat omnes,& ſingulos regreſſus,acceſſus ,& in-
,, greſſus etiam de conſenſu, aut alias quomodolibet
,, ſub quibuſcumque tenoribus,& formis ac cum qui-
,, bus ius efficaciſſimis,etiam motu proprio, & ex cer
,, ta ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine
,, clauſulis irritantibus,& aliis decretis quomodolibet
,, per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſo-
,, res noſtros ad beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſi-
,, ne cura ſecularia,& quorumuis ordinum regularia,
,, etiam ſi ſecularia canonicatus,& præbendę,dignita-
,, tes,perſonatus,adminiſtrationes vel officia in cathe-
,, dralibus etiam Metropolitanis poſt Pōtificales maio-
,, res,ſeu collegiatas eccleſias huiuſmodi principales:
,, Regularia vero beneficia huiuſmodi, Monaſteria ēt
,, conſiſtorialia,prioratus,Præpoſituræ,dignitates,etiā
,, cōuētuales,perſonatus,Adminiſtratinnes,vel officuo
,, clauſtralia,ac Hoſpitalia,& Perceptorias etiam Ho-
,, ſpitalis ſancti Ioan.Hieroſolymitani,etiam quarum-
,, uis eliarum militiarum quibuſuis perſonis cuiuſcum
,, que ſtatus,gradus,ordinis, & conditionis exiſtenti-
,, bus,& Epiſcopali Archiepiſcopali Patriarchali digni
,, tate aut Cardinalatus honore pollentibus conceſſos,
,, ſuper quibus litteræ Apoſtolicæ integraliter hacte-
,, nus expeditæ non fuerunt, etiā ſi plubaria noſtra aut
,, penes ſummatorem noſtrum reperiantur motu pro
,, prio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ
,, poteſtatis plenitudine auctoritate Apoſtolica te-
,, nore præſentium reuocamus, caſſamus, & abo-
,, lemus, Mundantes, & cetera,ne infuturum ſuper
,, dictis gratijs regreſſus,acceſſus & ingreſſus, nec non
,, coadiutoriarum litteras expediant,aut relaxent, &c.
Et ſic reuocat conceſſos,quatenus litteræ non ſint
expeditæ,& ſic regreſſus, acceſſus & ingreſſus hodie
exulant a Curia Romana; nemini enim conceduun-
97 tur.Idque ſumma ratione†factum fuiſſe tradit Man-
doſ.regul.Cancellar.de impetrant.benefic.vacant.per
obit.quæſtio.trigeſimoprimo.numero decimotertio.
& in tract.de ſignat.grat.titu.regreſſus,col.7.verſi.re-
greſſus,&c.

98 Prima ratio † eſt, quia cum huiuſmodi regreſſus a
nullo iure ſint introducti ſed tantum ad commodum
& cautelam reſignantium,vel aliorum inuenti, & a
longo uſu approbati, vt tradit Caſſador. deciſ. vnica
de pact.& progreſſu temporis pernicioſi videbantur,
ideo optima ratione ſublati fuerunt: nam ideo dam-
* nati fuerunt,in parlamento Curiæ* Pariſienſis per ar
reſtum latum,de anno 1496.vt per Rebuff.ſuper cō-
cordant.ſub titu.de reſeruat.glo.1.verſic.item per ar
reſtum Curiæ.

99 Secunda ratio eſt,†vt tollantur hæreditarię ſucceſ-
ſiones;namque in beneficijs Eccleſiaſticis ea,quæ hę
reditariæ ſucceſſionis imaginem referunt,ſunt odio-
ſa,& contraria Canonibus,capitul.ex tranſmiſſa capi
tul.extirpandę de fil.presbyt.capitul. dec orem de In-
ſtitut. ideo beneficia non debent dari per ſucceſſio-
nem,ut dicitur in capitul. 1. de prębend. vbi concor-
dantes adduxi; & hanc dumtaxat rationem conſide-
rarunt Patres Concil.Trident. cum regreſſus acceſ-
ſus prohibuerunt,vt patet in dicto decreto. ſeptimo.
110 ſeſſ.vigeſimoquinto.de reform.quæ ratio conſidera
tur, † vt finnalis,iuxta ea,quæ ſcribit Baldus. in l. ge-
neraliter columna tertia,C.de epiſc.& cleric. Iaſ. in l.
quas actiones numero decimooctauo.C.de ſacroſan.
Eccleſiaſt.Cornel.conſilio. centeſimoſeptuageſimo
ſeptimo.



ſeptimo.numero quinto.volum.4.Cardi.Pariſ.conſil.
69.numero 179.vol.3.Salice.in l.1. ad fin. C. de falſa.
cauſ.adim.leg. & hæc eſt cauſa quam memorat Pius
V.in dict.conſtitutione ad reuocandos regreſſus con
ceſſos,& non expeditos,vt patet in princ.

Tertia erit ratio, vt libertati beneficiorum proui-
deatur,namque minus†in quantum fieri poteſt Ec-
cleſia eſt grauanda,cap.mandatum in fin.& c.ſequent.
de reſcrip.ibi.*Quod non eſt intentionis Papæ eccle-
ſiam dupliciter grauare,&c.*Caſſad.deciſ.34.num.3.
ſuper regul.facit l.nauis §.cum autem ff. ad leg. Rho-
diam,de Iact.l.Incola,& l.vlt.§.item reſcrip. ſeruat ff.
ad municip.l.ſi cum dotem §.ſi pater ff.ſolut.matrim.
& quę per hæc iura ſcribit Crauett.conſ.293.colu.9.
verſ.7.conſidero,& hanc rationem ad hoc conſidera
uit Pius V.in allata cōſt.136.vt patet in principio ibi
*Ac libertati beneficiorum,&c.*non enim ſtante reg
reſſu,poteſt dici in libertate beneficium cum morien
te beneficiato,aut cedente intret regreſſus, ideo &c.
102 quia res de facili reuertitur ad†naturam ſuam l.ſi vnus
§.pactus ne peteret ff.de pact.

Quarta eſt ratio,cur prohibeantur regreſſus, vt be
103 neficia conferantur†perſonis idoneis,prout de iure re
quiritur,cap.cum in cunctis de elect.cum ſimil. nam
que ſtante regreſſu beneficium datur habenti regreſ
ſum,non habita ratione an ſit idoneus,& vtilis Ec-
cleſię,& an reperiatnr magis idoneus,& vtilior pro il
lo beneficio,& hanc rationem poſuit Pius V.in dict.
cōſtit.136.ibi.*Et vt de perſona magis vtili,& idonea
pro vt requiritur facilius prouidere valeat, &cet.* &
huiuſmodi conſideratio eſt valde vtilis, vt omnibus
notum eſt.

Quinta inſuper conſideratur ratio,quia per regreſ
104 ſus,& acceſſus datur votum†captandæ mortis natura
lis,per ſeparationem animæ a corpore, & ciuilis per
priuationem,vt tradunt Campeg.in dict. tract.de re-
ſeruat.regreſſ.numero 22.Mandoſ.dict.tractat. de ſi-
gnat.grat.tit.Regreſſus,& Acceſſus colum.7.verſ.nō
ſolum in fin.& in Concilio Lateranen.ſub Innocen.
III.ſtatutum fuit,nulla Eccleſiaſtica beneficia aut Mi
niſteria cuiquam danda ante quam vacent,ne deſide-
rare quis mortem proximi videatur, in cuius locum,
& beneficium ſe putat ſucceſſurum,vt habetur in c.2.
* de conceſſ.prębend;& ibi Doctores*communiter la
te,quod etiam Imperialibus legibus prohibitum fuit
leg.ex teſtamento Cod.de inutilit.ſtipulat. l. vltim.C.
de pact.vbi prohibetur pactio de futura hæreditate
105 namque huiuſmodi pactiones†(ſubijcit)ſunt odioſæ
plenæ triſtiſſimi,& periculoſiſſimi euentus,& propte
rea contra bonos mores, l. hæreditatem ff. de acquir.
hęred.l.quidem ff.de donat.de qua re ſcribentes mul
ta dicunt in l.ſtip.hoc modo cōcepta ff.de verb.oblig.

Sexto addo rationem,quia ligantur manus ſuperio
rum,quia vacarent beneficia per mortem obtinentiū
& ipſi non poſſent conferre,namque intraret regreſ
ſus,& acceſſus,&c.& ſic regreſſus videtur inducere ex
iſtentiam beneficij in pluribus perſonis,quod eſt ꝓ-
hibitum,cap.niſi eſſent de præbend.

106 Septimo addo rationem,†quia prohibita eſt ſpes
ambitioſa ad beneficia,cap.per laicos 16.q.7. cap. cū
ad noſtram de elect.& habens regreſſus dicitur habe
re ſpem ad beneficium,Aeneas de Falcon.tract.reſer
uat.effect.47.num.2.Gig.de penſio.q.94.col.2.

Ideo non ſolum,vt dixi regreſſibus ius non aſſiſtit
immo reſiſtit ex prædictis,& quia iure cauetur renū
107 ciantibus†non dari regreſſum ad ius renunciatum, l.
quæritur ff.de ędilit.edict.ibi.*remittētibus enim actio
nes non eſt regreſſus dandus.*l.ſi quis in conſcriben-
do vbi Doctores Cod.de epiſcopis,& cleric.cap. quā
periculoſum iuncta gloſſ.7.quæſt.prima cap. ſic illis
23.quæſt.4.Cardin.Pariſ.conſi.5.num.165.volum,4.
cum alijs allegatis ſupra.Et ideo in Francia reſignatio
facta cum reſeruatione regreſſus illicita, & nulla eſt,
ac ideo vacare beneficium reſignatum fuit pronun-
* tiatum per*arreſtum Parlamenti Pariſienſ.16.menſis
April.1416.teſte Boerio deciſ.ſecundo.numero 56.
teſte Pap.libro ſecundo.titul.8.Arreſt.3.& 6.ut etiam
retuli ſupra hoc libro quæſti.prima. numero quadra-
geſimoſecundo.Inficiari tamen non poteſt quin poſ-
108 ſit†Papa regreſſus,acceſſus,& ingreſſus ad ſui libitum
concedere,& ſic hanc viam de nouo aperire, vt tradit
Mandoſ.dicto titul.regreſſus columna ſeptima.verſi
cul.non tamen tractat. de ſingat. grati. propter om-
nimodam poteſtatem,quam habet in beneficialibus,
in quibus eſt dominus abſolutus, vt ad hoc propoſi-
tum deducit Redoan.de ſimon.part.ſecundo.capitu.
decimooctauo.numero tertio.vbi late de hac re:nam
109 que hac † ratione poteſt conferre beneficia ad tem-
pus,capitul.ſi gratioſe de reſcriptis libro ſexto. & in
titulum ac in commendam & uni plures eccleſias, ac
beneficia,gloſſ.in capitul.cam te de ætat. & qualitat.
gloſſ.in capitul.per laicos decimoſexto.quæſtio. ſepti
ma.verum melius erit ſeruare decretum Concil.Trid.
ob rationes ſupra expreſſas.

Et hi regreſſus,vt dixi ſublati ſunt, non tamen hi
110 qui ob non ſolutionem† penſionis conceduntur, &
hi qui inuenti ſunt a iure:nam hi ſubſiſtunt, de qui-
bus in capitul.ſi beneficia ibi.*Ad beneficia ſua priora
libere reuertantur.*de præbend.libro ſexto.& per Ro
ta.deciſ.centeſima.in nou. ita Mandoſ. in regula. de
impetrand.beneſic.vacand. per obit. quæſtio. trigeſi-
maprima numero decimo tertio. de quibus dicetur
infra in diſcurſu materiæ:& Concil. Tridentinum
non ſubſtulit regreſſus ante Concil. conceſſus, licet
poſt Concilium ſit locus regreſſui,vt alias fuit reſolu
* tum:*facit deciſ.quarta. Caſſador. de priuileg. Re-
doan.de ſimon.cap.28.num.29.

Et quia ſatis loquuti fuimus de regreſſu,nunc pau
ca ſubijciemus de acceſſu, & ingreſſu. Acceſſus eſt
111 ius intrandi†ſeu adipiſcendi beneficium vel illius poſ
ſeſſionem,quam nunquam antea habuerat, ita Man-
doſ.in tractat.ſignat.grat.titul.regreſſ.& acceſſ.colum
na quarta.verſicul. contra uero,id ſumens ex proprio
ſignificatu verbi accedo,vt apud Cæſarem libro quin
to libelli Gallici parum poſt principiū. Acceſſum eſt
ad Britanniam omnibus nauibus meridiano fere
tempore, & ſic ad locum ad quem prius itum non
erat &cætera. Vnde dicimus, quod acceſſus nullam
112 habet cauſam præambulam iuris de†præterito, vti re-
greſſus,Caſſador.deciſ.vnica numero tertio. de pact.
Redoan.de ſimon.part.ſecundo.capitul.decimoſepti-
* mo.numer. ſexto.&*communiter Doctores hoc ſup
ponunt.

Ideo dicit Redoan.dict.capitulo.decimo ſeptimo.
numero ſexto.quod practici Curiales petunt regreſ-
ſum,acceſſum & ingreſſum,ut ſi non ſit locus regreſ-
ſui intret acceſſus, & ita de ſtylo audiui concedi re-
greſſus. & cætera. & ferè omnia quæ diximus ſupra
de regreſſu vendicant ſibi locum in acceſſu,
& ita loquuntur doctores citati, non repetam ſtu-
dendo breuitati, & quia non ſunt in vſu; illud ſcire
113 dumtaxat ſufficiat, quod ſunt ſublati † acceſſus,

ſicut regreſſus ex dict.capit.7.ſeſſ.vigeſimoquinto.de reformat.ex rationibus ſupra relatis,licet differant, vt ſupra dixi.quia vnum habet cauſam de preterito, alterum vero non:& ideo fuit reſolutum in Rot. in vna* Mutinen.monaſterij coram Sarnen.quod regula Leonis reuocatoria acceſſus non habet locum in regreſſibus,teſte Put.deciſ.399.lib.1.

Exemplum acceſſus, quoties Papa vult dare alicui epiſcopatum,vel aliud beneficium, & ille propter ætatis immaturitatem non eſt capax, tunc Papa confert alteri,donec ille efficiatur habilis perueniendo ad legitimam ætatem,qua adueniente poterit propria auctoritate accedere ad illud beneficium , ut colligitur ex docto reſponſo Cardinal.Pariſienſ.conſilio 76.Capitula volum.4.Redoan.dict.capitul.17. Rebuff.dict. titul.regreſſus in praxi.Ideo dicit Caputaq.deciſ.313. numero 2.part.2. quod regreſſus imponitur reſpectu beneficij alias ab eo poſſeſſi,ingreſſus & acceſſus reſpectu beneficiorum non poſſeſſorum.

114 Ingreſſus † pariter non ſupponit aliquem præcedentem aditum,idem Cæſ.eodem libro 5. belli Gall. Mandoſ.vbi ſupra columna quarta.verſicu. ingreſſus. Ingreſſus eſt ut ſi Papa contulerit mihi beneficium, & antequam capiam poſſeſſionem illud reſignem,Papa concedit,quod ſi reſignatarius moriatur,vt ego ingrediar meum beneficium,quod nunc reſigno , Rebuff.dict.titu. de regreſſ.verſicul. idem in ingreſſu in prax.& quis præferatur habens regreſſum , vel habens acceſſum vide nota.deciſ.Put.35.lib.2.

Et de regrediente ad acceſſum habendum , an teneatur ius primæuum iuſtificare.Idem Put. deciſ. 19. in princ.lib.1.

Et ſi in Curia eſt alicui reſeruatus regreſſus,vel acceſſus,& antequam de hoc certioretur, moriatur,reſignatarius,& vnus impetrat,fuit tentum eſſe in ſuſpenſo donec ille acceptet:ita* fuit deciſum die vltim.Maij 1538.teſte Ptolom.deciſ.14.

*Finis Libri Sexti.*



# FLAMINII PARISII IVRIS CONSVLTI Excellentiſſimi,

# DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM.

## LIBER SEPTIMVS.

### PRIMAE QVAESTIONIS.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſignatio benefi. debet fieri coram ſuperiore.*
2 *Aſſenſus pro conſenſu.*
3 *Superioris intereſt ne dimittatur beneficium ſine eius licentia.*
4 *Defenſor non debet ciuitatem deſerere.*
5 *Beneficiatus per adeptionem poſſeſſionis ſe alligat eccleſiæ.*
6 *Beneficium non poteſt ſine ſuperiore haberi.*
7 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
8 *Profana poſſunt renunciari abſque ſuperiore.*
9 *Renunciatio facta ſine ſuperiore eſt nulla.*
10 *Actus contra legem eſt nullus.*
11 *Alienatio abſque decreto Iudicis,cum requiritur,eſt nulla.*
12 *Renunciatio facta abſque ſuperiore tenet in præiudicium reſignantis.*
13 *Sponſa poteſt repetere ſponſum,& è contra.*
14 *Renunciatio ſimoniaca eſt nulla.*
15 *Renunciatio ſimoniaca valet in præiudicium reſignantis.*
16 *Iurans tenetur ſeruare etiam iuramentum quod non præſtitit in manibus ſui ſuperioris.*
17 *Primogenitus renuncians ius primogenituræ tertio genito non præiudicat ſecundo genito.*
18 *Renunciatio iuris prothomiſeos facta à conſanguineo tenet in ſui præiudicium.*
19 *Clericus contrahens etiam matrimonium nullum perdit beneficia.*
20 *Clericus qui amiſit priuilegium per dimiſſionem habitus,per eius receptionem illud recuperat.*
21 *Quæ obtinent vim pacti taciti tenent.*
22 *Renunciatio [illegible]et renuncianti.*
23 *Contractus contra legem validus eſt quoad incommodum contrahentium.*
24 *Faciens actum nullum punitur.*
25 *Alteri per alterū non debet iniqua conditio inferri.*
26 *Nullum non producit effectum.*
27 *Cap.quod in dubijs de renunciatione declaratur.*
28 *Renunciantes nulliter debent priuari.*
29 *Homicida debet declarari priuatus.*
30 *Clericus priuatur propter deſertionem.*
31 *Ante declarationem priuatus poteſt miniſtrare.*
32 *Officium publicum non abdicatur ex priuata renunciatione.*
33 *Renunciatio facta coram laico eſt nulla quo ad ſuperiorem,valida quo ad renunciantem.*
34 *Renunciatio coram laico an ſit nulla ipſo iure,& numero 36.*
35 *Renunciatio facta coram laico an teneat in præiudicium renunciatis.*
36 *Verbum Denuo quid ſignificet.*
37 *Suſcipiens beneficium de manu laici eſt ſuſpenſus.*
38 *Renuncians in manibus non ſuperioris amittit poſſeſſionem,retinet tamen proprietatem.*
39 *Facilius perditur poſſeſſio quam proprietas.*
40 *Titulus beneficij non amittitur abſque ſuperiore.*
41 *Ex inutili contractu perditur poſſeſſio.*
42 *Renuncians in manibus nō ſuperioris debet priuari*
43 *Impetrans beneficium illius qui renunciauit coram non ſuo ſuperiore non facta declaratione eſt intruſus.*
44 *Facienda eſt mentio in impetratione de beneficio renunciato coram non ſuperiore.*
45 *Ex renunciatione facta coram laico retinetur Dominium.*
46 *Poſſeſſio non habet quid ſpiritualitatis.*
47 *Beneficiarius guadet priuilegio fori ante adeptam poſſeſſionem.*
48 *Renunciatio facta coram non ſuperiore valet, ſi ſuperior poſtea ratificauit.*
49 *Abbas renuncians quando poſſit petere a monachis denuo obedientiam.*
50 *Quis poteſt renunciare ſuam iniuriam*
51 *Renuncians abſque ſuperiore non poteſt ſine ſuperiore redire ad beneficium renunciatum.*
52 *Superior potius ratam habet renunciationem coram clerico,quam coram laico.*
53 *Ratum haberi an poſſit quod nullum eſt.*
54 *Sententia lata ab excommunicato ratificari non poteſt.*
55 *Superior debet infra ſex menſes conferre,aut ratificare.*
56 *Epiſcopo currit tempus a die renunciationis.*
57 *Renunciatio facta in manibus Notarij.vel N recipiētis nomine ſuperioris eſt valida.*
58 *Qui per alium facit,per ſe ipſum facere videtur.*
59 *Notarius ſtipulans donationem pro abſente,concurrente conſenſu eſt donatio.*
60 *Notarij Cameræ & Cancellariæ recipiunt reſignationem.*
61 *Valet renunciatio facta coram non ſuperiore cū clauſula ſi ſuperiori meo placuerit.*
62 *Clauſula ſi habet plures effectus.*
63 *Renuncians ſi patruo placuerit an ſit valida renunciatio.*
64 *Clauſula non alias nec alio modo habet naturam præciſam.*

65 *Clauſula non alias inducit Formam &c.*
66 *Emphyteuta alienans inſcio domino cadit à iure.*
67 *Emphyteuta alienans inſcio domino cum clauſula ſal uō iure dominij directi non cadit a iure.*
68 *Facta renunciatione coram non ſuperiore cum clauſula ſi ſuperiori &c. non debet reſignatarius ſe ingerere.*
69 *Clauſula non alias &c. non operatur cum ſuperior offenditur in facto.*
70 *Alienās irrequiſito domino cum clauſula ſine præiudicio domini & ſi, poſtea fuerit capta poſſeſsio cadit a iure ſuo.*
71 *Proteſtatio contraria facto non releuat.*
72 *Factum ſubſequens declarat malam voluntatem.*
73 *Renunciatio facta coram ordinario cū pactis eſt nulla, licet adſit clauſula ſaluo beneplacito, &c.*
74 *In renunciatione beneficij acquirendi non requiritur auctoritas ſuperioris.*
75 *Facilius tollitur ius quærendum quam quæſitum.*
76 *Habentes ius ad rem poßunt renunciare abſque ſuperiore.*
77 *Ius ad rem facilius perditur.*
78 *Electus ante confirmationem poteſt renunciare ſine ſuperiore.*
79 *Electus poteſt renunciare in manibus eligentium.*
80 *Electus in Epiſcopum poteſt renunciare abſque licentia Papæ.*
81 *Electus antequam acceptet non habet ius, & non poteſt renunciare.*
82 *Beneficium vacat donec electus fuerit confirmatus.*
83 *Quod conſenſu contrahitur conſenſu diſſoluitur.*
84 *Per electionem acquiritur ius ad rem.*
85 *Electus moriens in Curia per eius obitum non vacat beneficium, ſed per mortem prioris.*
86 *Quod ius in re acquiratur per electionem.*
87 *Per confirmationem adminiſtratio acquiritur.*
88 *Per acceptationem electi contrahitur matrimonium.*
89 *Dictio quaſi eſt impropria.*
90 *Electus poſt confirmationem non poteſt renunciare abſque ſuperiore.*
91 *Per confirmationem acquiritur ius in rem.*
92 *Conſecratio fit poſt electionem.*
93 *Conſecratio fit infra tres menſes.*
94 *Præſentatus ante inſtitutionem poteſt renunciare in manibus patroni.*
95 *Per præſentationem acquiritur ius ad rem.*
96 *Per præſentationem receptam à ſuperiore ante inſtitutionem non acquiritur, ius in rem.*
97 *Habentes litteras expectatiuas poſſunt renunciare abſque ſuperiore.*
98 *Per litteras expectatiuas quæritur ius ad rem.*
99 *Per expeditionem litterarum, & acceptationem quæritur ius in re.*
100 *Per impetrationem quis non obligatur beneficio, niſi ceperit poſſeſſionem.*
101 *Poſſeſſio corroborat titulum.*
102 *Ex collatione ius in beneficio acquiritur.*
103 *Poſſeſſio acquiritur ex inueſtitura facta a perſona, & cætera.*
104 *Beneficium litigioſum poteſt renunciari abſque ſuperiore.*
105 *Habens bonum ius in beneficio litigioſo non poteſt renunciare ſine ſuperiore.*
106 *Renunciatio beneficij litigioſi poteſt fieri abſente parte.*
107 *Intruſus poteſt renunciare abſque ſuperiore.*
108 *Intruſus nullum ius habet in beneficio.*
109 *Intruſi odioſi.*
110 *Intruſi tenent beneficia cum peccato.*
111 *Intruſi tenentur ad fructus perceptos.*
112 *Retinentes rem furtiuam peccant.*
113 *Intruſus quis dicatur.*
114 *Intruſus quando quis intrat poſſeſſionem abſque auctoritate.*
115 *Intruſus habens titulum non canonicum.*
116 *Renunciatio facta ex legitima cauſa in manibus non ſuperioris tenet.*
117 *Rigor relaxatur propter impoſſibilitatem.*
118 *Renuncians in manibus inferioris nihil perdit.*
119 *Renunciatio facta in Iudicio eſt valida.*

## QVAESTIO PRIMA.

PRIMO Quæro, An benefi. renūciatio debeat in manibus alicuius fieri, & coram quo? Do-
* ctores cōmuniter *reſpondent Beneficij reſignationem eſſe fa-
1 ciendam coram † ſuperiore, vt tradunt Ant. de But, in ca. ad monet in 3. not. num. 4. & in c.
quod in dubijs num. 10. de renun. & in c. ſignificauerunt num. 3. de præb. & in c. quod Dei nu. 18. de ſtat.
monacho. Card. Zabarel. in d. c. quod in dubijs num. 1. Abb. in d. c. Admonet num. 8. 13. & ſeq. vbi Bal. cæterique Doct. Idem Abb. in c. Audita num. 3. de reſt.
ſpoliat. Bonif. de Vitall. in clem. gratiæ num. 43. de reſcrip. Gloſſ. in c. Abbas. 18. q. 2. & in cap. ex ore de his
quæ fi. à maio. part. cap. Io. à Capeſtra. de author. Pap. part. 3. prin. num. 66. Coraſ. de benef. c. 5. numer. 56. &
c. 8. num. 14. Sarn. de infir. reſignat. q. 18. colum. 3. Reſtaud. Caſtald. de Impe. q. 103. num. 10. & 16. Vincēt.
Carot. in reg. conceſſ. amplia 4. num. 5. de reg. iur. lib. 6. Menoch. de recuper. poſſ. 1. remed. num. 277. Caſſad. deciſ. 2. num. 7. de appellat. Chriſtopho. Roſſinia.
* de benef. c. 14. in princ. vbi * atteſtatur in iure moreque communi eſſe receptum Crauet. conſ. 513. num.
16. Idque probatur expreſſe, in c. denique 6. q. 3. & in
c. Abbas 28. q. 2. vbi gloſſ. plura allegat, & in c. admonet de renunc. vbi Alexand. III. ſcribit epiſcopo Pomacan. his verbis: *Vniuerſis perſonis tui Epiſcopatus probibeas ne eccleſiæ tuæ diæceſis ad ordinationem tuam pertinentes abſque aſſenſu tuo, intrare audeant, aut deſinere, aut te dimittere inconſulto.* Et ibi
2 Abb. numero ſexto exponit aſſenſum † pro conſenſu, ac in cap. vltimo eo. tit. & ratio eſt quia ſuperioris
3 intereſt, ne dimittatur beneficium † ſine eius licentia, vt ſcribit Geminian. in cap. ſi electio ſub numero quinto, columna ſecunda, de elect. lib. 6. cum ei præiudicetur cap. ſignificaſti, de for. competen. cap. clericum 11. quæſt. 1. cap. non liceat 3. quæſt. 6. arg. cap. ſiquis ſuadente 17. quæſt. 4. cap. cum deſideres §. vlt.
4 de ſent. excommu. ob hanc rationem non licet † defenſori ciuitatis illam deſerere, ſine licentia l. vlt. C. de defenſ. Ciuit. l. legatus ff. de off. præſid. neque mili-
* ti militiam, vt omnibus notum * ac compertum eſt. Accedat & alia ratio quia Beneficiatus per adeptio-
5 nem poſſeſſionis ſe † alligat, & deuincit eccleſiæ, cap. Niſi verſ. verum de renunc. Hoſtien. eod. tit. in ſumma numero octauo, & ſicuti quis, non poteſt benefi-
6 cia † adipiſci ſine auctoritate ſuperioris, cap. primo, de reg. iur. libro 6. ita neque dimittere argum. l. vltim.
7 ff. de offi. præſid. nam † contrariorum eadem eſt diſciplina, not. in rubr. ff. de acquir. poſſ. Ideo admiſſio prælati ni-



lati nihil aliud eſt, quam abſolutio quædam, nam beneficiarius, per illam liberatur ab onere inſeruiendi, vt eſt ſignanda deciſ. Rot. quam refert Nauar. in cap. accepta in 7. oppoſ. ſol. nu. 31. de reſtitut. ſpoliat. quo modo enim poterit eximi ſine ſuperiore? ex quo colligit, notabilis differētia inter profana, & ſpiritualia,
8 nam † illa poſſunt renunciari abſque licentia ſuperioris, hæc vero nequaquam, vt tradit Rot. deciſ. 3. num. 2. de renunc. in nou. vbi notatur, huiuſmodi diſcrimē inter vtramque renunciationem, & ratio differentiæ eſt, quia in renunciatione rerum profanarum ceſſant rationes ſupra allegatæ, vt euidētiſſime ex eius lectura patet, vnde non mirum ſi aliter diſponitur l. illud ff. ad leg. Aquil. ca. cum ceſſante de appella.
9 Aliter facta renunciatio † ſine ſuperioris auctorita-
* te, nulla eſt, vt ſcriptum reliquerunt * omnes Doct. in ſpecie, Innoc. in dict. cap. quod in dubijs num. 1. vbi gloſſ. in verb. manum Abb. num. 13. & alij de renunc. Idem Abb. in c. cum pridem num. 3. de pact. & in cap. quod Dei, num. 4. de ſtat. monach. Ant. de Butr. in ca. 3. num. 14. de his quæ fi. a mai. par. cap. Turrecremat. in cap. denique num. 2. 6. quæſt. 3. Card. Alexan. in ca. quod reſtitutio num. 44. 3. quæſt. 1. Capr. in clem. gratiæ num. 5. de reſcript. Put. Deciſ. 94. nu. 2. lib. 1. Frāc. in cap. deliberatione §. prohibemus, num. 2. de offi.
* Legat. lib. 6. & eſt communis * opinio, teſte Ber. in ca. ſolicita num. 6. de reſti. ſpolia. & probatur, in ca. Gonſaldus 17. quæſt. 2. vbi declaratur nulla renunciatio Guiſaldi presbyteri facta in manu[s] cuiuſdam aduocati ac in in dict. cap. quod in dubijs ibi. *Licet reſignatio talium facta laico nullam obtineat firmitatem.* Et expreſſe hoc dicitur in cap. denique 6. q. 3.
Et ratio eſt quia tunc fit actus, contra legem, cum iura velint vt renunciatio fiat coram ſuperiore, vnde
10 non mirum ſi reſignatio eſt † nulla arg. l. vlt. C. de legibus. Ita in ſimili Tutores, & Curatores qui non poſſunt alienare bona immobilia, & quæ ſeruando ſeruari poſſunt abſque decreto Iudicis, ſi dicta bona fue-
11 runt diſtracta † abſque prædicto decreto alienatio nulla eſt, l. magis puto §. non paſſim ff. de rebus eorum l. prædia C. de prædiis, & alijs rebus min. Bart. in l. nulli num. 7. ff quod cuiuſque vniuerſ. nom. Bald. in l. nulla in fi. C. de iur. Dot. Cuma. conſ. 109. colum. 2. Alex. conſ. 117. in princ. lib. 5. Imol. conſ. 98. & conſ. 99. Signor. de Homed. conſ. 214. nu. 5. Dec. conſ. 39. Card. Pariſ. conſ. 98. & conſ. 99. & conſ. 100. vol. 1. Roland. a vall. conſ. 33. & 99. lib. 1. Bertand. conſ. 22. nu. 2. vol. 2. Gozadin. conſ. 78. num. 11. Rubr. Alexan. conſil. 138. ita etiam in ſimilibus caſibus ex ratione dictæ l. vlt. C. de legib.
Declara primo hanc concluſionem, vt renunciatio facta in manibus non ſupperioris ſit nulla quo ad præiudicium ipſius ſuperioris, qui poterit illum repetere ad beneficium, reſignatum, ſi vult, vel ratificare reſignationem, illumque declarare priuatum, & conferre beneficium, nam in præiudicium il-
12 lius, qui taliter reſignauit renūciatio † tenet & eſt valida, vt ei noceat, vt ſcripſerunt. Inno. in c. quod in dubiis ſub num. 1. Glo. in verbo in manum laicam, Ant. de Butr. num. 5. & 9. Abb. num. 3. & 8. vbi refert Goffred. Pil. Aegid. ac Guil. Naſ. hoc idem affirmantes de renunc. idē Abb. in c. vlt. in 3. notab. de renunc. gloſ. in c. denique verb. reſtituantur 6. q. 3. vbi Card. Alex. num. 4. & alii omnes Abb. in c. quod Dei, num. 4. de ſtat. monach. & in c. ſuper hoc num. 4. de renunc. Gemin. conſ. 125. in medio colum. 2. Boniſac. de vitall, in clem. 1. num. 42. de rer. permut. Bened. Capr. in cle. Gratiæ num. 5. de reſcrip. Ant. de Burg. in cap. ex parte num. 99. eod. tit. Tiraq. de retract. §. 26. gloſſ. 2. nu. 10. Reſta. Caſtald. de Imperat. q. 103. num. 16. Roſſiniac. de benef. cap. 14. num. 29. Caſſad. deciſ. 2. num. 3. de renunc. Put. deciſ. 16. num. 3. lib. 2. poſt Imol. conſ. 149. num. 17. Biſignet. deciſ. 30. de renunc. in antiqu. Moedan. deciſ. 133. fuit per.
* Et hæc eſt * communis, recepta docto. ſententia, pro qua poteſt ponderari tex. in c. nō oportet. 7. q. 1. *Non oportet epiſcopum vel reliquos de ciuitate ad ciuitatem migrare non eps non presbyter non Diaconus tranſeat, ſiquis autem poſt diffinitionem ſancti & magni conſilij tale quid agere tentauerit, & ſe huiuſmodi negotio mancipauerit hoc factum prorſus in irritum ducatur, & eccleſiæ reſtituatur cuius fuit epiſcopus aut presbyter aut diaconus ordinatus.* Et ſic renuncians abſque ſuperiore reſtituitur ſi eccleſia eum repetat, & ibi declarat gloſ. in verbo reſtituatur arg. capitul. ſiquis epiſcopus 7. quæſt. 1. & c. ſiquis vero 7. quæſt. 1. namque ſecundum Anchar. ibi hoc eſt
13 introductum in fauorem Eccleſiarum ſicut † ſponſa poteſt repetere ſponſum, & maritus vxorem & ē contra cap. mulier 33. q. 5. & ad hoc faciunt notata in ca. vlt. 49. diſtin. & in cap. cum appellationibus de appel. in 6.
Ita in ſimili, licet renunciatio facta ſimoniace † ſit
14 nulla. Inno. in cap. cum vniuerſorum de rer. permut. Archid. in cap. ordinationes 5. quæſt. 1. valet tamē in
15 præiudicium † renunciantis, Glo. in cap. ſuper hoc in verb. pecuniæ de renunc. cum aliis, vt per Aufrer. deciſ. Tholoſ. 438. Item fuit quæſitum, Præterea quamuis præſtetur iuramentum in manibus non ſui ſupe-
16 rioris † iurans tamen tenetur illud ſeruare cap. venerabile, de elect. Ita etiam ſi primogenitus renunciat iu-
17 ri primogenituræ tertio genito † non præiudicet, Bal. conſ. 389. conſuetudo colu. penul. verſ. hic incidit lib. 2. Tiraque. late in tract. primogenituræ q. 27. Hinc etiam conſanguineus cedendo † iure prothomiſeos
18 inutiliter ſe facit a receſſa alienum, arg. l. cum Dominus §. vlt. ff. de pec. leg. per quem tex. hoc vult Bal. cōſ. 9. factum tale colum. 3. verſ. & ſi quæratur lib. primo Tiraquell. de retract. §. 26. glo. 2. num. 8. Ita quoque
19 clericus † in minoribus conſtitutus obtinens benefi. ſi contrahat matrimonium per quod vacauit beneficiū
* iux. * communem concluſionem de qua dictū eſt ſupra, quamuis poſtea comperta conſanguinitate nullū ſit matrimonium non tamen poteſt redire ad ſuū beneficium cum ab illo ſe reddidit per renunciationem excluſum, Ioannes And. & alij in cap. primo de cleric. coniug. Petr. de Anchar. in cap. 1. eod. tit. in 6. & conſ. 34. colum. 3. Bart. Brix. in quæſt. 10. dominica
* ſi incip. quidam clericus, & eſt * communis opinio docto. quæ etiam vult per receptionem habitus † recupe-
20 rare priuilegium, vt tradit Ant. de Butr. in cap. clericos de cleric. coniug. Franc. in cap. 1. §. & cum num. 6. eo. tit. lib. 6. Boniſ. de vitall. in clemen. 1. num. 55. de vit. & honeſt. clerico. quod priuilegium habebit etiā hodie iux. diſpoſitionem Conc. Trid. cap. 6. ſeſſ. 23. de refor. ſi aliud beneficium eccleſiaſticum recuperet
* vt fuit * deciſum in ſacra congreg. conc. die 12. Iunii 1587.
Et ratio eſt quia eſt nulla huiuſmodi renunciatio quo ad ſuperiorem, cum fiat contra legem, quo tamen ad præiudicium renunciantis erit valida, nam
21 obtinet vim pacti † taciti, vt de acceptilatione dicitur in l. ſi vnus §. penul. ff. de pact. l. ſi acceptilatum ff. de acceptila. cap. eos 7. quæſt. 1. & ob id dicimus eſſe regulare

22 lare vt † renunciatio noceat renuncianti l. prima C.
com.re.alie.ſi poſt mortem ff.de bon. poſſ. contra.
tab.Bar.in l.ſiquis in conſcribendo colum.2. verſ.2.
caſu C.de pactis ne quis veniat contra pactum ſuũ,
Bart.& Bal.in l.poſt mortem.ff.de adop.Bart.in l.Fa-
cta §. ſi hæres , vbi Paul. Caſtrenſ.ff. ad Trebell.
Guid.pap.deciſ.530.& conſ.118.in 3.dub.late Tira-
quel.de legibus connubia.glo.vlt.in 10.quæſt.
* Accedat ad comprobationem communis* Do-
cto.ſententia,quæ ſe habet,vt contractus factus con
tra legem,ſit nullus quoad commodum contrahen-
23 tium,validus autem quo ad eorum † incommodum l.
peto §.fratre ff.de leg.2.leg.pater §.Fili , & §.ſequen.
ff.de leg.3.Corn.conſ.243.circa princ.col.1.infin.lib.
3.Bart.in l.non dubium col.3.verſ.oppo.quod ſecun
24 dum C.de leg.Ideo punitur†faciens talem actum, ca.
ſi religioſus in princ.de elect.lib.6.Aret.conſ.18.in 1.
dub.Marſ.in l.prima §.præterea cum multis ſequenti
bus ff.de ſic.Tiraq.de retract.§.1.glo.9. num.42. &
æquitati conſonum eſt , vt damnum quod quis ſua
culpa ſentit,ſibi imputetur iuxta vulgarem. & com-
* munem*regulam ,& vt alteri non præiudicet , cum
alteri per alterum non debeat†iniqua conditio infer
25 ri,l.non debet ff.de reg.iur.
Et ab hac concluſione non eſt*recedendum in iu
dicando,& conſulendo,quamuis Hoſtienſ.in dic. c.
quod in dubijs ante num.1.verſ.vnde,dicat renuncia
tionem factam in manibus nõ ſui ſuperioris eſſe nul-
lam,& inualidam,etiam quoad præiudicium ipſius re
nunciantis,quam etiam ſententiam,firmauit Io.And.
vt refert Ferret.con.133.num.5.& illam dicit commu
* nem*Ber.in cap.ſollicite,num.16.de reſtitut. ſpoliat.
** quia vt ex ſupradictis apparet, in contrarium eſt**
magis communis opinio,& illa damnatur communi
ter,teſte Ant.de Burg.in dict.cap.ex parte num.69.
de reſcrip.Nec obſtat tex. ſuper quo ſe fundant in
dict.c.quod in dubijs ibi.*Licet reſignatio talium fa-
cta,laico nullam obtineat firmitatem* , *& ibi eodem
ſunt beneficio ſpoliandi,&c.*ergo non eſt nulla,quia
26 quod nullum †eſt nullum producit effectum,l.4.§.cõ
demnatum,ff.de re iud.l.non putauit.§.non quo uis
ff.de bono.poſſ.c.illud de iur.patron.& nullum præ-
ſtat impedimentum,cap.ad diſſoluendum de diſpẽſ.
impub.& paria ſunt non eſſe vel eſſe nullum,l. duo
ſunt Titij ff.de teſtam.tut.Car.Pariſ. conſ.109. nu.5.
vol.3.nam omiſſa reſponſione de qua Abb. in dict.
cap.quod in dubijs num.8.quod loquatur de renun-
ciãte in manu laici,quia de ea dicetur paulo inferius.
27 Reſpondetur†illa verba *nullam obtineat firmitatem*
eſſe intelligenda reſpectu ſuperioris iuxta rationes
ſuperius citatas,nam non eſt inconueniens,vt dictũ
legis generale reſtrictionem recipiat , & reguletur
ſecundum rationem,l.cum pater §. dulciſſimis ff.de
legat.2.& ita hæc verba eſſe intelligenda tradit Re-
ſtal.de Imper q.103.num.16.Illa vero verba,*ſunt be-
neficio ſpoliandi*,hoc important,quia ex quo eſt nul-
la renunciatio debent declarari priuati ob delictum
& hæc fuit mens Hoſt.vt patet in nu.1.& voluit hoc
Abb.in c.quod dei nu.4.in fin.de ſtat.monach.Card.
28 in clem.1.num.17.de renunc.& in † ſpecie requiri pri
uationem ſcriptum reliqui Ant.de Burg.in dict. c.ex
parte num.64.verſ.ſecunda concluſio,& nu.68.Ideo
inquit optime Abb.in dicto.cap.quod in dubijs nu.
8.quod beneficium ex hoc non vacat,ſed interim eſt
in pedenti ad iudicium ſuperioris,Zabarella in clem.
1.num.17.de renunc.expreſſe,Nauarr.in cap. accepta
in 7.ſolutione oppoſitionis num.32.in fin.ita in ſimi

29 li homicida debe t declarari priuatus † vt eſt* commu
* nis opinio teſte Anan.in cap.inquiſitionis nu.3.de ac
cuſ.Gomeſ.in cap.1.num.2.de reſcript. Ferrat. caut.
44.Plax.libro primo delictor.cap.11.num.2.& ob cri
30 men†deſertionis dari priuationem habetur in clem.
2.de pœn.Roſſiniac.de benef.cap.14.num,33. & ex
quo requiritur declaratio.Sequitur poſſe interim ta-
liter renunciantes beneficia poſſidere & miniſtrare
31 ſine nouo conſenſu†ſuperioris,& alia noua collatio-
ne,vt ſcriptum in terminis reliquit Ant. de Butr.in
cap.2.num.6.de renunc.lib.6.& ibi Ioan.Andr.num.
3.Hoſtien.in dict.cap.ex ore Io.Andr.in cap.quanto
de transl.præl.quos ſequitur Abb.in dict. cap. quod
* Dei.numero quarto.de ſtatu.monach.vbi atteſtatur
ita*tenere omnes * Docto. & eſſe veram ſententiam
Ferrett.conſ.133.num.5.qui etiam dicit,quod ſubdit
ei parere tenentur,nam in officio clericorum verſa-
tur vtilitas publica cap.dudum 2.de elect.c.niſi §. ve
rum de renunc.ſed officium publicum non abdica-
32 tur†ex priuata renunciatione.l.legatus ff. de officio
præſidis ad not.in cap.ſi diligenti de foro competen
ti.Accedit quia hoc caſu videtur ſufficere patientia
prelati,qui illum poteſt priuare,arg.l.voluntatis ff.qui
bus mod.pig.vel hip.c.dilecti de renunc.& glo.in ca.
quod dei verb.miniſtrare de ſtat.monac.quę contra
rium vult quamuis,& illam ſequatur Reſtal.Caſtald.
* de imper.q.103.num.18.*communiter damnatur vt
tradit ibi Abb.n.4.dicẽs tex. illũ hr̃e aliã intelligẽtiã.
33 Et hæc extendo procedere†etiam in renunciatio-
ne facta coram laicis ut ſit nulla quoad præiudicium
ſuperioris, valida tamen,quoad præiudicium renun-
ciantis,nam verba tex.in dict.cap.quod in dubijs, ibi
*Licet reſignatio talium facta laico nullam obtineat
firmitatem*,intelliguntur,vt ſupra dixi, reſpectu ſupe
rioris,vt tradit Reſtal.Caſtal.de imper.quæſt.103. n.
16.& patet ex rationibus ſupra allegatis,quibus acce-
dat,quia inquit tex.*Sunt eodem beneficio ſpoliandi,
&c.*ex quo primo infertur non eſſe veram diſtinctio
nem Goſtienſ.quã refert,& ſequitur Abbas in dict.
cap.quod in dubijs num.8. inter renunciantem in
34 manibus laici,vt illa renunciatio†ſit nulla ipſo iure, &
inter renunciantem in manibus clerici,vt hæc ſit nul
* la quo ad ſuperiorem,quam opin.dixit*communem
Berous in dict.c.ſollicite ſub num.16.verſ.poteſt & n.
19.quia nullo iure probatur arg.l.illam C. de collat.
Secundo infertur non eſſe verum intellectum. ad
dict.cap.quod in dubijs datum per Petrum Rebuff.
in tractatu de pacifi.poſſeſſ.num.149.ſecundum quã
35 †probat renunciationem beneficij in manibus laici
verbo ſimul, & re factam dimittendo etiam benefi-
cium reſignatum valere etiam quo ad præiudicium
reſignatis ponderando verba tex.ibi:*Hi præterea qui
beneficium eccleſiaſticum ſibi collatum ſponte in ma-
num laicam reſignantes,illud denuo a laico ſuſcepe-
runt eodem ſunt beneficio ſpoliandi licet reſignatio
talium facta laico nullam obtineat firmitatem,&c.*
Si ob eam dimiſerit beneficium,& ſic tam facto quã
verbis ceſſit valet ex quo dicit denuo ſuſceperunt a ſi
mili l.3.C.de fid.Inſtrum.l.ſi vt proponis 1.C.quo.&
quando iud.quia neutra valet ſcilicet illa quæ fit uer
bis,& re,& verbis tantum ſi non probatur a ſuperio
re,& vtraque valet ſi ab ipſo probatur ſcilicet eo mo
do quo ſupra.Accedit quia ex nullo verbo illius ca.
hoc colligitur nam verbũ denuo,quod Rebuff. pon
derat ad ſignificandum priorem partem illius c.agere
de renunciatione re ac verbis facta nihil facit quoniã
optime uerificatur in eo qui ſolis uerbis renũciat in
manu



manu laicorum,&ab eis iterũ verbo accipit,nã verbũ
36 † denuo hoc ſonat.1.denuo,rurſus, & de nouo l.cum
prior ff.de diſt.pign.l.1.C.de erro.calc.& ita hunc in-
tellectum Rebuff.reijcit Nauarr. in c.accepta in op.
7.ſol.num.35.de reſt.ſpoliat.
Tertio infertur non bene ſcripſiſſe Ber.in d.c. ſo-
licite ac Maiol.de Irreg.lib.3.c.6.verſ.ille, dum volũt
renunc.in manibus laici eſſe priuatos beneficijs, quia
hoc eſt contra tex.in d.ca.quod in dubijs illis verbis:
*Eodem ſunt beneficio ſpoliandi*. Ergo non ſunt priua
ti,& tex.in d.c.quod in dubijs loquitur in fortioribus
terminis,vt animaduertit Ferrett.conſ.133.nu.5.verſ.
propterea,nam loquitur de eo qui renunciauit ſpon-
te 2.de eo qui renunciauit in manibus laici,tertio de
eo qui recepit idem benefi.a laico,& tamẽ inquit tex.
quod venit ſpoliandus quamuis delictum ſit maximi
momenti , cum ſuſcipiens beneficium de manu laici
37 ſit ſuſpenſus†ipſo iure c.ſi quis deinceps 16. q. vlt. &
ineligibilis c.propterea de iur.pat.c.quiſquis de elect.
Ergo &c.Limita hanc primam declarationem,vt di-
cam infr.in 3.limit.principali num.16.
Secundo declaratur huiuſmodi concluſio,vt renũ
ciatio facta in manibus non ſuperioris præiudicet re
38 nuncianti quo ad poſſeſſionem, nam illam amittit, †
retinet tamen proprietatem,qua debet declarari pri-
uatus,Inno.in c.veniens de renunc.in verb.fatemur ,
Idem Inno.in d.c.quod in dubijs,vbi Abb.nu.8.verſ.
licet eod.tit.Card.Zabarella,in clem.1.ſub num.17.co
tit.Abb.in c.vlt.num.4.eod.tit.Iaſ.in l.1.§.ſicut num.
27.ff.de acq.poſſ.Rot.deciſ.3.num.1. de renunc. per
Biſignet.Alciat.reſp.9.Roſſiniac.de benef.c.14.num.
36.Reſt.Caſtald.de Imper.q.103.num. 16. cum ſeq.
Menoch.de arb.Iud.caſ.201.num.47.Nauar.in c.ac-
cepta in 7.ſolut.oppoſ.num.25.& nu.34. Rot. deciſ.
3.num.2.de renunc.per Biſign.& deciſ.4.eod.titu.in
antiq.Ratio eſt,quia poſſeſſio no habet quid ſpiritua
litatis ſeu vinculi indiſſolubilis,ideo põt amitti abſq;
ſuperiore,ſecus in proprietate,& hoc eſt, quod dici-
39 tur,quod facilius perditur† poſſeſſio quã proprietas,
l.1.ff.de acq.hæred.l.1.§.ſi vir.vxori ff.de acqui. poſſ.
Rot.deciſ.6.num.4.de rerum permut.tex.optimus in
l.ſi quis vi §.differentia ff.de acqu.poſſ.vbi Bart. dicit
quod qui non poteſt renunciare iuriſdictioni,& iu-
ri ſuo quoad proprietatem abſque ſuperiore , poteſt
tamen poſſeſſioni renunciare , quoniam ceſſat ratio
* præiudicij,& hoc eſt quod communiter* volunt Do
40 cto.titulum beneficij † non amitti abſque ſuperioris
conſenſu,Abb.in c.ad aures num.7.de eo quod met.
cau.Fel.in c.in noſtra corol.34.de reſcrip. Idque cõ-
41 probatur quia ex inutili cõtractu†perditur poſſeſſio,
Bar.per illum tex.in l.1.§.ſi vir vxori ff.de acq.poſſ.&
* ſequuntur*communiter Doct.vt ibi tradidit Iaſ. nu.
11.& num.15.Vnde concludendum eſt non priuari
proprietate ex hoc,ipſo iure , ſed requiri ſententiam
42 declaratoriam priuationis†,ob delictum commiſſum
renunciando in manibus non ſui ſuperioris,ita Card.
Zabarell.in clem.1.ſub num.17.in fi.de renunciatio.
& probatur expreſſe in d.c.quod in dubijs ibi, *benefi
cio ſpoliandi*,& ad hoc illum tex.ponderant Inn. ſub
* num.1.Hoſtienſ.etiam num.1.&*communiter.
* Hinc fuit deciſum in*Rot.vt tradit Biſigne.deciſ.
3.de renunc.quod ſi renuncians coram non ſuo ſu-
43 periore non fuerit priuatus† à ſuo ſuperiore,licet me
dio tempore alter impetrauerit illud beneficium, qđ
præfertur primus qui poterit agere,& beneficium re
petere ab intruſo.Hinc etiam Fel. in c.in noſtra col.
34.num.31.de reſcrip.ſcribit neceſſe eſſe facere men

44 tionem † de beneficio taliter renunciato in impetra-
tione alterius,ſequitur Selua de benef.q.11. nu. 100.
Card.Pariſ.conſ.74.nu.5.vol.4.Menoch. de arb.iud
caſ.201.num.47.ex ratione,quia ſola poſſeſſio amitti
tur,& proprietas retinetur , Lap.alleg.84.col.4.Rot.
deciſ.1.de renunc.per Biſign.
Et hæc intelligo etiam de renunciatione in mani-
bus laici,vt per huiuſmodi etiam renunciationẽ amit
45 tatur poſſeſſio,& retineatur dominium,† idque colli
gitur ex Doct.ſuperius allegatis,& ex rationibus ad-
* ductis,idque communiter * recipitur, quamuis Ant.
de Butr.in c.2.num.6.de renunc.lib.6.& Bald.in d.c.
quod in dubijs num.4.tenuerint contrariam,quos ſe
quitur Ber.in c.ſolicite num. 16.in fi. num.19.& nu.
33.in fi.de reſt.ſpoliat.&ad tex.in d.c.quod in dubijs
qui dicit talem eſſe beneficio ſpoliandum,& ſic poſ-
ſeſſione,quia hæc verba ad poſſeſſionem inferunt l.1.
ff.de vi,& vi arm.ac ad aliam ponderationem,dum di
cit *nullam obtineat firmitatem* , ergo neque quo ad
priuationem poſſeſſionis . Reſpondetur ꝙ verba hu-
ius tex.*ſunt beneficio ſpoliandi*,intelliguntur reſpectu
proprietatis,vt tradit Reſtal.Caſtald.de imper.q.103.
* num.16.& communiter* Doct.hoc volunt in d.c.&
aliter nõ poſſunt intelligi quia iam poſſeſſionem ami
ſerunt per renũciationem.ſunt ergo proprietate ſpo-
liandi.1.declarandi priuati,Card.Zabarel. in clem. 1.
num.17.de renunciatione,& ample dictum eſt ſupra.
Nam in proprietate ſunt intitulati clerici,& poſſeſſio
46 nihil habet†ſpiritualitatis,Abb.d.c.num.8.& regulare
eſt vt in beneficialibus attendatur titulus & non poſ-
* ſeſſio,Boer.late deciſ.24.num.8.Ideo fuit*reſolutum
in ſacra congregatione Conc.die 16.Iulij 1587.Be-
47 neficiarium gaudere† priuilegio fori ante adeptã poſ
ſeſſionem ex his,quæ ſcribit Card. Zabarell. in clem.
vt hi qui §.illi vero nu.10.& 11.de ætat.& qualit. nec
obſtant illa verba,*nullam obtineant firmitatem*,quia
* vt dictum eſt ſupra* communis opinio illa intelligit
reſpectu ſuperioris,vt dictum eſt ſupra.minus obſtat
aliud argumẽtum . Bal.quod hoc ſit introductum in
fauorem vtriuſq; ſcilicet beneficiarij,& eccleſię,nam
reſpondetur concludere reſpectu proprietatis.
Et quia huiuſmodi concluſio communis fallit in
pluribus caſibus,ideo ponendę ſunt limitationes quo
modo & quibus caſibus renunciatio ſuſtinetur quã-
uis non fuerit facta in manibus ſuperioris.
Prima limitatio eſt quando renunciatio facta corã
48 non ſuperiore fuit deinde per ſuperiorem†ratificata
nam tunc ſubſiſtit,ita Card.Zabarella in clem. 1. ſub
num.17.de renunc.Hoſtienſ.in c.ex tranſmiſſa. num.
3.eo.Ant.de Butr.in c.admonet n.9.in fi. poſt Gloſ.
in verb.cõſulto,Abb.col.2.verſ. Gloſſa quærit.eo.tit.
Idem Ant.de Butr.in c.quod in dubijs ſub nu.5.eod.
tit.idem Abb.in c vlt.num.4.eo.tit.de renun.Ant. de
Burg.in c.ex parte num.66.de reſcrip. Card. Alex. in
c.denique num.6.q.3.Rot.deciſ.3.in fi.de renunc.in
antiq.per Biſignet.Ber.in c. ſolicite num. 34. de reſt.
ſpoliat.Roſſiniac.de benef.c.14.num.27.& num.52.
* communis * igitur eſt opinio ab omnibus approbata
poſſe ſuperiorem ex poſt facto habere ratam ceſſio-
nem factam coram alio.
Idque deducitur ex d.cap.vlt.de renunc.per quem
tex.dicit Archid.vt ibi refert Abb.ſub num. 4. quod
49 ſi Abbas ceſſit non in manibus † ſuperioris, ſi poſtea
ſuperior ceſſionem ratam non habeat , poteſt petere
a monachis vt obedientiam de nouo promittãt,& ſic
poſſeſſionem recuperat, quam perdidiſſe videbatur .
Et ratio eſt quia annullatur reſignatio facta corã
non

non ſuperiore ob præiudicium, & iniuriam, quæ fit
50 ipſi ſuperiori,† quam ipſe remittere poterit,l. pen.C.
de pact.& ceſſante ratione ceſſat,&c.c. cum ceſſante
de Appellat.
Superior itaq; poteſt ratificare ceſſionem,nanque
nulla eſt illa renũciatio quo ad ipſum ſuperiorem, &
à renunciante abdicatur ius,Biſignet.deciſ.30. de re-
nunc.in antiquior.vel repetere aut conferre iux. ea q̃
ſcripta ſunt ſuperius in principio.
Vera tamen concluſio eſt, vt taliter renunciantes
51 abſq; ſuperiore non poſſint abſq; ſuperioris†conſen
ſu redire ad beneficia ita reſignata,Gl.in c.quod Dei
* quam dicit*ſingularem,Nauarr.in ca. accepta oppo.
7.num.25.28.& 31.an autem requiratur noua colla-
tio vide Io.And.in c. ſite præbendam de renunc. nu.
8.& dixi lib. 1.
Vnum tamen ſciẽdum, quod potius ratificatur re
52 nũciatio facta coram clerico,† quam corã laico,Ber.
in d.c.ſollicite num. 34.de reſt.ſpoliat.quia in eo mi-
nus ſpernitur authoritas ſuperioris.
53 Nec obſtat† quod ratum haberi non poſſit quod
nullum eſt ipſo iure l.qui aliena ff.de acquir.hæred.l.
2.C.communia Iud.Bar.in l.obſeruare num.6.& 7.ff.
de officio præt.Io.And.in c.Aduerſus de immun.ec
54 cleſ.vbi dicit† quod ſententia lata ab excommunica-
to ratificari non poteſt,quia reſpondetur primo,hãc
renunciationem non eſſe ipſo iure nullam,ſecũdo re
ſpondetur non eſſe in totum nullam,ſed quatenus at
tinet ad ſuperiorem,vt ample dictum eſt ſupra.
Declara tamen vt huiuſmodi ratificatio fiat infra
55 ſex menſes:nam ſi infra id tempus†ſuperior non con-
ferat beneficium, vel reſignantem ad beneficium re-
dire non compellat, deuoluitur poteſtas conferendi
ad proxime ſuperiorem:ita ſingulariter dicitur in de-
ciſ.8.Rot.de renun.nu.vlt.in antiq.& *Biſignet. deciſ.*
56 1.de elect.dicit†tempus currere epiſcopo à die renun
ciationis:faciunt not.in c.2.de conceſſ.præben. & in
Rub.de ſuppl.prælat.neglig.
Secundo limitatur non procedere quoties fuit fa-
57 cta reſignatio in manibus alicuius†qui recipiat nomi
ne ipſius ſuperioris,puta in manibus Notarij,vel alte
rius,Bellam.in c.2.num.2.de reſt.Guid.Pap.cõſ.172.
quos refert,& ſequitur,Menoc.de recup.poſſ.remed.
1.num.277.in fi.Boer.deciſ.348.verſ. quia Notarius,
& habetur in ſummario deciſ.3.Rot.de renũ.in nou.
* & eſt*communis opinio Doct.quæ ex eo probatur,
quia illa receptio videtur fieri ab ipſo ſuperiore:nam
que præſupponimus de mandato ſuperioris illum re
58 cipere nomine ipſius ſuperioris & qui† per alium fa-
cit per ſeipſum facere videtur, reg. qui per alium.de
reg.iur.in 6.l.1.ff.rem pupill.ſal.for.l,eum ff. de in ius
vocan.Boer.d.deciſ.348.ſub num.3.
Si vero non adeſt mandatum,requiritur ratificatio
ſuperioris,vel quod conſenſus concurrat, ita ſi Nota
59 rius abſenti donationem ſtipuletur † adhuc ex parte
abſentis non eſt donatio,nec ei quæritur niſi ratifica
tione ſequuta,& ſic eius conſenſu cõcurrente,Albe-
ric.in l.non enim col.1.ff.de adopt.Bal.conſ.200.ver
ba.lib.2.Paul.de Caſt.conſ.195.viſis col.3.lib.2.Dec.
conſ.226.col.2.& conſ.147.col.pen.& conſ.586. nu.
13.Curt.Iun.conſ.52.num. 12. Card. Paril.conſ.52.
num.110.vol.5.Soccin.Iun.conſ.126.num.12. vol.2.
Grat.conſ.12.col.1.& conſ.25.num. 37.cum aliſs vt
per Tiraquell.tract.de conſt.part.3.num.12.limit. 3.
* communis*teſte Alciat.in c.cum contingat nu. 234.
de iureiur.& hac ratione antiquitus Vicecancellarij,
& Referendarij recipiebãt reſignationes nomine Pa
pæ deciſ.Rot.3.ſub num.3.de renunc.in nou.de qui-
60 bus dicetur infra,& hodie Notarij†Cameræ,& Can-
cellariæ recipiunt iux.conſt.Clem.VII. 19. Sanctiſſi-
mus anno 3.Et hi proprie conſenſum requiſitum in
reſignatione recipiunt,vt dicetur infra libr.8. q.8. ex
quo abdicatur ius mediãte receptione reſignationis
facta per ſuperiorem,iuxta ea quæ dicta ſunt ſupra.
Tertio limit.niſi in reſignatione facta coram non
61 ſuperiore fuerit dictum,†renuncio hoc beneficium,
ſi ordinario meo,cuius conſenſus requiritur,placue-
rit:nam hoc caſu valere reſignationem ſcripſit Fel.in
c.cum contingat num.16.de off.deleg. vbi allegat ad
hoc quandam deciſ.Rotæ.
62 Ratio eſt,quia†hæc clauſula,ſi habet mirabiles effe
ctus,Bar.in l.eſt conditionalis,ff.de author.tut. ideo
huiuſmodi clauſula, ſi operatur in decreto iudicis,
Bal.in l.1.col.vlt.C.qui admi.& in ſatisdatione l. præ
tor ait ff.de damn.infec.& in abſolutione,Bal.in cap.
1.col 3.de iureiur.& in prorogatione iuriſdictionis,
Abb.ant.in c.ſignificaſti in 3. not. de for. compet.&
in diſpenſatione,Ant.de But.in c.dudum 2.col.2.de
elect.ac tandem excuſat a ſimonia, quando ponitur
clauſula in pactis illicitis,ſi ſummo Pontifici placue-
rit,vt infra dicetur lib.14.
Hinc dicit Biſignet.deciſ.vlt de renun. in antiqui.
63 quod ſiquis renunciauit ex cauſa permutationis†ſub
conditione,ſi patruo ſuo placuerit,quod non teneat
reſignatio,ſi patruo diſpliceat,& allegat Ioã. And. in
c.in electionibus de elect.lib.6. quamuis contrarium
mihi videatur in caſu dictæ Dec. per rationes ibi in
principio relatas.
Eoque magis hoc procedit, ſi dictum fuerit vlte-
rius,& non aliter,nec alio modo, quia talis proteſta-
64 tio verbis geminatis concepta multum operatur,†nã
huiuſmodi clauſula habet naturam præciſam,l. non
aliter ff.deleg. 3.l. qui hæred. §. vlt.ff.de cond.& de-
65 monſt.Ioan.Sur.conſ.143.num.43.& formam† indu
cit Dec.conſ.528.num.11. & ob id licet emphyteo-
66 ta† alienans rem contra formam l.vlt. C. de iur.em-
* phyt.cadat a iure ſuo,vt dicitur in d.l.vlt.& ibi* com
muniter doct. adeo quod non requiratur ſententia
aliqua,Glo.in d.l.vlt.verb.cadat circa princ. quam di
* cit a nemine eſſe reprobatam,*Ant.de But. conſ.22.
67 num.1.Iaſ.d.l.vlt.num.103.tamen ſi alienauerit†cum
hac clauſula,ſaluo iure dominij directi,nec aliter,nec
* alio modo non cadit a iure ſuo,vt eſt*communis opi
nio,teſte Ripa in c.cum M.ſub num. 80. de conſt. &
lib.3.reſponſ.c.1.num.3.a qua opinione Iul. clar. lib.
5.recep.ſententiarum §.emphyteuſis q.13.verſ.Item
* quæro,dicit non eſſe recedendum * in iudicando,ſe-
cundum quam alias conſului in facti contingentia.
Sublimita primo,vt valeat huiuſmodi reſignatio,ſi
fuit poſtea per ſuperiorem ratificata, & recepta iux.
ea quæ dicta ſunt ſupra nume.48. alioquin nulla erit
cum non abdicetur ius a beneficio abſque ſuperiore
vt late dictum eſt ſupra num.1.cum ſeq.Et ideo ante
quam reſignatarius capiat poſſeſſionem beneficij re-
ſignati,vel in eo aliquid faciat aut ſe ingerat debet in
teruenire conſenſus ſuperioris, ex quo præcedens fa
68 ctum inualidum,†& nudum conualidetur,alias ſecus
ſi reſignatarius ceperit poſſeſſionem,vel ſe ingeſſerit
in beneficio reſignato, hoc enim caſu erit nulla reſi-
gnatio,ſcilicet quo ad præiudicium ſuperioris,& va-
lida quo ad renunciantem, ita colligitur ex Fel. in d.
c.cum contingat.num.14.de off.deleg.quia clauſ. nõ
69 alias non aliter nec†alio modo non operatur, quan-
do quis offendit in facto ſuperiorem,Bald.in ca. 1.§.
hoc



hoc quoque verbo ſingularia de ſucc.feud. in vſibus
feud.vbi ponit exemplum in vaxallo,qui alienauit irre
quiſito domino,cum dicta clauſula non alias &c. nã
ſi alter adeptus fuit poſſeſſionem poterit mulctari in
amiſſione Caſtri;ita etiam erit in emphyteota alienan
70 te abſque conſenſu Domini,cum dicta clauſula† nec
aliter &c.nam ſi poſtea tradit poſſeſſionem cadit à iu
** re ſuo,vt eſt magis**communis opinio,& in praxi re
* cepta*de qua per Burſat.conſ.26.lib.primo,& conſil.
257.num.17.& ſequen.vol.3.nam his caſibus verba il
la bene ſonant,& male raſpant,Felin.in cap.quæ in ec
cleſiarum.num.85.de conſtit.& proteſtatio eſt con
71 traria†facto,vnde non mirum ſi non releuat , Bald.in
l.voluntas C.de fideicomm.nam in re facta non pro-
ſunt artes verborum & ſimulatæ proteſtationes , Bal.
in l. 1.col.14.verſ.demum quæro,C.de confeſſis,ſicut
dicitur de eo,qui dixit,tu mentiris ſaluo honore tuo.
Card.Zabarell.& Abb.in cap.eam te de iureiur.Bart.
in leg. ſiquis extraneus ff. de acquirend. hæreditat.
72 Guid.Pap.deciſ.465. factum † enim ſubſequens de-
clarat malam voluntatem ab initio interueniſſe, vt in
ſimili tradit Dec.conſ.686.nume.11. Paris de Put.de
Synd.in verb.etſi contra de iniur.fol.180. & male ius
ſeruat,qui totum eneruat, Io.And.in ca.eam te de iu
reiu.Et facit in ſimili deciſ.Ro.facta.11.Martij 1538
* *coram Oradino,quia die fuit annullata quædã per-
mutatio facta coram ordinario tanquam ſimoniaca,
73 propter pacta†illicita,licet adeſſet clauſula,ſaluo bene
placito Sedis Apoſtolicę , quia ante permutationem
non impetrarunt dic.Beneplacitum Sedis Apoſtoli-
cæ,vt refert Sarn.de trien.q.12.verſ. quid dicendum.
immo ita poſſeſſionem erit capiens intruſus, cum id
faciat abſq.Canonico tit.Io.And.& Hen. Boic. in c.
in literis de reſt.ſpo.& ibi Ber.nu.2.Cotas . de beneſ.
c.4.& 13.Abb.in c.cum iamdudum col. vlt. de præb.
tit.a nemine dari poteſt niſi a ſuperiore,adnot.in c.1.
de reg.iur.lib.6.
Quarto limita,& declara requiri auctoritatem ſu-
perioris in renunciatione beneficiorum acquiſitorũ,
74 non autem †acquirendorum,vt ſcriptum reliquerunt
Inn.in c.quod in dubijs,num.1. Hoſt. num.etiam 1.
Ant.de But.num.5.Abb.n.4.& alij omnes de renun.
Gem.in c. ſi electio ſub.n....de elect.lib. 6. Capra in
clem.gratiæ nu.6.de reſcr.Card.Alex.in c.deniq. ſub
num.4.6.q.3.Sar.de infirmis reſig.q.18.co.3.verſ.nec
obſtat Reſtal.Caſtal.de impe.q.103.n.15.& eſt cõis*
opin.omnium Doct.& ratio eſt,quia in beneficiis ac
quirendis ceſſat ratio vinculi quæ viget in beneficijs
acquiſitis,arg.c.niſi §.verum de renunc.& in illorum
renun.non adeſt illud intereſſe ſuperioris,Rot.deciſ.
8.de iur.patro.in nou.vnde ceſſante cauſa ceſſat di-
75 ſpoſitio c.cum ceſſante de appell.& ob id dicimus†q
facilius tollitur ius quærendum quam quæſitum l. ſi
ſponſus §.ſi maritus ff.de don.inter vir.& vxo.l.qui au
tem in prin.ff.de his quæ in fr.cred.Crau.conſil.114.
numero.14.
Quinto limit.ex ead.ratione vt habentes ius ad rẽ
76 in beneſ.poſſint renun.dict.†ius abſq.auctoritate ſu-
perioris,Rot.dec.6.nu.3.de iur.patr.in antiq. & dec.
8.nu.2.eod.tit.in nou.& deciſ.14.quidam Car.n.3.eo
tit.& li.6.Gem.cõ.127.Car.Zaba.in clem. 1. ſub nu.
16.de renun.Inn.in d.c. quod in dubijs,Arch.in c.de
liberatione de off.leg.in 6.Boer.deciſ. 308. ſub nu. 1.
* & eſt*communis Doctor.ſententia, nam ius ad rem
77 †facilius perditur Rot.d.deciſ.8.de renunc. in antiq.
& facilius renunciatur,Rot.deciſ.14.numero 3. eod.
titu.& lib.
Ex qua limit.pri.infertur electum ad aliquod bene
78 fic.eccleſiaſt.ſeu dignitatem †poſſe renunc.abſque. au
ctor.ſuperioris ante confirmationem habitam,vt ſcri
ptum reliquerunt Ioan.Bern.Inn.Petrus, & Abba.in
capitul.inter corporalia de tranſl. præl. quos refert &
ſequitur gloſſ.in cap.ſi electio verb.renunciant de ele
ctio.libro 6.vbi Archid.in eod.uerb.ſub num.2. dicit
* hanc opin.eſſe communem*& æquiorem, & ibi An-
ton.de Butr.num.7.alleg.Ioann.Monach.qui hoc te-
net in cap.1.vt lit.pe.lib.6.Gem.in d.cap.ſi electio co
lum.2.ſub num.5.Alc.in l.his qui hæredes nume. 6.ff.
de acquiren.hæred.gl.in cap.2.verb.renunciauit& ibi
* Abb.nume.11.de reſtit.in integr.quam glo.dicit*ſin
gularem,Rot.dec.6.de elect.in nouis,Io. And.quem
refert,& ſequitur Abb.in cap.ad aures,num.7. de his
qui met.cau.Reſt.Caſtald.de imper.q.103.num. 15.&
* eſt communis*omnium Docto.ſententia vt tali caſu
79 ſufficiat†renunc.in manibus eligentium,Butr.in c.2.
num.33.de reſtit.in integ.Coraſ.de benefic.p.1.capi.
8.num.15.verſic.eademq.Dec.in cap. poſtquam col.
2.de elect.Rot.deciſ.8.num.3.de iur.patr.in nou. Sel
ua.de beneſ.p.3.q.1.num.9.& electum in Epiſc.poſſe
renunciare poſt eius conſenſum,& ante confirmatio
80 nem†ſine licentia Papæ,videtur tenere glo. in cap. 2.
verb.confirmatus de tranſl.epi.& glo.in cap. cum in-
ter.de elect.verb.quaſi,Capr.in clem. Gratiæ numer.
* 13.de reſcr.&*omnes Docto.vt dicit Rot. d.deciſ.8.
num.3.de iur.pat.in nou.Quæ concluſio recte proba
tur in d.cap.ſi electio.ibi, *Si electio ex eo non ſortia-
tur effectum quia electus conſentire recuſat uel poſt
conſenſum renunciat iuri ſuo,&c.* Et ſic uidetur dice
re,quòd renunc. abſque auctor.ſuperioris: nam alias
hoc expreſſiſſet argum.l.vnica C.de caduc. toll. & ita
eſſe intelligendum hunc text.dicit Archid.ibi,ex quo
etiam tex.colligitur,quòd electus antequã acceptet
non poteſt renunciare,quia nullum ius habet, ad qđ
faciunt not.in cap.cum inter &c. publicato de elect.
glo.in cap.ult.verb.contraxit de procur.lib.6.Bert.de
epiſc.lib.2.num.53.ſed ſufficit non cõſentire electio
ni;poſt uero acceptationem poteſt renunciare abſq;
ſuperiore,poſt confirmationem cum ſuperioris au-
ctoritate.
Secundo confirmatur ex cap.2.de tranſla.epi.in §.
ſicut.vbi loquitur poſt confirmationem.
Tertio accedat,quia ratio cur requiratur auctori-
tas ſuperioris eſt,quia adeſt intereſſe ſuperioris,quod
non adeſt niſi poſtquam beneſ. eſt effectum clerici,
vt loquitur c.admonet,&c.quod in dubijs, de renun.
ſecundum Gem.d.c.ſi electio,col.2.verſic.crederem,
82 & tamen per ſolam electionem beneficium non eſt
ſuum,†immo dicitur vacare uſque ad confirmationẽ
glo.in clem.1.vt lit.pend Selu.de beneſ.p.3.q.1. colũ.
& per conſequens,ceſſante d.intereſſe ceſſat etiam di
ſpoſitio,c.cum ceſſante de app.
Quarto facit regula 1.extr.de reg.iu.*Omnis res per
quaſcunque cauſas naſcitur per eaſdem diſsoluitur*,fa
cit l.nihil tam naturale ff.de reg.iu.hinc dicimus, q
83 id quod conſenſu contrahitur,conſenſu †diſſoluitur.
l.1.C.li.ab em.diſce.l.ſicut.C.de act.& ob.ſed fuit ele.
ſine ſuperiore,ergo,&c.
* Quinto,& vlt.quia vt ſup.dict.eſt,* communis om-
nium ſententia eſt vt habens ius ad rem poſſit illud
renunc.abſque ſuperioris auctoritate,ſed per electio
nem etiam poſt conſenſum acquiritur tantum ius ad
84 rem†reuocabile,vel confirmabile per ſuperiorem, In
noc.in c.Noſti de elect.glo.in eod.c.Noſti, & in cap.
qualiter,& c.tranſmiſſum,eod.tit.Archid.in d. cap. ſi
elect.

elect.eo.tit.lib.6,Idem Inn.in c.cum veniſſent , de in
integ.reſtit.gl.in c.1. vt lit.pen.& ita fuit* deciſum in
Rot.vt habetur dec.6. cum ad capitulum de elec. in
no.Abb.in c.cum Bertoldus de re iud.Bellamer.dec.
167.Sar.in reg.de iur.quæſ.q.p.col.13.verſ.primus,&
eſt communis,*& recepta opinio ſcribentium. Ideo
85 dicebat Lapus , quòd ſi taliter electus † moriatur in
Curia Rom.per eius obitum d.beneſ.nō vacat in Cu
ria nec extra ſed per obitū primi Archid.d.c. ſi elec.
Gam.de auct.leg.a lat.lib.9.tit.de facul.legat.legatio.
finita num.163.Petrus in direc.electio p. 1.c.8.num.
3.Alber.de ſtat.q.199.num.3.Staf.de grat.expect.for.
3 num.13.vnde opin.Archid.in c.is cui elec.lib.6. &
in c.in nomine 23.diſt.dicētis per electionem acqui-
ri ius in re ac gl.in c.quanto 63.diſ.*communiter eſt
reprobata,Io.And.Selu.de beneſ.p.3.q.2.num.3. de-
86 clarat opinionem Archid.vel vt† acquiratur ius in re
ſcilicet ius perſequendi electionē, & non tale ius qua
le acquiritur poſt confirmationē,c.qui duos de elec.
lib.6.Rot.dic.dec.6.num.3.verſ.nec obſtat, vel vt ac-
quiratur ius in re ſaltē habitu,& ideo dicitur per con
87 firmationem nullum ius acquiri,ſed tantum† exerci-
tium adminiſtrationis,Old. conſ.146.factum eſt,cir
ca medium,Io.And.in additio.ad ſpec.tit.de actio.&
pet.§.ſuper actionib.Et hæc illatio vera eſt &* com-
muniter recepta,quamuis contrarium tenuerint Gof
fred.Hoſt.Archid.d.c.ſi electio ſub nu.2.verb.renun
ciat de elect.lib.6.Præpoſ.c.ſi quis,nu.1.7.q.1.vt ele-
ctus poſtquam acceptauerit, ante vero confirmatio-
nem non poſſit renunciare abſq; auctoritate ſuperio
ris;nam vt dixi opinio iſtorum*communiter eſt dam
nata,nec obſtat,quòd poſtquam electus acceptat, cō
88 trahitur matrimonium† inter ipſum, & eccleſiam,ca.
cum inter Canonicos.3. de elect.in verſ.diſcretioni ,
nam reſpondetur non eſſe verum matrimonium an-
te confirmationem c.cum inter 3.de elec. ibi . *Quaſi*
89 *cōiugale vinculum*,dictio† enim quaſi ſtat impropric
l.in ſuis ff.de lib.& poſth. ſicuti dicitur de ſponſa l.ſi
ſponſa ff.de iur. Dot.l. lex Iulia ff.de fund.dota.l. nō
ſine,C.de bon.q.liber.c. quemadmodum de iureiur.
Sequuta vero confirmatione vtiq; electus nō poteſt
90 renunciare abſque† auctoritate ſuperioris, gl.Gem.
& alij omnes in d.c.ſi electio Put.in d.c. 2. num.3.de
reſt.in integ. Dec.in c.1.num.41.de confir. vtil.vel in
util.Coras.de beneſ.1.p.c.8.num.15.verſ.ead.& om-
nes Doct.ſuperius citati hoc communiter volunt,qa
91 tunc† acquiritur ius in rem,*communis opinio,vt p
Io.Selu.d.p.3.q.1.col.2. Idemque erit poſt conſecra-
92 tionem,quandoquidem† cōſecratio fiat poſt electio
93 nem,c.prouida de elect.lib.6.intra tres menſes†con-
numerandos a confirmatione c.cum quidā diſt.100.
c.quantum,di.75.gl.in c.cum in cunctis & in c.ne p
defectu,de elect.Bert.de Epiſc.in 3.p.6.lib.
94 Secundo infertur præſentatum†ad aliquod beneſi
cium antequam inſtituatur a ſuperiore poſſe renun-
ciare præſentationi in manibus patroni,abſque aucto
ritate ſuperioris,pro vt fuit deciſum*in Rot.vt habe-
tur deciſ.8.ſi aliquis de iur.patro.in nou.Coras.de be
neſ.1.p.c.8.num.15.in ſi.Caſtald.de imp.q.103.num.
15.Roch.de Curt.tract.de iur.patr.verb. honorificū
col.30.& communiter*Doct.ſequuntur.
Et ratio eſt,quia ante inſtitutionem ceſſat intereſ-
95 ſe ſuperioris,& ideo per præſentationem † etiam ac-
ceptam ante inſtitutionem acquiritur duntaxat ius
ad rem,c.dilectus de off.leg.Bellam.deciſ.166. Cald.
conſil.17.de iur.pat.Abb.in cap. cum Bertol.colum.
tertia,de re iudic.Aeneas de Falcon.de reſcr. effect.
46.& 47. & communiter * Docto.
Idque ampliatur procedere etiā ſi præſentatio fuit
recepta a ſuperiore,non tamē adhuc facta inſtitutio,
nam etiam hoc caſu præſentatus poteſt renunciare
abſque auctoritate ſuperioris,& ſic in manibus patro
ni,in his enim terminis fuit*deciſum in Rot.vt habe
tur in deciſ.7.nota quòd de iur.patr.in antiq. nam ēt
adhuc aliud ius non fuit quæſitum , quam ad rem c.
96 dilectus de off.leg.cum ibi. not. per Inn. & ſic ceſſat
intereſſe ſuperioris,quod eſt cauſa,vt requiratur eius
conſenſus,Ioan.And.& Gemin.dic.cap. ſi electio de
elect.lib.6.
Tertio infertur , habentes litteras expectatiuas ad
97 beneficia vacatura,poſſe illis renunciare † abſque au-
ctoritate ſuperioris,vt fuit*deciſum in Rot.vt habe
tur in deciſ.8.nota quod licet de renun.in antiq.Abb.
in c.ad audientiam el 2.num.3.de reſcrip.Gem.conſ.
127.in ſi.Boer.deciſ.308.num.1.Coraſ.de beneſ.1.p.
c.5.num.15.& 16.& eſt*communis Doct.ſententia,
& probatur quia ceſſat intereſſe ſuperioris, cū ius nō
98 ſit † quæſitum in re ſed ad rem duntaxat,Card. Zaba
rel.in clem.Auditor,& clem.ſeq.not.2.de reſcr.& cō
muniter alij,& facit tex.in d.c.ad audientiam 2. de re
ſcr.& c.veniens & c.ſane eod.tit.& allegatæ doctrinæ
procedunt in his terminis , non autem prout vidi in-
telligi vt quis poſſit renunc. litteris obtentis ad bene
ficia,quæ vacant abſque auctoritate ſuperioris , cum
99 per expeditionem litterarum , & ſic acceptationē vi-
deatur quæſitum ius in re beneficij iam vacantis Put.
deciſ.90.num.4.lib.1.communiter Doct.in ca.ſi tibi
abſenti de præb.lib.6.& iuri in re non poteſt renun-
ciari abſq; ſuperiore,Rot.deciſ.8.de iur.patr. in nou.
& late ſupra dixi ex communi,& recepta*per omnes
verum poteſt quis tacite renūciare litteris beneficio
rum vacantium non capiendo poſſeſſionem illorum
100 nam per impetrationem non obligatur quis† beneſi.
niſi ceperit poſſeſ.Abb.in d.c.ad audientiam 2.num.
3.de reſcr.ex c.niſi cum pridem verſ. verum de renū.
101 poſſeſſio enim†in beneficialibus corroborat titulum
Rot.deciſ.10.num.1.de præb.in antiq.& hoc videtur
firmare Roſſiniac.de beneſ.c.12.num. 20. quia licet
102 ex collatione ius in beneſ. † acquiratur, Lap.alleg.8.
Cal.conſ.9.de iur.pat.Rot.deciſ.15. de præb. tamen
quaſi poſſeſſio beneſ. non acquiritur niſi ex inueſti-
103 tura facta a perſona eccleſiaſtica† ad hoc deputata c.
ex frequentibus c.ad hæc §.in quadam de off.Archi.
c.1.de eo qui mitt.in poſſ. Rebuff. in prax.tit.de im-
miſſ.in poſſ.num.11.& 12.
Sexto limitatur,vt beneſi.litigioſum poſſit renunc.
104 abſque auctoritate†ſuperioris Ant.de But.in c.quòd
in dubijs num.5.verſ.hoc verum de renunc.vbi Abb.
num.4.dicit eiuſdem ſententiæ eſſe Io.And.in c.con
ſtitutus 1.de appel.& alios,idem Ant.de Butr.in d.c.
conſtitutus,num.15.&*communiter Doct.Ber.in c.
ſollicitæ num.16.verſ.ſaluari tamen de reſt.ſpol.Co-
ras.de beneſ.1.p.c.8.num.13.
Ad quod facit c.2.de in inreg.reſt.&ibi gl.in verb.
renunc.quam gl.dixit*ſingularē Rot.deci.6. de elec.
in nou.& eſt ratio quia ceſſat præiudicium ſuperioris
cum non conſtet poſſidentem habere ius in re, nam
dubius eſt euentus litium.
Declara hoc procedere quando ius eſt ita anceps,
& ambiguum vt probabile ſit dubium an habeat ius,
nam tali caſu poteſt fieri renunciatio abſque auctori
tate ſuperioris,ita declarant Ant.de Butr.Abb.d.c.q
in dubijs num.4.verſ.ſed primus idem Ant. de Butr.
d.c.conſtitutus num.15.Coraſ.præallegato c.8.num.
16.vn-



16.vnde ſecus erit ſi certum eſt,quod habeat ius,nam
105 licet litem patiatur non tamen poteſt †renunciare ab
ſq.auctoritate ſuperioris,Ant.de Butr.d.c.quod in du
bijs nu.5.Abb.nu.4.vbi declarat ita procedere quādā
dec.Rot.311.& ſequuntur*communiter Doct.vt per
Roſſini.de beneſ.c.14.num.443.& 444.
Amplia,vt hmōi renunciat.valeat etiam ſi fuit facta
106 abſente†parte Inn.in c.cum pridē de pact. ſuper verb.
renunciauit,Rot.deci.3.ſi actor de renunc.in nou.vbi
alleg.iura.
107 Septimo limita† vt intruſus ad aliquod beneficium
poſſit illud renunc.abſq.ſuperioris auctoritate,Inn.in
c.Niſi,num.1.verſ.quidam tamen gl.in verb. ſed dum
taxat verſ.Pan.& Io.dicit Hoſt.nu.7.Abb.nu.5. verſ.q
dam ſunt carentes titulo vero,& n.6.verſ.infertur ter-
tio de renunc.& communiter Docto.ſequuntur dum
ita intelligunt cap.ſecundum de in integ. reſtit. & ibi
glo.in verb.renunciauit & alij.
Idq.probatur nam ſi non habentes ad beneficia tit.
& ius in re ſed tantum ad rem poſſunt renunciare ab-
ſq.auctoritate ſuperioris, Rot.deciſ.8. de iur.patr. in
nou.& communiter Doct.vt ſupra dictum eſt, eo ma
gis intruſi,†qui nullum ius habent nec titulum,Petrus
108 Baiſ.in d.tract.elect.par.2.c.8.num.2. Card.Pariſ.cōſ.
109 47.n.32.vol.4.& ſunt†tam odioſi Lancelot. de attent.
p.1.c.3.nu.74.& p.3.c.26.nu. 41. eo magis quia ſtant
110 cum peccato†in beneſi.cum non ſint canonice inſti-
tuti arg.c. 1. de reg.iur.in 6.Rot.dec.5.de reſt.ſpol.in
111 nou.vbi dicit , quod † tenentur ad fructus perceptos,
Virgin.de Bocc.de cingul.Iuriſ.conſ. Rom.c. 19.nu.
30.& ideo qui retinent rem furtiuam quanto magis
112 retinent,tanto†magis peccant,c.ſi res 14. q. 6.l. ſi pro
113 iure ff.de cond.fu.&†intruſus dicitur pluribus modis
vt per Gemi.in c.propter col. vlt.diſt.19.Felin.in c.ve
niens nu.2.& 3.de accuſat.Io.Selu.de benf.1.c.q. 11.
num.9.q.& 10.Rebuff.in reg.29.Cancell.col.3.Sarn.
114 reg.de trien.q.47.vt quando quis†intrat poſſeſſionem
beneficij propria auctoritate abſque tit.Io. And. &
Henr.Boic.in c.in litteris de reſt.ſpol.& ibi Bern.n.2.
Coras.de beneſi.c.4.n.53.Abb.in c. cum iam dudum
col.vlt.de præbend.Rebuff.in ſua prax.beneſ.fol.152.
col.2.Hercol.de attent.c.26.nu.14.Lancelott.in eod.
115 tract.c.3.nu.83.vel habet titulum ſed†non canonicum
Rot.deciſ.13.de cauſis poſſ.& propriet.in antiq.Dec.
conſ.111.Card.Pariſ.conſ.47.nu.40.vol.4.& alijs mo
dis,vt per di. Doct.& late cumulaui in addit.ad Calde.
conſ.13.de verb.ſign.
116 Octauo limitatur†niſi ſiat ex legitima cauſa, in al-
terius manibus,quam ſuperioris,vt colligitur ex Ant.
de Butr.in c.ſignificatum nu.3.& num.vlt.de præben.
Idem Butr.in c. conſtitutus nu.15. de appell. & ratio
eſt,quia cauſa facit recedere a regulis iuris.l.ſi homi-
nem ff.mand.Hæc tamen limitatio in praxi non reci-
pitur,nam licet exemplificetur primo quando non
pōt haberi copia ſuperioris, ita Maiol. tract.de irreg.
lib.3.c.6.nu.12.in ſi.Allegans Io.And.in c.non firma-
tur de regu.iur.in 6.in nou.Alber.in dictio.in verb.re
nuntio,& in l.quod in initio ff.de reg.iur.nam rigor
117 †relaxatur propter impoſſibilitatem c.licet,de vitanda
in ſi.de elect.in 6.l.proxime ff.de hæred.inſt.ac etiam
forma Abb.conſ.25.col.2.ad fin.& conſ.65.in 2.dub.
lib.2.tamen hoc non poteſt accidere ,quamuis ſecun
do exemplificetur quādo huiuſmodi renunciatio fuit
118 facta in manibus inferioris,nam†tunc renuncians ni
hil perdit Inn.in c.quod in dubijs,ſub.n.1.Hoſt.Ant.
de Butr.Abb.etiam in princ. & ibid. Hoc etiam non
eſt verum,vt patet ex ſupradictis,verum tamē eſt,poſ
ſe fieri ex cauſa coram iudice.Abb. in c.2.num.10.de
reſt.ſpol.quod declara,vt per Rot.deciſ.3.de renunc.
in nou.& dixi ſupra.

## QVAESTIO II.

### SVMMARIVM.

1 *An criminoſi poſſint renunciare ſine ſuperiore.*
2 *Criminoſi non habent titulum.*
3 *Epiſcopus ſimoniacus non poteſt renunciare abſque auctoritate Papæ.*
4 *Epiſcopus criminoſus non poteſt renunciare ſine auctoritate Papæ.*
5 *Simoniæ crimen inter grauiſſima reputatur.*
6 *Simonia accedit hæreſi.*
7 *Epiſcopus criminoſus non poteſt renunciare ſine Papa,etiam in mortis articulo.*
8 *Criminoſi non habentes titulum verum poſſunt renunciare ſine ſuperiore.*
9 *Nullum crimen inducit priuationem ipſo iure.*
10 *Criminoſi priuandi an poſſint renun.abſq.ſuperiore.*
11 *Irregulares non poſſunt renunciare ſine ſuperiore.*
12 *Simoniacus an priuetur ipſo iure.*
13 *Simoniacus nullum beneficium acquirit.*
14 *Simoniacus non poteſt renunciare ſine ſuperiore.*
15 *Simoniacus debet dimittere beneficia aut habere diſpenſationem.*
16 *Extrauag.cum Deteſtabile an habeat locum in ſimoniaco reali.*
17 *Opinio habetur pro veritate.*
18 *Papa facilius diſpenſat cum ſimoniaco reali.*

QVæro ſecundo,quid in criminoſis,
& irregularibus,an iſti poſſint re-
nunciare abſque auctoritate ſupe-
rioris,Abb.in c.Niſi num.5.de re-
1 nunc.tenuit poſſe †cedere abſque
auctoritate ſuperioris , nam cum
2 iſti tales†non habeant titulum,ar-
gum.c.ordinationes 1.q.1.& ſint licentiati a Canone,
c.ſiquis neque 1.q.1.quod eſt c.115. nullum viget in
tereſſe ſuperioris.
Contrariam tamen opinionem tenuit, requiri ſupe
rioris auctoritatem, Inno.in dict.c.Niſi num.1. de re
nunc.ex eo quia iſti ſaltem detinent aliquem colorem
& poſſeſſionē facti vñ adhuc durat intereſſe ſu͏pioris.
Pro reſolutione,& concordia diſtinguendum eſt,
quod aut loquimur in epiſcopo criminoſo,aut ī alio.
3 Primo caſu conſtituenda eſt concluſio,† epiſcopū
non poſſe renunciare abſque auctoritate Papæ, p nul
lo crimine quantocunque graui,& ita procedit opi-
nio Inno.ſupra cita.& eſt*communis omnium Do.
ſentētia,ex ſtylo*corroborata,& pbat in dict.c. Niſi
cum pridem verſ.propter cōſcientiam enim criminis
de renunc.*Propter conſcientiam.n.criminis cedēdi li
centia poteſt poſtulari,&c.*Et ſic reqrit ēt hoc caſu
licētia,ſecūdo pbat expſſe in c.deniq; ſuffredus 6.q.3.
4 Amplia ēt ī†Epiſcopo ſimoniaco,nā neq; iſte pote
rit renūciare ſine auctoritate Papæ, Inno.d.c.Niſi.n.1.
gl.ī verſ.ſed gloſ. ī c. poſt trāſlationē verb. nō valebat
de ren.& ibi.Abb.n.33. Ant.de Butr.in c.de regulari-
bus de ſimo.Siueſtr.in verb.ſimonia ſub nu.10. verſ.
octauū,& pbat ī dicto c.poſt tranſlationem in verſ.
Rurſus *Rurſus ſiquis per cupiditatem parentum(eo ta
men penitus ignorante)fuerit Epiſcopatū adeptus,&
hoc cōperto Epiſcopatum ipſum de licētia ſuperioris*

*dimittens,&c.*Et ſic requiritur licentia.& in verſ. Vn
de,ibi.*Vel cum aliquis propter graue crimen pro quo*
*Epiſcopatum retinens,pænitentiam digne agere non*
*valebat,cedendi obtenta licentia, vitam monachalem*
*elegit,&c.*Et ibi gl.in verb.*non valebat* hoc notat :&
ratio eſt, quia licet de iure per ſimoniam ſit amiſſus
titulus,tamen communiter reputatur illum habere,&
ideo requiritur auctoritas, ita gloſſ.in dict. cap. Niſi
verb.ſed verſ.ſed littera,& ſubeſt cauſa, nam ſi bene
adminiſtrat,Papa diſpenſabit cum eo, arg. dict.c.poſt
5 tranſlationem.Vnde idem erit in alijs criminibus quã
doquidem ſimoniæ Crimen inter†grauiſſima repute
tur ca.præſentium 7.quæſt.1. Diu.Thom.quarto diſt.
6 25.artic.ſecundo †& accedat hæreſi gloſſ.in cap.qui-
cunque 7.quæſt. prima. Dec. conſi.151.num.8.

Amplia etiam ſi Epiſcopus Criminoſus ſit conſtitu
tus in mortis articulo, nam nihil ominus non poteſt
7 renunciare Epiſcopatum ſine licentia† Papæ quamuis
Abb.& glo.in dict.c.Niſi,tenuerint contrariumnam
pro exoneratione ſuæ cõſcientiæ,ſufficit promittere
confeſſario velle dimittere quam primum poſſit.

Secundo caſu loquendo de alijs criminoſis,& irre
gularibus non Epiſcopis diſtinguendum eſt, prout di
8 ſtinguit Abb.d.c.Niſi ſub nu.5.quod†aut carent titu-
lo vero & putatiuo,puta quia nullum habent colorẽ
detinendi beneficia ,vt quia eſt declaratum hoc per
ſententiam,& hoc caſu poſſunt dimittere abſque au
ctoritate ſuperioris,Abb.dict.nu.5.verſ. quidam ſunt
9 carentes,nam regulariter nullum crimen inducit pri-
uationem ipſo iure,abſque declaratione,Gabriel.cõſ.
196.lib.1.

Aut non carent titulo vero,puta quia ſunt crimini-
bus irretiti,carent enim hi titulo quo ad rei veritatẽ,
licet illum habeant,cum ex criminibus non ſint priua
10 ti,ſed†priuandi per declarationem,vt in homicida vo
luntario tradit Anan.in.c.Inquiſitionis de accuſat.cõ
muniter alij vt per Clarum lib.5.recep.ſent.§.Homici
dium.Hi enim non poſſunt renunciare abſque ſupe-
rioris auctoritate,Abb. dict.c.Niſi,verſ. quidam ſunt
habentes titulum ,& eſt communis opinio omnium
* Docto.& ita ſeruatur*in ſtylo,nam iſti retinent titu-
lum putatiuum, donec fuerit declaratum . Gabriel.
dict.conſilio.106.libro.primo Feli.c. inquiſitionis de
accuſat.

Vnde irregulares cum non ſint priuati ſed priuan-
11 di,nõ poſſunt renunciare†abſque auctoritate ſuperio
ris, Abb.d.c.Niſi num.6.

Vnde priuati ipſo iure propter crimen, ex quo re-
quiritur declaratio iuxta communem opinio,vt dictũ
eſt,non poſſunt renunciare abſque ſuperioris aucto-
ritate.Ex quo ſequitur falſam eſſe opinionem,Abb.d.
c.Niſi,num.6.verſ.ſi autem commiſit ſimoniam,dum
vult ſimoniacum poſſe renunciare abſque auctoritate
ſuperioris,cum ſit priuatus ipſo iure beneficio , nam
12 quamuis iure communi ſimoniacus†non priuetur ip-
ſo iure ſed per ſentẽtiã,c.inſinuatum de ſimo.c.2.de
cenſ.Card.Pari.conſ.29.vol.4.Hodie tamen per extra
uag.Paul.2.cum deteſtabile eſt inducta priuatio ipſo
iure,Caſſad.dec.5.de conſtit.& dec.1.de ſimon.com
13 munis,vt per Sarn.de trien.q.12.& nullum titulum†ac
quirat ſimoniacus,c.nobis fuit,&c.,cõſulere de ſimo.
in c.cum vniuerſorum de rerum permut. Arch. in c.
ordinationes 1.q.1.Pariſ.d.conſ.29.n.1.& conſ. 30.n.
2.volum.4.Tamen habent titulum putatiuum,ratio-
14 ne†cuius viget intereſſe ſuperioris:ideo eius requiritur
auctoritas,vt dictum eſt ſupra.

15 Verum tenentur†quam primum dimittere, Et ſi
per alium eo ignorante ſimonia commiſſa fuit, quam
primum ſciuerit debet renunciare de licentia ſuperio
ris,aut habere diſpenſationem.Abb.d.c. Niſi num.6.
verſ.ſi aũt,Mil.in rep.verbo ſimoniacus ver.ſecus ſi p
aliũ,Felin.in c.inſinuatum n.5.ver.2.inſertur de ſimo.
Silu.verb.ſimonia §.12.num.12. verſ.octauum. Sarn.
de trien.q.12.col.4.Abb.in c.poſt trãſlationem num.
23.de renunc.vbi loquitur in Epiſcopo,& dicit, quod
quam primum ſciuit ſimoniam fuiſſe commiſſam in
adeptione epiſcopatus,debet vocare pſonas idoneas
& coram eis exponere factum,& debet proteſtari,qđ
ipſe Epiſcopatum tenet inuitus, & coram illis facere
procuratorem,quem remittat ad Curiam ad petendã
renunciationem.

Et hæc eo magis procedunt in ſimoniaco conuen
tionali,nam pœna priuationis ipſo iure poſita per d.
16 Extrauag.cum deteſtabile†non habet locum in ſimo
niaco reali,vt fuit*pluries per Rot. reſolutum , teſte
Caſſad.dict.deciſ.5.in princip.de conſtit.& teſte Sarn.
dict.q.12.de trien.& per conſequens in renunciatio-
ne iſtius reqri auctoritatem ſuperioris omnes Doct.
concludunt.

Et in reali ſimoniaco occulto,nam iſte debet renũ
ciare cum licentia ſuperioris,Abb.dict.cap.Niſi nu5.
& 6.Felin.in c.inſinuatum num.5.de ſimon. nam cre
17 ditur hominum opinione habere titulum,quæ † opi-
nio habetur pro veritate,Innoc.dict.c.Niſi ſub num.
1.Abb.num.6.in fi. vbi dicit hoc caſu ob duo requiri
huiuſmodi licentiam,primo quia titulus putatiuus ha
18 betur pro vero,ſecundo quia de facili diſpenſat,†Pa-
pa,ſi bene adminiſtrant,dict.cap.poſt tranſlationem
§.Perſonæ vero de renunc.

Quid autem in committente confidentiam, dicã
particulariter ſuo loco,& titulo.

## QVAESTIO III.

### SVMMARIVM.

1 *An renunciatio tacita,quæ fit per adeptionem ſecun-*
*di curati,requirat auctoritatem ſuperioris.*
2 *Renunciatio tacita plus ualet quam expreſſa.*
3 *Per adeptionem ſecundi, vacat primum.*
4 *Taciti,& expreſſi eadem eſt virtus.*
5 *Actus cenſetur factus,vt ius diſponit.*
6 *Actus præſumitur factus omni meliori modo.*
7 *Conſenſus expreſſus fortior.*

TERTIO Quæro,An Renũciatio
tacita,quæ fit per adeptionem
1 ſecũdi†Curati poſſit fieri abſq;
auctoritate ſuperioris affirma-
tiuam opini.tenuit. Hoſtien.in
cap.ex ore ſedentis num.9.verſ.
nota etiã de his quæ fi. a maio.
par.cap.& ibi gloſſ. hoc etiam
vult in verbo renunciaſſe verſ.propterea.

Quæ probatur,primo,auctoritate tex.in dict. cap.
ex ore ibi.*Iuri ſuo renunciaſſe videtur.*nã tacita erat
illa renunciatio per obedientiæ exhibitionem,& ta-
men nulla fit mentio de ſuperiore,ſecundo quia valet
2 plus tacita renunciatio,quã†expreſſa,c.ſi diligenti de
for.comp.c.vlt.de vit.& honeſt.clericor.ſicuti plus va
let tacita prohibitio , quam expreſſa,l.ſi qs ſtipulatus
ff.de ſolut.l.nouo procuratori §.vlt.ff.eo.tit.





His tamen non obſtantibus contraria opinio eſt
* verior,& *communis,quod etiam tacite hoc caſu nõ
poſſit renunciari beneficium ſine auctoritate ſuperio
ris,vt tenuit Abb.in dict.c.ex ore nu. 10.& 11.de his
quæ fiunt amaio.part.cap.& in cap.quod in dubijs,n.
9.de renuncia.Imol.in dict.cap.ex ore,& clemen. gra
tiæ num.27.de reſcrip.& in c.de multa num.14.de p̃-
bend.Capr.dic.clemen.Gratiæ nu.5.Coraſ.de benefi.
part.1.c.8.n.13.verſ.hæc autem vera ſunt, Roffiniac.de
beneſic.c.14.num.36.cum ſequen.Burſ.conſ.353. col.
vlt.ver.3.lib.4.communis opinio, teſte Put. deciſ. 94.
num.1.lib.1.

Cui communi ſententiæ adſtipulatur tex.in extra-
uag. execrabilis Io.22.§.qui vero, de præbend.
*Qui vero deinceps receperint,dignitatem vel perſona*
*tum ſeu officium,aut alud beneficium animarum ha-*
*bens curam annexam,ſi antea ſimile beneficium obti-*
*nebant,illud quo ipſo iure poſt quam ſecunda poſſeſſio*
*nem habuerint vel per eos omni dolo,& fraude ceſſan*
*tibus,quominus habeant,ſteterint priuati noſcuntur,*
*abſque moræ diſpendio in ordinariorum manibus di-*
*mittere debeant pari modo,&c.*Et ſic licet per adep-
3 tionem ſecundi beneficij † curati primum vacet ipſo
iure,vt hic dicitur,& in cap. de multa de præbend.c.
quia in tantum,c.ad hæc c.propterea,eo.& c.1.& 2.1.
q.1.c.ſanctorum diſtin. 70.cum alijs , vt per Duenã
reg.iur.71.& plures adducit Burſat.conſ.353. num.1.
lib.4.tamen illud debent dimittere coram ſuperiore,
& hodie ex decreto,& ſtylo* Datariæ coram Papa , &
ſtylo* Datariæ corã Papa,;& per conſequens in renun
ciatione tacita requiritur auctoritas ſuperioris, nam
alias poſſet ſuperior primi eum reuocare ad benefi-
cium,quod abſque eo non potuit dimittere,Abb.d.c.
4 ex ore num. 10.ad quod accedat†quia expreſſi, & taci
ti eadem eſt virtus l.cum quid ff.ſi cert.petat.

Non obſtant contraria, & primo d.c. ex ore, nam
omiſſis duabus reſponſionibus ibi poſitis per Abb.
quod loquatur de iure ad rem,& quod interuenit taci
tus conſenſus ſuperioris,reſpondetur,ibi non dici,qđ
non interuenit auctoritas ſuperioris quare termini ha
biles ſunt præſupponendi vulgatis iuribus,nam actus
5 in dubio†cenſetur factus ſecundum ius diſponit gene
raliter cap.ex litteris de conſtit.cap.ſedes de reſcrip.c.
venientes de iur.iura.Cald.conſ.11.in fin.tit. de feud.
6 Crauet.conſ.186.ſub.num.9.& omni meliori†modo,
Bar.in l.gerit.nu.21.ff.de acqui. hæred.cum alijs, vt p
Tiraquell.de retrac.conſang.§.30.gl.1.n.32.Soc.ſen.
conſ.113.num.3.lib.4.Menoch.de arbit.iud.caſ.126.
num.8.

Ad ſecũdum reſpondetur retorquendo in contra
rium,quia regulariter plus operatur conſenſus expreſ
7 ſus†quam tacitus,cum ſit fortior,ad not.in reg.is qui
tacet de reg. iur. in 6. cap. dilecti de for.compet. &
quamuis tacite quis poſſit renunciare beneficium ab
ſque ſuperiore habendo illud pro derelicto, tamẽ vin
culum non eſt adhuc diſſolutum niſi conſentiat ipſe
ſuperior,not*communiter in dic.cap.admonet de re
nunc.,& poteſt cogi vt redeat ad beneficium quod
poteſt contingere in quibuſdam beneficijs curatis,in
quibus tenues ſunt fructus,nam ſi eſſent abſque cura
& ſic ſimplices,quis illa non renunciaret ; & ſi eueni
ret caſus multi reperirentur impetrantes vt omnibus
notum,& compertum extat.

## QVAESTIO IIII.

### SVMMARIVM.

1 *An ingredientes monaſteria poſſint abſque ſuperiore*
*renunciare.*

QVARTO quæro,An ingredientes
Monaſteria debeant renũciare co
1 ram ſuperiore, †vide Abb.in c. ad
monet.in 2.lect.col.vlt.verſ.oppo-
no quod.de renunc.& Ant. de Bu
tr.nume.9.ibidem poſt Io. And.q
dicunt tutius eſſe,vt hi expreſſe re-
nuncient coram ſuperiore quam tacite per profeſſio
nem c.beneficium de regu.iur.in 6.

## QVAESTIO V.

### SVMMARIVM.

1 *Papa nullum habet ſuperiorem.*
2 *Papa gerit vices Dei in terris.*
3 *Papa poteſt renunciare Papatum.*
4 *Renunciatio Papatus debet fieri in manibus Cardina-*
*lium contra num.6.*
5 *Electio Papæ ſpectat ad Cardinales.*
7 *Papa renunciat Papatum in ſuis manibus.*
8 *Verbum libere excludit alterius requiſitionem.*
9 *Qui poteſt expedire actũ libere,poteſt ſine cõſenſu &c.*
10 *Renunciatio Papatus videtur facta ipſi Deo.*
11 *Deus vbique eſt.*
12 *Cyriacus & Cæleſtinus renunciarunt coram Cardina*
*libus.*
13 *Cardinales repræſentant Eccleſiam.*
14 *Summus Ponti.ardua communicat Cardinalibus.*
15 *Electio Papæ ſpectat ad Cardinales.*
16 *De renunciatione Papæ debet per ſcripturã conſtare.*
17 *Iuris rigor relaxatur propter impoſſibilitatem.*
18 *Forma ſeruanda.*
19 *Omiſſio formæ non vitiat vbi ſeruari non poteſt .*
20 *Vbi non adeſt ſynodus non eſt nulla inſtitutio facta*
*abſque examine a deputatis.*
21 *Non examinati iterum debent ſe ſubijcere examini.*

1 QVINTO Quæro,cum Papa†nullum habeat
ſuperiorem Io.Capiſtr. de authoritate Pap.
3.part.princ.nu.66.Reſta.Caſtald.de Imper.
2 q.103.nu.2.& alij communiter,præter Deum,† cuius
vices in terris fungitur,Archid. in cap. quoties nu.1.
1.q.2.Hoſtienſ.in c.quod ſuper nu.14.de vot.& in c.
litteris nu.3.de reſcrip. & permiſſa ſit renunciatio Pa
3 patus†cap.1.de renunc.lib.6. cum alijs , vt ſcripſi lib.2.
Corã quo poſſit & debeat fieri renunc. Papatus Hu-
go in c.non autem 7.q.1.quem ad hoc refert Ant. de
Butr.in cap.1.num.5.de renunc.in 6.tenuit eſſe facien
4 dã†in manibus Cardinalium namque cum ad Cardina
5 les ſpectet†electio,vt latiſſime poſt alios per Cardinalẽ
Albanum in tract.de Card.q.11.coram eiſdem debet
fieri &c.

Hoc tamen non obſtante contraria opinio eſt ve-
rior in puncto iuris,vt non requiratur de neceſſitate,
vt Papa renunciet pontificatum coram Cardinalibus
aut alijs , ſed ſufficiat ſimplex declaratio voluntatis

6 ex qua†conſtet ipſum velle eſſe priuatum adminiſtra
tione ac dignitate vt voluerunt expreſſe Vinc. quod
in dubijs de renunc.ſequitur Ant.de Butr.in dic.cap.
1.num.5.Archid.num.etiam.5.Gemini.nu.10. verſ.
ſed,Vinc.& alij Docto.vt ibi tradit Franc.num.3. de
renunc.in 6.& hæc videtur ſentire Crot.in Rub. 6.de
conſtit.num.5.verſ.2.arguitur.Hinc ſcribit Card. Ia-
cobac.in tract.de conc.lib.7.ar.5.num. 179. quod Pa
7 pa renunciat Papatum in ſuis†manibus, Burſat. ſequi
tur conſ.342.num.20.Tum quia tex.in dic.c.1. de re-
nun.li.6.inquit.*Is decreuit Romanum Pontificem poſ
ſe libere reſignare,&c.*uerbum enim libere excludit
8 alterius†requiſitionem,Io.And.in cap.licet epiſcopus
de præben.lib.6.Archid.conſ.408. col.2. ac importat
totalitatem,Crauett.conſ.122.nu.5.Ille enim qui ha
bet poteſtatem libere actum expediendi poteſt illum
9 †expedire ſine conſenſu alterius,Glo.in c.dudũ verb.
libere de ſe pult.Glo.in cap.cum plures verb.libere de
off.deleg.in 6.non enim poteſt dici liber conſenſus q
alterius arbitrium expoſcit,c.ſuper eo de cond.appoſ.
Tum etiam quia,vt dicit Archi.in fin. dic.c. primi,
10 renunciatio Papatus videtur†facta ipſi Deo, facit qđ
dicit Gamb.in extrauag.Iulij 2.de ſimo.elect.Pap.nu.
11 96.& tamen Deus†eſt vbique,glo.not.in c.quoties.1.
q.7.quo fit vt vbique fieri poſſit eo magis cum non
habeat cuius ratificatio requiratur,vt ſcribit Io.And.
in nou.in dic.c.ex quo patet reſponſio ad argumenta
in contrariũ adducta,quia illa conſequentia non ſem-
per eſt neceſſaria.

Fateor tamen Romanum Pontificem volentem re
nunciare ſum.Pontificatũ debere ſaltem ex ciuilitate
in Conciſtorio coram Cardinalibus hoc dicere & fa
12 cere,tum quia ita factum fuiſſe legimus † a Cyriaco,
cuius renunciatio facta fuit coram Cardinalibus im-
mo illis renitentibus,vt ſcriptum reliquit Geminian.
dic.cap.1,ſub num.10.& a Cæleſtino,cuius etiam re-
nunciatio fuit facta in Conciſtorio in manibus Car-
dinalium,vt ſcriptum reliquit Archid.in dic.cap.pri-
mo late Augu.Triumph.in tract.de poteſtat. eccleſ.
q.4.tum etiam quia Cardinales repræſentant Eccleſiã
13 †Hoſt.in cap.dilectus nu.2.de præben.& in cap. ex ge
ſtis num.3.de cler. non reſid.& in c. antiqua de priu.
Card.Alex.in cap.quanquam num.12.2.q.7. Archid.
in c.cum redemptor,&c.Abbatibus 12.q. 2. Accedit
14 quia†in arduis ſum.Pontifex debet communicare cũ
Cardinalibus,Ioan.And.in cap.ſuper eo.de electio,&
communiter Doctores vbique.

15 Et cum†electio Rom.Pont.dumtaxat ad Cardina
les ſpectet,vt late Card.Alb.dic.q.11.rationi conſonũ
16 eſt,vt ipſis conſtet per ſcripturam†de huiuſmodi re-
nunciatione,vt poſſint procedere ad alterius electio-
nem,vt in ſpecie notabiliter ſcribit Antonus de Bu-
trio in dict.cap.1.num.4.verſ.tutum de renunciatio-
ne lib.6.

Et hoc valde notandum eſt,quia regulariter renun
ciatio debet fieri coram ſuperiore,vt eſt communis*
omnium Do.ſententia,de qua abunde dictum eſt ſu-
pra,quo fit vt ſpeciale ſit in ſummo Pontifice vt poſ-
ſit renunciare,licet non habeat ſuperiorem,cap. 1. de
renunc.in 6.late Auguſt.Ancon.dict.tract.de poteſta
te Eccleſ.quæſt.4.Glo.magna in dic.cap.1.Io.Mona-
ch.Anch.num.5.verſ.ex hac deci.& communiter Do
17 cto.namque rigor†iuris relaxatur,vbi propter impoſ
ſibilitatem ſeruari non poteſt, arg.c. indemnitatibus
§.penult.& cap.licet de vitanda in fi.de elect.in 6.l.pro
xime.ff.de his quæ in teſt.dele.l.& hoc Tiberius ff.de
hæred.inſtit.Hinc licet†forma ſit ſeruanda,Bal.inſtit.
18 Hinc licet†forma ſit ſeruanda,Bal.in l.comparationes
in 3.oppoſ.C.de fid.inſtr.Docto.in cap.1.de conſtit.
Dec.conſ.99.num.6.& conſ.262.num.4.Card. Pariſ.
conſ.12.num.47.& conſ.15.num.23.vol.2.,tamen vbi
ſeruari non poteſt, ſufficit actum facere quo quo
19 fieri poteſt,& per conſequens eius omiſſio†non vitiat
Io.And.in reg.in toto de reg.iur. in 6. Abb.conſ.65.
in 2.dub.li.2. Alex.conſilio.206.in vlt.dubio li. 6.Cra
uett.conſilio.177.num.5.

Hinc fuit*tentum in Rota die.6.Iunij. 1582.corã
20 Blanchetto quod inſtitutio†facta abſque examino cõ
fecto a deputatis in Synodo iux.decretum ſacr.Conc.
Trid.valeat vbi Synodus non fuit celebr. dummodo
21 taliter inſtituti iterum†ſe ſubiiciant examini, vt cen-
ſuit ſacra congregatio Conc.& fuit tentum in Rot.*
die 30.Iunij 1587.coram eodem Blanchetto.

## QVAESTIO VI.

### SVMMARIVM.

1 *Hoſpitalia non poſſunt renunciari ſine auctoritate ſu-
perioris.*
2 *Hoſpitalia ſub diſpoſitione Epiſcopi.*
3 *Hoſpitalia quę per laicos adminiſtrantur ſubijciuntur
Epiſcopo.*

QVAERO Sexto,An Ho
ſpitalia poſſint renun-
1 ciari †abſque ſuperio
ris auctoritate. cõmu
nis opinio eſt negati-
ua,Io.And. quem re-
fert & ſequitur Abb.
in cap.Admonet. col.
1. verſ. quæro quid in
hoſpitalibus de renu.
& ibi Imol.num. 2. &
* Ant.de Butr.&* com
2 muniter omnes,nam & illa ſunt†ſub diſpoſitione epi
3 ſcopi cap.de xenodochijs de religioſ.domib.etiam†ſi
per laicos adminiſtrentur c.quidam.18.q.2.clem.quia
contingit de relig.dom.

## QVAESTIO VII.

### SVMMARIVM.

1 *Conclauiſtæ non poſſunt renunciare beneficia abſque
auctoritate.*
2 *Pius IIII.reuocauit priuilegium conclauiſtis.*
3 *Malitijs eſt obuiandum.*
4 *Conclauiſtæ non poſſunt obtinere penſiones abſq.ton-
ſura.*
5 *Reuocatio conclauiſtæ corã nõ ſuo ſuperiore eſt nulla.*
6 *Lex poteſt annullare factum præteritum.*
7 *Reuocatio prædicta non comprehẽdit prouiſionem ob
tentam &c.*
8 *Noua prouiſio eſt quid ſeparatum.*
9 *Noua prouiſio dat titulum.*
10 *Decretum irritans non ſe extendit ad nouam prouiſio
nem.*
71 *Sixtus V.conceſſit conclauiſtis plura priuilegia.*

Quæro



QVAERO Septimo an conclauiſtæ
poſſint renunciare in alterius mani
bus quam ſuperioris.cõmunis opi
1 nio eſt negatiua†nam quamuis cõ
clauiſtæ inter alia priuilegia eis cõ
cedi ſolita hoc etiam habeant, vt
poſſint beneficia per eos pro tem-
pore obtenta reſignare, & cedere etiam poſſeſſio-
ne non habita ſimpliciter vel in fauorem in ordina-
riorum locorum ſiue aliquorum officialium aut vica
riorum ſeu perſonarum in dignitate eccleſiaſtica con
ſtitutarum vel canonicorum metropolitan. aut aliarũ
Cathedralium eccleſiarum per eos eligendorum ma-
nibus extra Roman. Curiam vt habetur in extrauag.
Pij IIII.143.incipi Sanctiſſimus in Chriſto pater,ta-
2 men hoc†priuilegium fuit reuocatum per Clem.VII.
per Iulium III.& Piũ IIII.vt patet in dict.conſtit.143.
ibi,*Omnes,& ſingulas facultates tã cõclauiſtis quã
quibuſcumque alijs etiam in ipſarum conclauiſtarum
loco ſubrogatis cuiuſcumque dignitatis ſtatus vel con
ditionis exiſtentibus ac etim ſanctæ Rom.eccleſiæ Car
dinalibus Beneficia per eos obtenda reſignãdi & iuri
ſibi quomodolibet in illis aut ad illa competenti cedẽ
di ac reſignationes ſeu ceſſiones hmõi admitti & de
beneficijs ſic reſignatis ſeu ceſſis ſibi uel alijs per eos
nominatis vel ſuum compermutantibus prouideri fa
ciendi per quoſcumque Roman.Pontif.prædeceſſores
ſuos & ſanctitatem ſuam etiam in conclaui prædicto
ſub quibuſcumque tenoribus,& formis hactenus con
ceſſis quorum tenores huiuſmodi ſanctitas ſua haberi
voluit pro expreſſis etiam ſi quaſuis clauſulas aduer
ſus illarum reuocationem contineant,reuocauit caſſa
uit & irritauit omniaque & ſingula eorumdem facul
tatum prætextu de cætero facienda nulla, & inualida
nullius que roboris &c.*& de reuocatione huius facul
tatis mentionem facit Pelegrin.deciſ.242.li.2.& 292.
eo.lib.in manuſcrip.Aragon.deciſ.manus.42.Moeda
deciſ.298.Priuilegium,Put.deciſ.49.li.1. dicentes ho
die conclauiſtas non poſſe renunciare eorum benefi
cia niſi coram ſuperioribus, & ita practicatur, ratio
enim reuocationis fuit vt fraudes tollantur,vt dicitur
in allegata conſtitutione Pij IIII.ibi,*volens periculo
animarum & huiuſmodi abuſibus & fraudib.obuiare*
namque reſignabant prætextu dictæ facultatis in mor
tis articulo non obſtante regula Cancellariæ de infi.
reſign.& perſonis non idoneis & præmia exigeban-
3 tur malitijs†enim & fraudibus eſt obuiandum l. cum
hi §.ſi cum his de dolo ff.de tranſact.l.magis§.ſi pu-
pillus.ff.de rebus cor.l.ſi legatarius ff.de legatis.l. quo
ties in fin.Cod.de fideicom.Rain.de Furli.in l.omnes
populi ſub.nu.8. ff.de iuſt. & iur. ſimili ratione Pius
V.in cõſt.71.incipien.Sacroſanctum,reuocauit aliud
4 priuilegium conclauiſtarum obtinendi penſiones †
abſque tonſura & illas transferendi &c.ob id fuit reſo
lutum in Rot.in vna Carthaginen. benefic. corã Do
mino Hieronymo.19.Nouembris 1540. quod regu-
la Clemen.VII.reuocatoria facultatum reſignandi,&
permutandi non ſolum procedat in conclauiſtis, &
eorum loco ſubrogatis,ſed etiam in alijs quibuſcum-
que,non obſtan.quod ſit de conclauiſtis tantum mẽ
tio vt per Put.deciſ.49.lib.1.& ob id etiam alias fuit
reſolutum in Rot.in vna Abulen.Beneficiorum corã
Sarnen.X.Martij.1539.quod annullantur non ſolum
5 reſignationes†factæ poſt regulam reuocatoriam Cle
mentis & aliorum Pontificum,ſed etiam& reſignatio
nes antea receptæ vigore dictæ facultatis,teſte Moe-
dan.deci.298.priuilegium in manuſcript.vt colligitur
ex vi verborum, & quia non eſt inconueniens vt ius
quæſitum per regulam caſſetur,& ſic lex poteſt facere
6 reſignationes†eſſe nullas ac ſi minime factæ fuiſſent,
ad not.per Bart.in l.ſi maritus §. legis Iuliæ ff. ad leg.
Iul.de adult.

Vnum tamen non eſt omittendum quod dicta re-
7 uocatio facultatum conceſſarum conclauiſtis†& inde
ſequutorum quorumcumque non comprehendit no
uam prouiſionem obtentam ſuper reſignatione facta
vigore dictarum facultatum,*ita tentum in vna Abu
len.de menſe Octobris 1538.teſte Aragon. deciſ.42.
in manuſcript.quia noua prouiſio eſt quid ſeparatum
8 †vt late per Rebuff.in prax. tit. de noua prouiſ. & in
cauſa ſanctæ Agathæ beneficiorum coram Peregri-
no teſte eodem deci.242.ſub tit.de præben.& renun.
lib.2.in manuſcript.nec obſtat quod quo ad ordina-
rium dicatur abdicare ius a ſe,& ſic dicatur vacare,&
per conſequens noua prouiſio non ſuffragetur, nam
ex quo Papa intellexit reſignationem factam & de il
lius iuribus dubitari,& confert beneficium,facit il-
liud vacare,& admittit reſignationem,qua admiſſa be
9 neficium vacat, & noua prouiſio† dat titulum vt vult
Biſignet.deciſ.1.de renunc.Nec obſtat quod in reuo
catione adſit decretum irritans non ſe poſſe extende
10 re ad nouam†prouiſionem,vt Late proſequitur idem
Pelegrin.deciſ.manuſcript.292.incip.in cauſa ſanctæ
Agathę li.2.dicens dictam deciſ.fuiſſe confirmatam.
Et quamuis hoc priuilegium ſit reuocatũ, tamen ob
11 labores & incommoda Sixtus V.conceſſit†plura priui
legia præſentibus conclaui,quo Sanctitas ſua fuit aſſũ
pta ad Apoſtolatus apicem,vt habetur in conſtitutio
ne 32.Incip.Circumſpecta ann.primo nam eis conceſ
ſit priuilegium nobilitatis,ciuilitatis,& familiaritatis,
& vt ſint exempti a ſolutione decimarum & impoſitio
num,& ſint eis remiſſi fructus beneficiorum indebi
te percepti propter omiſſionem horarum canonica-
rum,vt illegitimi ſint habilitati ad ſucceſſionem, or
dines,dignitates,& officia, vt literæ expediantur gra-
tis,vt presbyteri poſſint audire iura ciuilia & doctora
tus gradus ſuſcipiant,vt poſſint transferre penſiones
reſeruatas & eis tandem donauit decem millia ſcuto
rum auri in auro,Sanctiſſimus autem D.N.Grego-
rius XIIII.donauit 12.millia,cui conclaui ego inter
fui cum Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo D.meo Car
dinali Montis Regalis,& per duos fere menſes haud
concludi potuit electio pontificis,tandem 5.Decem
bris 1590.electus fuit Illuſtriſſimus,& Reuerendiſſi-
mus D.Nicolaus Sfondratus Cardinalis Cremonen.
qui voluit vocari Gregorius.

## QVAESTIO VIII.

### SVMMARIVM.

1 *Renunciatio non poteſt fieri in nullius manibus.*
2 *Renuncians in nullius manibus,ſibi præiudicat.*

QVAERO Octauo an poſſit fieri renunciatio
beneficij in nullius manibus. Communis
1 opinio * eſt negatiua † Imol. in Cle-
men.prima nu.7.de renunc.Anchar.in

 cap.lu

cap.ſuſceptum de reſcrip.li.6, nam vt inquit Anchar.
colligendo ex illo tex. debet fieri renunciatio, aliquo
recipiente, faciunt not.per Doct.in cap. quod in du-
2 bijs de renunc.tamen†taliter renuncians ſibi præiudi
cat vt tradit Petr.de Anchar.dic.cap.ſuſceptum nu.1.
de reſcrip.lib.6.

## QVAESTIO IX.

### SVMMARIVM.

1 *Renũciatio facienda eſt coram ſuperiore eccleſiaſtico.*
2 *Superiores eccleſiaſtici qui ſint.*
3 *Secularis non poteſt dici ſuperior reſpectu clericorum.*
4 *Iudex ſecularis non dicitur competens clericis.*
5 *Clerici a iure diuino habent priuilegium vt non poſ-ſint conueniri coram laico.*
6 *Conſuetudo, vt Iudex ſecularis ſit competens clerico, non valet.*
7 *Beneficiarius non poteſt renunciare coram quocumq; laico.*
8 *Fieri non debet quod factum non releuat.*
9 *Clericus non poteſt renunciare etiam coram laicis probis.*
10 *Clericus non poteſt renunciare etiam coram Notario laico.*
11 *Notarij Cameræ, & Cancellariæ poſſunt recipere conſenſus, non tamen renunciationem.*
12 *Clericus non poteſt renunciare coram laico etiam Rege & Imperatore.*
13 *Reges poſſunt habere ius conferendi ex priuilegio.*
14 *Clericus non poteſt renunciare etiam coram laico patrono.*

NONO Quæro corã quo
ſuperiore eſt faciẽda reſi
gnatio beneficij. Reſpon
1 detur coram ſuperiore†
eccleſiaſtico, Fuſcus de vi
ſit.lib.2.c.28.nu.12. Roſ
2 finiac.de benefi.cap. 14.
nu.41.qualis†eſt Pada.c.
deniq;.6.q.3. Epiſcopus
c.cum ex iniuncto §.vlt.
de hæretic.c.nullus; 16.q.
2. Legatus, cap.ſi Abbatem de electio lib.6. Abbas, &
alij inferiores, glo.in cap.admonet de renun.in verb.
inconſulto Glo.in cap.epiſcopus de loco 7.q.1.quod
clariſſima ratione demõſtratur, quia ſecularis nequaquam
3 poteſt dici ſuperior reſpectu clericorum† & benefi-
* ciorum, vt eſt*communis opin.de qua per Couarr.q.
31.pract.q.nu.1.& ob id iudex ſæcularis occaſione cu
iuſuis delicti procedere contra clericum non poteſt,
namque non dicitur Iudex competens ratione origi
4 nis, †neque ratione domicilii, neque ratione delicti, vt
habetur in cap.cũ non ab homine de Iudic.vbi Doct.
communiter*hoc notant, & ibi Al.num.2.dicit a iure
5 †diuino habere hoc priuilegium, & atteſtatur hanc*
6 communem, & ideo non†valet conſuetudo in contra
rium, vt eſt*communis, de qua atteſtatur Clar.lib.5, re
cep.ſent.§.vlt.q.36.verſ.ſed ea retenta.
7 Ex quo infertur†beneficiarium, poſſe renunciare
coram quocunque laico, vt eſt tex.optimus in cap.quod
in dubijs de renunc.vbi dicit renũciationem factam
in manu laici nullam obtinere firmitatem, ergo non
8 poteſt fieri, †quia fieri non debet quod factum non
releuat, l.hæc ſtipulatio §. Diuus ff. de leg. nom. cau.
Bart.in l.ff.qui pet.tut.Felin.in cap.ex traſmiſſa nu.10.
de præſcr.Card.Pariſ.conſ.5.nu.94.vol.4.& ibi Gloſſ.
in verbo in manum laicam, Innoc.Hoſt.nu.1.Ant.de
Butr.Abb.& Doct.*communiter hoc volunt, Ferret.
conſ.133.n.10.Maiol.de Irreg.lib.3.cap.6.prope fin.
& ratio euidens eſt, quia nõ ſunt ſuperiores vt requirit.
Ampl.primo, hoc procedere etiã ſi laici ſint proba
9 ti viri, nam nihilominus non poteſt coram†eis fieri re
nunciatio, vt tradit Ant.de Butr.in cap.2.nu.6.de re-
nunc.lib.6.namque adeſt eadem ratio.
10 Ampl.ſecundo, hoc procedere†etiam ſi laicus ſit
Notarius. Ant.de Burg.in cap.ex parte num. 58. de re
ſcrip.Guid.Pap.conſ.172.n.1.verſ.dico.col.4.Rebuf.
in Prax. benef. in tit. declaratio nouæ prouiſionis in
verb.ſiue vt permittitur in verſ.iſta clauſula, quod pro
11 cedit etiam ſi ſit Notarius Cameræ †vel Cancellariæ,
Nauar.in cap.accepta in ſeptime oppoſitionis ſolutio
ne nu.34.namque hi quamuis habeant poteſtatem re
cipiendi conſenſus, non tamen admittendi renuncia-
tiones vt amplius ſuo loco tractabitur.
Ampl.tertio, vt renunciatio non poſſit fieri etiam
12 coram laico cõſtituto in dignitate quamuis†maxima,
ſcilicet Ducali vel Regali aut Imperiali, ita Bald.in d.
ca.quod in dubijs in princ.de renun. Idque probatur
quia Dux, Rex, & Imperator non ſunt ſuperiores cũ
ſint laici. Fuſc.de viſit.d.lib.2.cap.28.n.12. Limita niſi
13 Reges habeant ius conferendi, & recipiendi†reſigna-
tionem ex priuilegio, quod poſſunt habere, Abb.in
capit.ad ſupplicationem nume.4.de renunc. Oldrad.
conſilio 209.& conſ.1.& exemplum habemus in qui-
buſdam beneficijs exiſtentibus in Regno Neapolitão
quæ ex priuilegio dato in fundatione, & dotatione,
conferuntur per Proreges qui recipiant reſignationẽ
eorundem, ſimpliciter tamen, nam ſi renunciantur di
cta beneficia in fauorem, fit Romæ reſignatio cũ be-
neplacito Proregis.
Quarto ampl.ſi dicti laici habeãt ius patronatus in
14 illis beneficijs, nam nihilominus† coram eis non po-
teſt fieri renunciatio dictorum beneficiorum, ſed eſt
facienda coram ſuperiore eccleſiaſtico cum conſen
ſu eorum Ant.de Butr.in cap.vlt.nu.5.Abb.num.3.de
renunc, Idem Abb.in d.cap.quod in dubijs n.6.Anan.
in c.ex inſinuatione de ſimo.Zabar.in clem.prima. n.
18.de renunc.Bonif.de Vitall.ibid.nu.37.Franc. in c.
1.de rer.permut.in 6.Put.deciſ.412.nu.2.li.1.& com-
muniter Doct.& probatur in cap.in Lateran.de præ-
bend.cap.ad hæc §.vlt.de offic.Archid.Turr.crem.in
cap.denique n.2.6.q.3.Hoſtien.in ſumm. de renunc.
n.8.& ita communiter practicatur, nam videmus quo
tidie fieri renunciationes beneficiorum iuris patrona
tus coram ſuperiore eccleſiaſtico de conſenſu patro
norum etiam ſi ſint Regum, & etiam ſi ſint Epiſcopa
tus, & alia huiuſmodi, & hoc nullum dubium habet,
nam ſuperior eccleſiaſticus eſt ille qui vinculum diſ-
ſoluit admittendo reſignationes.

## QVAESTIO X.

### SVMMARIVM.

1 *Reſignatio debet fieri coram ſuperiore reſignantis.*
2 *Poteſt recipere reſignationes qui poteſt inſtituere.*
3 *Inferior Epiſcopo poteſt recipere reſignationem.*
4 *Simplex clericus poteſt recipere reſignationem ſi &c.*





5 *Simplici clerico poteſt competere ex priuilegio ius conferendi.*
6 *Poteſt recipere reſignationem qui poteſt deſtituere.*
7 *Renunciatio habet vim deſtitutionis.*
8 *Eiuſdem eſt poteſtas ligandi & ſoluendi.*
9 *Habens ex præſcriptione ius inſtituendi non poteſt recipere reſignationes beneficiorum.*
10 *Præſcribens inſtitutionem, non præſcribit deſtitutionem.*
11 *Regulariter qui poteſt inſtituere poteſt deſtituere.*
12 *Præſcriptum quantum poſſeſſum.*
13 *Præſcripta viſitatione non cenſetur præſcripta procuratio.*
14 *Præſcripta viſitatione non cenſetur præſcripta correctio ad iuriſdictionem.*
15 *Præſcribens inſtitutionem non poteſt conferre iure deuoluto.*
16 *Præſcribens decimas non poteſt exigere noualia.*
17 *Præſcribẽs ius ſuccedendi vacãte ſede Epiſcopali nõ ſuccedit ſede quaſi vacante.*
18 *Renunciatio debet fieri coram Epiſcopo in cuius diœceſi ſitum eſt beneficium.*
19 *Habens ius conferendi ex conſuetudine, non poteſt ceſſionem admittere.*
20 *Cũ præſcripta eſt cum inſtitutione deſtitutio poſſunt admitti renunciationes.*
21 *Habens ius inſtituendi ex priuilegio non poteſt recipere reſignationem benef.*
22 *Habens ius inſtituendi ex priuilegio non poteſt priuare.*
23 *Qui poteſt conferre de iure ſpeciali, non poteſt commẽdare.*
24 *Priuilagium ſtricte interpetratur.*
25 *Electores imperij non poſſunt renunciationem Imperatoris recipere.*
26 *In quo priuilegio inſtituendi veniat facultas deſtituendi.*
27 *In facultate data ab Epiſcopo Archiepiſcopo conferendi parrochialem, venit facultas recipiendi renũciationem.*
28 *Priuilegium in præiudicium concedentis latiſſime interpetratur.*
29 *Quando conceſſio iuriſdictionis extendatur.*
30 *Communio eſt inter inſtitutionem, & deſtitutionem.*
31 *Ratione connexionis ſit extenſio de caſu ad caſum.*
32 *Habens ex priuilegio ius inſtituendi & deſtituendi, poteſt renunciationem admittere.*
33 *Data facultate conferendi, non venit facultas admittendi renunciationes.*
34 *Ex reſignatione poteſt damnificari collator.*
35 *Facultate data conferendi beneficia vacantia per reſignationem, non extenditur vt poſſit recipi renunciatio.*
36 *Executores deputati ad conferendum non poſſunt recipere reſignationem.*
37 *Executores non poſſunt deſtituere.*
38 *Vicarius Epiſcopi qui poteſt conferre non poteſt reſignationes recipere.*

DECIMO rurſus quæro coram quo
ſuperiore eccleſiaſtico? aliquas regu-
las dabimus, ex qb. tota materia decla
rabitur & elucidabitur. Quarum pri-
ma erit, vt fiat coram Papa qui eſt om
nium ſuperior, cap.cuncta per mun-
1 dum 9.q.3.ſecundo vt fiat coram†ſuperiore renunciã
tis, & non reſignatarij, Ant.de Butr. in cap. quod Dei
num.18.de ſtat.monach.& eſt communis opinio om
ninum doct. Tertia vt fiat coram eo in cuius diœceſi
ſitum eſt beneficium, ſimpliciter reſignãdum, vt quo
tidie praxis vulgaris docet, Rot.dec.6.de ren.in nou.
Quarta regula valens conferre beneficium, & ſic
2 habens ius inſtituendi, poterit recipere† reſignationẽ
illorum beneficiorum, quæ poteſt conferre, Paul.quẽ
refert, & ſequitur Bonif.de Vital.in cle.multorum.n.
59.de pæn. Compoſtella.in c.quod in dubijs de renũ.
Petr.de Anch.in c.1.nu.1.de rer.permu.lib.6.Ant.de
But.in c.2.n.3.de reſt.in int. & in c.ad audientiam. n.
11.Imol.in c.ſignificatum.de præb.& in d.c.ad audiẽ
tiam.num.4.de his, quæ vi. & communiter docto.
Primo amplia procedere etiam ſi ſit inferior Epiſ.
3 nam nihilominus poteſt recipere†reſignationẽ illorũ
beneficiorum, quæ poteſt conferre. gl. in cle. 1. verb.
manibus de renun.Petr.de Ancha.in c.1.nu.1.de rer.
perm.lib.6.Imol.in c.admonet.nu.2.de renun.
4 Amplia.2.procedere etiam ſi ſit†ſimplex cler. Bo-
nif.de Vital.in cle.multorum.nu.6.de pæn. Et nõ iſta-
Ampliationum eſt, quia id poteſt competere priuile-
5 gio†& conſuetudine, vt explicat Card.Zaba. in clem.
1.ſub num.16.de renunc.
Declara primo hanc concluſionem procedere, ſi
6 illum, ad quem ſpectat collatio†ſeu inſtitutio, ſpectat
quoq.deſtitutio beneficij, & ſic ſi ille collator erat ta
lis, qui ex iuſta cã poterat illum inuitum deſtituere,
& priuare, alias non poterit reſignationes beneficio-
rum recipere, ita Inno.in c.quod in dubijs ſub nu.3.
prope finem de renun. Archid.in c.deliberatione. gl.
pen.n.3.de off.leg.lib.6.Zabar.conſ.112.in 5.dub.Bo
nif.de Vital.in cle.1.nu.37.de renun.poſt gl. in verb.
manibus, Lapus, alle.14.n.7.Prepoſ.in c.deniq. n. 46.
q.3.Abb.in d.c.quod in dubijs nu.6.& in c.cum ex in
iuncto.n.6.de hæret.Rot.deci.6.prope.med.de renũ.
in nou.& deciſ.etiam 6.n.2.de rer.permu.eo. lib. &
deciſ.7.nu.1. de iud.in antiq.& deciſ.5.& 14. nu.2.&
13.de renun.in antiq.& deciſ.8.eo.tit.per Biſignet. &
* hoc*pluries tenuit Rot.teſte Gabr.conſ.187.nu.4.li.
1.Roſſiniac.de benef.c.14.nu.52.& 54. vbi dicit mo
* ribus recipi*& obſeruari, Sarn. in reg. de infec. reſig.
* q.18.& hæc eſt communis*opin.teſte Card. Zaba.in
d.cle.1.nu.16.de renun. Ratio eſt ſecundũ Cald. teſte
7 Lap.d.alleg.14.n.7.quia renunciatio habet †vim deſti
tutionis, nam per eam renuncians deſinit eſſe intitula
tus & prelatus Io.in c.cum de iniuncto ſuper gl.vlt.de
hæret.ideo non mirum, ſi non poterit fieri, niſi corã
eo qui poteſt deſtituere, & ita*refert obtinuiſſe, & id
eo Bonif.de Vital.loco cita.dat rationem, vt eiuſdem
8 ſit poteſtas†ligandi, & ſoluendi c.verbum de pænit.di
ſtin.1.condendi, & deſtruendi l.vlt.C.de legib.vnde
non valet conſequentia, poteſt inſtituere ergo deſti-
tuere, cum primum fiat iudicialiter, ſecundum extra-
iudicialiter, Card.Zabarel.in d.clem.prima nume. 16.
in fin.
9 Ex quo primo infertur†quod qui præſcripſit facul
tatem conferendi talia beneficia, non poterit eorundẽ
beneficiorum reſignationes recipere, vt voluerunt
Card.Zaba.d.cle.1.ſub n.16.verſ.aliquando. de renu.
Io.And.in c.cũ ex iniunct.§.vlt.de hæret.Ant.de But.
in c.quod in dubijs nu.7.verſ.per hæc.de renun. Za-
ſius conſ.16.lib.2.fuit deciſum in Rot.habetur deciſ.
6.de renun.in nou.& deciſ.5.eo.tit.per Biſign. Gabr.
in trac.com.concl.de præſc. concl.num.9. Rebuf.in
prax.tit.form.viſit.num.108.Crauc.de antiq.temp.p.
4.nu.30 Roſſiniac.de benef.14.n.55.communis opi.
teſte Abb.in d.c.cum ex iuncto.§.vlt.nu.3. de hæret.

Ratio eſt, quia præſcribens poteſtatem conferen
10 di aliqua beneficia, non †videtur præſcribere facultatẽ
remouendi, vel deſtituendi illos, quos ipſe inſtituit.
Fed.de Sen.conſ.134.incip.Caſus talis eſt quidam &c.
vbi ſcribit, quod ſi conuentus præſcripſit cum Abba
te collationem prioratus, non dicitur præſcripſiſſe de
ſtitutionem a prioratu, ſequitur Abb.d.cap. cum ex
iniuncto num.4.Felyn.num.etiam.4.dicentes, quod li
11 cet regulariter †qui poteſt inſtituere, poteſt deſtituere
c.1.& 2.de Cap.monach.c.cum plantare.§.& in Eccle
ſiis de priuileg.hoc tamen non habet locum in præ-
ſcriptione, quia odioſa eſt, & qa alias ſequeretur, plus
* eſſe præſcriptum, quam poſſeſſum, & tamen regula*cõ
12 munis eſt †tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum.
gl.in c.auditis in verb.interruptione, de præſcr. vbi In
no.col.vlt.idem.Inn.in c.dilecto.col.pe.& vlt. de off.
Archid.Archid.in c.1.col.1.de iur.pat.lib.6.Rom.cõſ.
368.col.pe.Alex.conſ.120.in fin.lib.4. Bellam. deciſ.
599.Card.Pariſ.conſ.114.colu.pen.vol.1.Comproba
tur, quia in materia præſcrip. fit ſtricta interpretatio
iux.communes concluſiones*receptas a doct. Et id-
13 co præſcripta viſitatione non cenſetur †præſcripta pro
curatio, gl.in c.odia de reg.iur.in 6.Hoſt.in c.cum ex
officij.col.2.de præſc.Car.Imol.in c.paſtoralis, de off.
deleg.Ioan.Andr.in addi.ad Spec.tit.de his, quæ fiunt
a maio.par.Cap.in apoſtil.magna circa fi.Ro.cõſ.368
14 col.pen.& communiter doc.neq.correctio †ad iuriſdi
ctionem, Abb.in c.cum contingat in 3.col.in fi.de fo
ro compe.Card.in c.paſto.in.1.no.de oſt.deleg.Fel.in
c.auditis de præſcr.com.opin.teſte Gabr.de præſcrip.
concl.2.num,6.& 7.

Hinc etiam, qui præſcripſit inſtitutionem non po
15 teſt †conferre iure deuoluto Card.Zaba.in cle.1.ſub.
num.9.de ſuppl.præl.neglig.Iaſ.conſ.16.li.2.Hinc ãt,
16 qui præſcripſit decimas non †poteſt exigere noualia
c.cum contingat in fi.de decim.Car.Pariſ.con.73.nu.
15.vol.4.Ruy.conſ.163.num.13.vol.4.com opi. teſte
Gabr.

Hinc, qui poteſt per præſcriptionem ſuccedere va
17 cante ſede Epiſ.excluſo Capitulo non ſuccedit †ſede
quaſi vacante, Gemi.in c.ſi Epiſ.col.2.de ſuppl.præl.ne
gli.Hinc etiam ſi Epiſcopus habeat collationem ali-
cuius beneficij ſiti in diœceſi alterius Epiſcopi ex præ
ſcriptione, ſi tenens tale beneficium velit renunciare,
aut permutare cum alio, reſignatio debet fieri, coram
18 Epiſcopo, in cuius †territorio ſitum eſt tale beneficiũ
vt fuit deciſum in Rot.vt habetur deciſio.5.de ren.in
nou.Rebuff.in prax.form. Vic.nu.108. Hinc ſcribit.
Ant.de Butr.in d.c.quod in dubijs.nu.7.verſ.per hoc
quod ſi Epiſcopus habens poteſtatem conferendi in
19 alia diœceſi de conſuetudine, non poteſt †ceſſionem
admittere, quia conſuetudo eſt ſtricti iuris.

Quod limita, niſi cum inſtitutione fuiſſet præſcrip
20 ta deſtitutio, nam hoc caſu poſſet recipere reſignatio
nes Card.Zaba.d.clem.1.n.16.dicens hoc eſſe clarum
Rot.deciſ.5.de renun.per Biſigner.

21 Secundo infertur habentem †ius inſtituendi ad ta-
lia beneficia ex iure ſpeciali, puta ex priuilegio nõ poſ
ſe recipere reſignationem d.beneficiorum Card. Za-
ba in cle.1.num.16.verſ.aliquando de renun.vbi etiam
Imol.Abb.in c.cum ex iniuncto.nu.16.de hæret.& ibi
Fely.ſub num.3.citans Hoſt.Rot.deciſ.5.de renun. p
Biſign.Coraſ.de benef.par.1.c.8.nu.18.Roffiniac.de
benef.c.14.num.5.Rebuff.in prax.form.Vic.n.108.
vbi citat gl.& Fede.de Sen.& hæc eſt communis do-
cto.ſententia.

Et ratio eſt, quia habens facultatem inſtituendi de
22 iure ſpeciali, non poteſt †deſtituere, ſeu priuare, nam iu
riſdictio voluntaria non includit contentioſam Abb.
in c.accepta prope fi.de reſt.ſpol.& eſt tex in c.ea, quę
23 §.præcipimus, vbi Abb.de ſtat.monac.†& commenda
re in tit.Gemin.in c.nemo in fi.de elect.in 6. priuile-
24 gium †enim ſtricte interpretatur.Inn.in c.cum dilecti
de dona.Rot.deciſ.2.num.2.de renun.per Biſign.hæc
inter ſe differunt.c.cum illis de præb.in 6.vbi tex.po-
nit differentiam inter collationem, præſentationem,
inſtitutionem, & electionem, ex quo tex.colligit.Rot.
deciſ.6.de renunc.in nou. verſ. pro quo hæc omnia,
poſſe ex priuilegio, vel conſuetudine diuerſis perſonis
competere.ergo non poterit renunciationem recipe
25 re, ſicut electores Imperij †non poſſunt renunciatio-
nem Imperatoris recipere, quia illum deſtituere non
poſſunt; Bal.in l.Barbarius ad regulam illam ſuperius
allegatam, vt ad quem pertinet inſtitutio, ſpectet de-
ſtitutio, vt probant iura allegata per glo.vlt.in c. cum
ex iniuncto.de here.vt procedat in eo, ad quem de iu
re communi ſpectat inſtitutio, prout eſt epiſcopus,
de quo loquitur d.c.cum ex iniũcto.& alia iura; ſecus
vero ſi competat inſtitutio ex priuilegio, vel conſue-
tudine, nam hoc caſu non procedit illa regula, ita li-
mi.& declarat Rot.deciſ.6.de renun.in no.Abb.in c.
quod in dubijs ſub num.6.de renunc.& communiter
doct.ſequuntur.

Ampliatur hæc illatio procedere in priuilegio, &
quocumque alio modo ſurgente præter ius commu-
ne Card.Zabarel.in clem.1.ſub num.16.in fin. de re-
nunc.quia eſt eadem ratio.

Primo limitatur procedere, quando priuilegium
conceſſum eſt a Papa inferiori, vt poſſit conferre cer
ta beneficia, nam hoc caſu cum huiuſmodi priuile-
gium ſit in præiudicium ordinariorum ſtricte interp̃
tatur, vt nõ comprehendat facultatem deſtituendi &
per conſequens recipiendi renunciationẽ. Si autẽ pri
uilegium conceſſum fuerit ab eo cui iuri dumtaxat de
26 trahitur, hoc caſu venit facultas †deſtituendi, & per cõ
ſequens recipiendi renunciationem, ita Abb.ſignan-
ter in.d.c.cum ex iniuncto, num.5.verſ.quod ego fa-
teor de hæret.Put.deciſ.76.num.1. & lib.3. vbi refert
fuiſſe deciſum in Rot.13.Decemb.1547. facultatem
27 datam ab Epiſcopo, Archiepiſcopo †conferendi duas
parochiales, extendi, vt Archiepiſcopus poſſit recipe
re reſignationem dictarum parochialium.

28 Et ratio eſt, quia priuilegium in præiudicium con-
cedentis latiſſime interpretatur c.cum dilectus de cõ
ſue.c.olim de verb.ſign.l.vlt.ff.de conſt.princ.reg.de
cet de reg.iur.Rot.deciſ.3.de off.leg.num.2.in nou.&
deciſ.4.nu.1.de præben.eo.lib.& deciſ.9.nu.1.de præ
ben.in antiq.

29 Hinc conceſſio †facta a ſuperiore de iuriſdictione
in vna parte, tribuit vſum in alia, & ſic extenditur, Bar.
in c.vlt.col.3.de cau.poſſ.& prop. Abb. in cum olim
col.pen.de præſcr.Ang.in l.1.ff.de ſeruit.ruſt.præd.cõ
munis opin.vt per Gabr.de præſcr.concl.2.num.20.
Eo maxime in caſu noſtro propter connexitatem,
30 & communionem, quæ eſt inter inſtitutionem, †& de
ſtitutionem d.c.cum ex iniuncto in fin.de hæret. c.
1.& 2.de cap.monac.c.cum & plantare.§.in Eccleſijs
31 de priuil.nam connexitas operatur, †vt conceſſio extẽ
datur de vno caſu ad alium, Iaſ.in l.4.col.vlt.ff.de acq.
poſſ.Ant.de But.in c.cum dilectus.colu.& ſeq.de cap.
monaco.Zab.conſ.19.lib.2.Rom.conſ.243.Iaſ.conſi.
185.col.3.lib.2.

Secundo limitatur, niſi in priuilegio quis habuiſſet
facultatem inſtituendi, & deſtituendi in talibus bene-
ficijs



32 ficijs, †nam hoc caſu poſſet renunciationem dictorũ
beneficiorum recipere, ita Card.Zaba.in d.cle.1. ſub
num.16.verſ.aliquando de renun.Rot.deciſ.5. de re-
nun.per Biſign.quia ceſſat ratio, de qua ſupra, & per
conſequens diſpoſitio.c.cum ceſſante de appell.

Tertio limita, niſi cum priuilegio inſtituendi eſſet
ſpecifice conceſſa facultas recipiendi reſignationes,
nam hoc caſu nihil obſtaret, & eſſemus in claris Rot.
deciſ.13.verſ.& dic, quod non de renun.in antiq. Ga
br.cõſ.187.num.5.verſ.iccirco.li.1.vbi allegat ad hoc
Archid.in c.ſicut de verb.ſig.lib.6.ſuper verbo ceden
tium, & facit tex.in c.dudum de præb.in 6., & quia in
claris non eſt opus coniecturis l.continuus.§.cum ita
ff.de verb.oblig.

Tertio infertur, quod data poteſtate cõferendi be
33 neficia vacantia in tali loco, vel generaliter †non vide-
tur data facultas eorundem reſignationes recipiendi
* Ita fuit deciſum *in Rot.vt habetur in deciſ.3.not.qđ
* de renun.in antiq.& communiter*doc.hoc paſſim af
firmant, vt dicetur inf.dom de Vicario ſcribemus.Et
ratio colligitur ex ſupradictis.Cui accedat, quia ſecun
dum Rot.in d.deciſ.in reſignationibus poſſunt eueni
34 re multa, in quibus propter factum reſignantis †poſſet
damnificari, ille ad quem pertinet collatio arg.c. du-
dum de præb.lib.6.

35 Immo facultas data †conferendi talia beneficia vacan
tia per reſignationem, non extenditur, vt ille, cui eſt
data talis facultas poſſit recipere reſignationem dicto
* rum beneficiorũ, vt fuit deciſum*in Rot.teſte Biſig.
deciſ.2.vtrum ſi Epiſc.de renun.in antiquis a qua dec.
fuit receſſum, & contrarium firmauit Rota in vna Za
moren. parochiali de Valadar.13.Decembris. 1547.
teſte Put.deciſ.76.lib.3.per renunciationes, vt ibi.

Quarto infertur, quod executores gratiarum depu
36 tati ad prouidendum de beneficijs †vacantib.vel vaca
turis, non poſſunt recipere reſignationes a volentib.re
nunciare in eorum manibus, vt ea recepta prouideant
Rot.deciſ.2.vtrum ſi Epiſc.num.3.de renun.per Biſi-
gn.in antiquio.Rot.deciſ.13.quæritur de renun.in an
tiq.Coraſ.de beneſ.par.1.c.8.nu.17.verſ.qui vero.
37 Ratio, quia tales executores †non poſſunt inuitum
deſtituere, ergo neq.recipere reſignationes, Inn.in c.
quod in dubijs prope fin.de renun.& ideo neceſſe eſt
vt expreſſe committatur facultas recipiẽdi reſignatio-
nes c.Dudum, circa prin.& ibi communiter doct. de
præb.lib.6.

Limita tamen, niſi in mandato eſſet data etiam fa-
cultas recipiendi reſignationes, nam hoc caſu poſſet,
ita Coraſ.d.c.8.nu.17.verſ.qui vero.Rot.d. deciſ.13
& hoc nullum habet dubium.

38 Quinto infertur Vicarium †Epiſcopi habentem fa
cultatem conferendi beneficia n poſſe recipere reſi-
gnationes eorundem, Calder. conſ.3.de renun.com-
munis opinio, de qua atteſtatur Rebuf.i praxi.form.
Vic.nu.106.& dicetur infra latius.

## QVAESTIO XI.

### SVMMARIVM.

1 *Renunciatio poteſt fieri coram Papa omnium benefi-ciorum.*
2 *Sum.Pont.poteſt quemque priuare.*
3 *Papa eſt rector vniuerſalis Eccleſiæ.*
4 *Papa in beneficialibus eſt dominus.*
5 *Papa poteſt recipere reſignationem in omnibus men-ſibus.*
6 *Facultas conceſſa per Papam Ordinarijs videtur da-ta cumulatiue, non priuatiue.*
7 *Papa poteſt conferre, etiam beneficia vacantia in mẽ-tibus Ordinariorum.*
8 *Papæ collatio præfertur.*
9 *In collatione Papæ beneficij ſpectantis ad Ordinariũ non requiritur derogatio.*
10 *Collatio Papæ habet vim reſeruationis.*
11 *Appoſitio manus Papæ habet vim decreti annullati-ui, & derogationis.*
12 *Cardinalatus non poteſt renunciari niſi coram Papa.*
13 *Papa ſolus priuat Cardinales.*
14 *Ardua expediuntur in Conciſtorio.*
15 *Cardinales priuantur in Conciſtorio.*
16 *Cardinales multi fuerunt priuati.*
17 *Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, renunciant co-ram Papa.*
18 *Papa ſolus diſpenſat ſuper voto perpetuo.*
19 *Matrimonium contrahitur inter Epiſcopum, & Ec-cleſiam.*
20 *Deus diſſoluit matrimonium.*
21 *Epiſcopus dicitur habere alias ligatas.*
22 *Papa ſolus facit Patriarchas & Epiſcopos.*
23 *C.denique 6.q.3.declaratur.*
24 *Concilium prouinciale, alias poterat deponere epiſco-pos.*
25 *Papa ſolus deponit Epiſcopos.*
26 *Epiſcopi non poſſunt renuntiare in manibus Regis & Imperatoris.*
27 *Maxima beneficia coram Papa renunciantur.*
28 *Epiſcopatus et Abbatia æquiparantur.*
29 *Primæ dignitates in cathedrali renunciantur coram Papa.*
30 *Primæ dignitates in cathedrali conferuntur per Pa-pam.*
31 *Maiora beneficia quæ.*
32 *Ordinarij poſſunt recipere renunciationem beneficio-rum reſeruatorum, non tamen illa conferre.*
33 *Reſeruationes ſunt odioſę, & reſtringendæ.*
34 *Papa ſolus confert reſeruata.*
35 *Exempta beneficia debent renunciari coram Papa.*
36 *Papa eſt ſuperior exemptorum.*
37 *Legatus de latere poteſt conferre reſeruata.*

QVAERO II. an corã
Sum.Pontifice poſſit
fieri reſignatio bene
ficiorum. communis
opi.per omnes recep
ta, etiam de ſtylo eſt
affirmatiua, quod iu-
ſtificatur tum quia
in beneficialibus Sũ-
mus Ponti.omnia po
teſt Sarn.de expec.in
prin.tum etiam, quia
recipere reſignationes eſt iuriſdic.Oldr.conſ.324.n.
4.& ipſe eſt Dominus, & ordinarius cũctorum.Hoſt.
in c.dilecti filij.nu.5..de for.compet.Caputaq. deciſ.
282.nu.3.par.1.

1 Amplia.primo vt †coram Pontifice poſſit fieri re-
nunciatio quorumcumque beneficiorum, vt commu
niter ab omnibus doct.ſcribitur, & quotidie practica
mur tradit Petr.Greg.lib.17.Synta.iur.c.17.nu.18. &
ſcripſi late lib.8.q.7.nu.1.cum ſeq.

Idque probatur primo, quia Summus Pontifex po
teſt

teſt quemcumque beneficiatum priuare etiam conſti
2 tutum†in dignitate quantumuis maxima.c.geſtis cum
ibi notatis de cler.non reſid.c.vlt.diſt.22.c. cum non
ab homine.de iud.ca.ꝑpoſuit de conceſ.præben.text.
optimus in c.cuncta per mundum 9.q.3. namque Pa-
3 pa†eſt rector vniuerſalis Eccleſię,& Epiſcopus vniuer
ſalis.Archid.& Ioan.And.in c.1.de cõſt.lib.6.Gemin.
93.ergo,& cuiuſcumq.beneficij recipere reſignatio-
nem iux.communem concluſionem de qua ſupra.
4 Secundo cõprobatur,quia Papa in beneficialibus†
eſt Dominus abſolutus,& ſupra ius cap.propoſuit de
conceſſ.præben.c.1.& ibi docto.de tranſac.c. inter di
lectos de fid.inſtrum. Dec.conſ.624.ante nu.5. Idem
Dec.in c.quæ in Eccleſiarum.num.32.de conſt. com
munis opi.vt per Mandoſ.reg.9.Cancel. quæſtio.pri-
ma. nu.3.
5 Amplia ſecundo,vt Papa poſſit†recipere reſignatio
nes beneficiorum non ſolum in menſibus ſibi reſerua
tis,ſed etiam in alijs menſibus conceſſis Ordinarijs lo
corum,vt communiter practicatur quotidie in curia,
& eſt receptum per omnes.
Namq.facultas conceſſa per Papam Ordinarijs vi
6 detur data cumulatiue non autem†priuatiue Sarn.de
grat.expe.col.1.Staſil.in eo.trac.col.etiam 1.Io. Selua
de benef.par.3.q.60.in fi.& eſt* communis omnium
7 ſnĩa,& ob id poteſt†Papa conferre etiam beneficia va
cantia in menſibus conceſſis Ordinarijs. Io. Selu. de
benef.p.3.q.67.Fran.de March.q.196.nu.5. commu
* nis*opin.ſecundum quam late conſuluit Iac.Menoc.
conſ.83.num.9.cum ſeq.vol.1.& præueniendo præiu
8 dicat Ordinarijs in collatione,quia tenet†collatio fa-
cta per ipſum Papam,& ipſorum ordinariorum ma-
nus ſunt ligatæ prout fuit deciſum*in Rot.vt habetur
deciſ.1.& deciſ.17.de ꝓben.in nou.Franc. de March.
q.199.nume.2.par.1.Rot.deciſ.33.de præbend.in an
tiq.Menoch.d.conſ.83.num.12.& 13.Immo non re
quiritur alia derogatio,nam ita conferendo videtur
9 ſatis derogare facultati Ordinarij†cõceſſæ,Cald. cõſ.
7.verſ.& ad prædicta de præb. Dec.conſ.224.num.6.
Fran.de March.q.980.p.5.Io.Selu.de benef.p.3.q.vlt.
num.3.conſuluit Menoc.d.conſ.83.n.27.vſq.ad fi. li.
1.& probatur in c.dudum.§.nos igitur,&c.& in c.q̃-
10 uis de præb.in 6.& ratio eſt quia†collatio Papæ habet
vim reſeruationis.Rot.deciſ.10.de præb.in antiquio.
11 Mand.reg.3.Cancel.de reſer.q.13.& ſola appoſitio †
Papæ habet vim decreti annullatiui,& derogationis.
Rot.deciſ.14.num.1.vt lite pendente in nou.Rebu.in
in prax.titu.de reſeruat.n.40.& communiter doct.Et
quia adeſt decretum irritans iuxta ea quæ ſcribit Re
buff.in prax.titu.declaratio nouæ prouis. in verbo ,
nos enim.
Poteſt igitur Papa quorumcumq. beneficiorum,
etiam maximorum,& quocumque tempore.i. omni-
bus menſibus recipere reſignationem volentium co
ram ipſo renũciare,& illa conferre, vt concluſum eſt.
Sunt tamen quædam beneficia , quæ non poſſunt
renunciari niſi coram ipſo ſum.Pont.& quæ ſint iſta
quam breuiſſime explicandum eſt.
12 Primo Cardinalatus † dignitas non niſi corã Papa
põt renũciari,vt in terminis ſcriptũ reliq.Frã. c.1.ſub
nu.3.de renun.li.6.ex nota.in c.2.de conceſſ.præb.&
hoc videtur ſentire Burſat.conſ.324.num.20.vol.4.&
* hæc concluſio ab omnibus*communiter tenetur,qa
13 penes Sum.Pontif.reſidet facultas†priuandi Cardina-
* les,vt*communiter volunt doc.ergo ad eundem ſpe-
ctat facultas recipiendi reſignationes Rot.deci.5.de
renun.in antiq.& deciſ.13.num.2.eo.tit.& lib.&ita fa
ctum fuiſſe legimus tempore Alex.VI.& nouiſſime
tempore Sanctiſſ.D.N.Sixti V.vt.dixi l.8.q.4.& huiuſ
modi renunciatio debet fieri in conſiſtorio,quia hoc
14 eſt de arduis ardua enim debent in conſiſtorio†expe-
diri Franc.de March.deciſ.deiſ.456.num.61.& 1122.
num.28.& 1297.nũ.5.in 1. par. & ita factum fuiſſe in
renunciatione Cardinalatus per Cæſarem Borgiam,
refert Guicciardinus lib.4.hiſto.fol.103.& in renun-
ciatione Cardinalatus per Sereniſſ.Ferdinandum ma-
gnum Ducem Hetrurię,vidimus.Accedit,quia priua
15 tio Cardinalis fit in conſiſtorio†per Sum.Pont.vt cõ
muniter volunt doc.& factum fuiſſe legimus tempo-
re Iulij II.in priuatione illorum Cardinalium, qui ad
16 hærebant†Conciliabulo Piſano, & tempore Leonis.
X.in priuatione Cardinalis Petrucci , & aliorum qui
conſenſerant coniurationi factæ contra perſonam
Sum.Pont.& tempore Pij. IIII. in priuatione Caroli
Cardinalis Carafæ.ergo & admiſſo renunciationis pa
riformiter debet fieri in conſiſtorio,& hoc non ha-
bet dubium cum ita communiter practicetur,& ſi re
nunicatio Epiſcopatus fiat in conſiſtorio , vt dicitur
ergo,& Cardinalatus Auth.multo magis.C.de ſacro.
eccle.
Secundo Patriarcha,Primas,Archiepiſ. & Epiſ.de-
bent renunciare Patriarchatum,Primatum Archiepi
17 ſcop.& Epiſcopatum in manibus†ſummi Pont.dum-
taxat.gl.in cle.1.verb.manibus de renun.& ibi Doct.
Archid.in c.ſi electio verb.renunciat de elec.libro.6.
Tur.Cre.in c.deniq.num.1.6.q.3.& ibi Card.Alex.n.
5.Hoſtien.in ſum.de renun.ſub nu.8.verſ.ſi vero renũ
cietur,idem Hoſt.in c.2.num.8.de trãſlat.Epiſc.& ibi
Abb.num.7.& alij*communiter,idem Abb.in c.1 .n.
8.poſt gl.& alios eo.tit.de tranſla.Epiſc.Imol.in c.nõ
licet.num.4.de cleric.non reſid. Idem. Hoſtien.in c.
admonet,nu.6.pe renun.Capra in clem. gratiæ. num.
13.de reſcript.& videtur firmare Inno.in c.quod in du
bijs num.3.Iacob.de Franc.in tit.de his qui feud.dar.
poſſ.num.168.inter deciſ. Do.Vinc.de Franch. D.T.
2.2.q.185.art.4.verſ.reſpondeo.dans rationem, quia
18 ſolus†Roma.Pontifex poteſt ſuper voto perpetuo di
ſpenſare,& hæc eſt communis,& recepta doct.ſenten
tia.Quæ primo probatur ex c.1.de eo.tit.de tranſlat.
Epiſ.ibi. *Ac per hoc tranſlationes Epiſcoporum,& ſe
dium mutationes,ad ſummum apoſtolicæ ſedis Anti-
ſtitem de iure pertineant,nec ſuper his quicquam prę
ter eius aſſenſum debeat immutari.*
Secundo probatur in c.inter corporalia.eod.tit.de
tranſlat.Epiſc.ibi *non enim humana,ſed potius diui-
na poteſtate coniugium ſpirituale diſſoluitur cum per
tranſlationem,depoſitionem,aut ceſſionem auctorita
te Romani Pontificis,quem conſtat eſſe Vicarium Ie
ſu Chriſti Epiſcopus ab Eccleſia remouetur,& ideo
tria hæc quæ præmiſimus non tam conſtitutione Ca-
nonica,quam inſtitutione diuina ſoli ſunt Romano Põ
tifici reſeruata.*
Tertio facit text.in c.niſi de renunc.ibi *de licen-
tia noſtra cedas.*& in alijs multis locis.
19 Quarto comprobatur†ratione,quia inter Epiſco-
pum,& Eccleſiam eſt contractum matrimonium d.
ca.poſt tranſlationem in verſ.cum ergo fortius,quod
20 vinculum†non poteſt ſolui ſine Deo vel Papa c.qđ
Deus 33.q.2.& ob id Epiſcopus dicitur habere alas
21 ligatas † q̃ non poſſunt ſolui ſine Papa d.c.niſi,in fi.de
renun ibi. *Quoniam,& ſi pennas habeas,quibus ſata-
gas in ſolitudinem aduolare , ita tamen aſtrictæ ſunt
nexibus præceptorum,vt liberum non habeas , abſq.
noſtra permiſſione volatum &c.*
Quinto



Quinto comprobatur alia ratione, quia ſolus ſum.
22 Pontifex facit Patriarchas,Archiepiſcopos,&†Epiſco
pos,& ſolus illos priuare poteſt ex cã d.ca.poſt tranſ-
lationem de tranſla.Epiſ. & eſt communis omnium.
doct.ſnĩa ergo & ad illum ſpectare dẽt reſignationis
admiſſio Boniſ.de Vitall.in clem.multorum.num.59.
de pen Imol. in c.ſignificatum de præben. Idque eo
magis ob reuerentiam ſacri officij,Innoc.graue de ꝓ
bat.Abb.in c.non poteſt.de re iudic.
23 Nec obſtat†tex.in ca.denique.6.q.3.vbi Suffredus
Epiſcopus debebat in renun.requirere licentiam pri-
matis,nam primo rñdetur,quod ibi Epiſcopus renun
ciabat ob crimen quo caſu licet renunciare abſque ſu
periore ſecundum opin.aliquorum,iux.ea quæ ſcribit
Abb.dic.c.niſi ſub nu.5.de renun.vel ſecundo, & me
lius reſpondetur,quod antiquis temporibus hoc lice
bat primatibus,Archiepiſcopis,& concilio prouincia
li ex conſuetudine , & ſpeciali licentia ſummi Pontif.
arg.no.per gl.in c.Epiſcopus presbyter.11.q.3.ſicuti
24 illo tempore†licebat concilio prouinciali deponere.
Epiſcopos.c.ſi quis a proprio 21.q.6.c.ſi Epiſcopum
21.q.6.c.ſi Epiſcopum 16.q.6.cap.1.& 2. 6,q.4. c. ſi
quis Epiſcopus 11.q.3.c.hæc quippe 6.q.6.c.fœlix.6.
q.3.c.fęlix 15.q.7.c.primates 2.q.5.& ita ꝓcedere hęc
iura tradit Dec.in c.1.num.30 lec.2.de iud.Hodie au
25 tem depoſitio Epiſcoporum†ſpectat dũ taxat ad ſum
mum Pontificem dic.cap.inter corporalia de tranſlat
Epiſc.c.decreta.2.q.6.ca.diſcutere c.dudum cum ſeq.
3.Card.Iacob.de conc.lib.5.art.8.n.59.Læli. Iordan.
de orig.Roman.ſed c.5.per totum vbi citat plures au
ctoritates veteris,& noui teſtamenti,& plura dicta pa
* trum,ac conciliorum,& eſt communis opin.quã cõ-
probaui pluribus rationibus bis in interpretatione c.
1.de iudic.reſpondendo ſigillatim ad contraria,& cõ
probatur nouiſſime per Conc.Trid.c.6.ſeſſ.13.& c.5.
ſeſſ.24.
Vnde concludendum eſt renunciationem facien-
dam eſſe coram ſummo Pontifice dumtaxat,nec poſ
26 ſe hos in aliorum manibus renunciare , nec etiam in
manibus Imperatoris,Regis,Ducis,Marchionis, vel
in manibus ſubditorum,aut aliorum,Inno. in c.quod
in dubijs num.3.de renun.Hoſt.ibid. num.3. & hæc
* concl.nullam habet difficultatem , nam per * omnes
tenetur.
27 Tertio beneficia maxima debent † coram ſummo
Pontifice dumtaxat renũciari,vt tradit Hoſt.in ſum.
de renunc.ſub nu.6.verſ.ſi vero idque colligitur ex eo
dem Hoſt.dic.c.quod in dubijs num.3.de renunc. In
no.ibid.num.3.Qualiter eſt Abbatia c. ſi quis deince
ps.17.q.4.Lap.alleg.84.col.pen.verſ. item Abbatia,
28 Epiſcopatus enim,†& abbatia equiparantur,Pet.Re-
buff.ſuper concordan.rubr.de mand.Apoſt.§. ſtatui-
mus,verb.Monaſteria,& iura adducit Alfonſ.Hoied.
de incõpa. benef.p.1.c.5.num.5.& c.6.num.3,eadem
29 parte.Item†Decanatus,Archidiaconatus,Archipreſ-
byteratus,vel ſimiles quando ſunt primæ dignitates,
c.cum in cunctis.§. inferiora de elect. Horum enim
30 beneficiorum†diſpoſitio ad ſummum Pontificem ſpe
ctat,vt habetur in regula prima Cancella. Sanctiſſimi
D.N.Greg.XIIII.ibi. *Item reſeruauit generaliter om
nes Eccleſias Patriarchales , Archiepiſcopales , &
Epiſcopales,nec non omnia monaſteria virorum. &*
habetur in reg.3.Cancel.eiuſdem Pontificis. *Item re
ſeruauit generaliter diſpenſationi ſuæ omnes dignita
tes maiores poſt Pontificales in Cathedralibus &
Metropolitanis & Patriarchalibus, nec nõ principa
les in collegiatis,ac etiam vnicas,& quæ monocula-
res appellantur in eiſdem cathedralibus,&c.*
Cum igitur huiuſmodi dignitates ſint reſeruatæ
Sum.Pontifici,vt expreſſe probatur in dic.reg.Canc.
& tradit Oldr.plura adducens cõſ.75.quis poſſit crea
re Notarium circa medium,Roman.in l. imperium.
col.2.verſ.item collationum.ff.de iuriſd.omn. iud. cũ
alijs,vt per Mandoſ.in reg.1.reſeruat.in prælud.num.
1.ſequitur,quod ſummo Pontifice renun.debet fieri,
& alij inferiores nequaquam poſſunt ſe intromittere
cum non poſſint conferre,Boniſ.de Vital.in clẽ.mul-
torum.num.59.de pœn.Ant.d Butr.in c.2.num.33.de
reſtit.in integ.Imol.in.c.ad audientiam.num.4.de his
quæ vi met.cau.& communiter*doct.& ita commu.*
practicatur,nam habentes talia beneficia renunciant
coram ſummo Pontifice, & ſi accedãt ad ordinarios
ordinarij illos reijciunt,& remittunt ad ſedem apo-
ſtolicam,ex eo,quia ipſi conferre poſtea non poſſunt
beneficia reſignata,& huiuſmodi beneficia maiora di
cuntur reſpectu inferiorum beneficiorum, nam re-
31 ſpectu † Epiſcopatus non dicuntur maiora , Rip. in
ca.ad aures num.2.de reſcrip.Oldrad.conſ.14. col.1.
Sarn.de ann.poſſ.q.11.col.2.& communiter* docto.
vt per Menoch.de arbit.iud.caſ.206.num.4.cum ſeq.
& num.12.ſcribit poſt alios iudicis arbitrio remitti,
quæ ſint maiora,& quæ minora,Gemi.conſ.15.colu.
pen.verſ.de habentibus.Rip.in d.c.ad aures, nume.2.
Tiraq.in l.ſi vnquam in verb.omnia vel partem.num.
31.C.de reuoc.donat.
Alia autem beneficia ſummo Pontifici reſeruata
32 per reſeruationes generales incluſas†in corpore iuris,
vel per particulares,vt late de his,& lucidiſſime locu-
tus ſum l b.2.poſſunt renunciari coram locorum or-
dinarijs,qui poterunt admittere renunciationes , illa
autem nequaquam conferre,ita Lap.in addi.ad tract.
de permut.benef.Feder.de Sen.q.36.in fi.ſub n. 62.&
tenuit Rot.deciſ.4.num.4.verſi.ſed ſecundum de re-
nunc.in antiq.Caſſad.deciſ.8.num.9.de præben. Ga-
briel.conſ.189.nu.6.li.1.Caput.deciſ.45.par.1.in im-
preſſis,& dec.357.1.li.in manuſcrip.Pet.Greg. Synt.
iur.lib.17.ca.17.& ita fuit reſolutum * coram Caput.
die 20.Maij.1562.in vna Caurien. Archidiaconatus
teſte Rober.Lancel.in tract.de attenta.part.1. c.3.n.
145.vbi alios citat,& hæc eſt communis opin.
Et ratio eſt,quia licet illa reſeruatio afficiat benefi
cium,quo ad poteſtatem conferendi,non autem quo
ad poteſtatem renunciandi ſeu renunciationis admit
33 tendæ,quia†reſeruationes ſunt odioſæ,& reſtringen-
dæ Calder.conſ.10.in fin.de præben.Gemin.conſ.94.
in fin.& conſ.136.ſuper 1. in principio Bellam. conſ.
34.ſuppoſito ſtatuto.col.antep.ſup.reſp.6.nu.5.& re-
ſp.37.nu.4.& communiter docto.
34 Collatio igitur†quomodocumque fuerit facta re
nun.ſpectat ad Papam dumtaxat,Rot.deciſ 30.de prę
ben.in no.& eſt*communiter per docto. receptum.
35 Quarto exemptus†& beneficia exempta ſunt renũ
cianda coram ſummo Pontifice dumtaxat,glo.in c.ſi
Abbatem in verb.ſi Abbatem,& verb. deferendi. de
elec.lib.6.& ibi communiter doct.hoc volunt , & in
ſpecie Fran.nume.5. Card. Zabarel.conſ.112. dub.5.
Cald.conſ.3.ſub nu.1.in fin.de renun.Pauin.de poteſt
cap.ſed.vac.par.2.q.2.ſub nu.16.Rot.deciſ.4.ſub.n.4.
de renun.in antiquior.per Biſignet.
Idque probatur auctoritate tex.in c.ſi abbatem de
36 elect.lib.6.& ratione,quia ſuperior exemptorum †eſt
Papa c.auctoritate.de priuileg.lib.6.& ad ipſum cum
ſpectet inſtitutio,& deſtitutio( ordinarius enim non
poteſt ſe intromittere)ad ipſum quoque ſpectabit ad
miſſio

miſſio reſignationis,ita arguit Biſignet.dic.dec. 4.ſub
nu.2.& 4.quia ordinarij non poſſunt deſtituere, ergo
neque admittere reſignationem,iuxta concluſionem
de qua ſæpius ſupra dictum eſt.
37 Limita tamen†vt legatus de latere poſſit hoc etiã
facere,vt volunt communiter docto.in d.c.ſi Abbatẽ
de elec.in 6.& probatur ibi, *Et tamen ab alio quam a
nobis, vel Apoſtolicæ ſedis legato,ſi ſit in prouincia
de latere noſtro miſſus dari non poteſt licentia ſuum
deſerendi monaſterium,& ad veſtram Eccleſiam trã
ſeundi.*
Secundum exemplum eſt generaliter Conſiſtoria-
libus,quæ coram Papa dumtaxat in Conſiſtorio renũ
ciantur,vt dixi lib.8.quæſt.6.

## QVAESTIO XII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Triplex eſt ordo Cardinalium.*
2 *Epiſcopi ſunt ſex.*
3 *Presbyteri quot.*
4 *Diaconi Cardinales quot.*
5 *Cardinales Epiſcopi poßunt conferre vacantia in ſuis diœceſibus.*
6 *Cardinales Epiſcopi habẽt ius deſtituendi in ſuis diœceſibus.*
7 *Cardinales Epiſc.poſſunt recipere reſignationes.*
8 *Cardinales presbyteri poſſunt recipere renunciationẽ exiſtentium in ſuo tit.*
9 *Cardinales presbyteri poſſunt conferre,& deſtituere.*
10 *Cardinales in ſuis titulis habẽt correctionem.& iura Epiſcopalia.*
11 *Cardinales poſſunt viſitare in titulis.*
12 *Vicarius vrbis non cognoſcit de cauſis inter perſonas ſubiectas Cardinali ratione tituli.*
13 *Cardinales tenentur reſidere in vrbe.*
14 *Cardinales aſſiſtunt Papæ.*
15 *Cardinalis dicitur pars corporis Papæ.*
16 *Cardinales ſunt columnæ Eccleſiæ.*
17 *Cardinales ſunt ſenatores.*
18 *Cardinales dicuntur Reges.*
19 *Cardinales dicuntur maximi,& Principes.*
20 *Abbatiæ dantur Cardinalibus,vt decentius viuant.*
21 *Cardinales poßunt recipere renunciat.in Epiſcopatibus,& Abbatijs,quæ retinent in commendam.*
22 *Cardinales poſſunt conferre beneficia vacantia in his.*
23 *Cardinales habent indulta conferendi beneficia.*
24 *Cardinales renunciantes Epiſcopatus retinent facultatem conferendi in menſibus Papæ ex indulto.*
25 *Cardinales poſt renunciationem Epiſcopatus non poſſunt recipere renunciationem, neque in menſibus ſuis,quando hoc ſpectat ad Epiſcopum.*
26 *Indulta conceſſa abſque cauſa ſunt minoris auctoritatis.*
27 *Derogatio indultorum intelligitur de extraordinario.*
28 *Collatio beneficij reſignati coram Epiſcopo in menſibus ſpectantibus ad Cardinalem,ex indulto,ſpectat ad tuendum Cardinalem*
29 *Collatio ſpectat ad Papam beneficij reſeruati reſignati coram Ordinario.*
30 *Poteſt conferre,ergo recipere reſignationem,non valet conſequentia.*
31 *In facultate conferendi veniunt vacantia per reſignationem.*

QVAERO 12.principal.an coram
S.Eccleſiæ Roma. Cardinalib.
poſſint beneficia reſignari:ante
quam quæſtioni ſatisfaciã pre
1 mitto triplicem eſſe† ordinem
Rom.Eccleſiæ Cardinalium,vt
tradidit Gondiſal. Villadiego
in tract.de orig.Card.q.3.nu.3.
Manfred.de card.c.4.& concl.7.Pauic.de viſit.p.1.q.
2.col.2.& communiter doct.Nam quidam ſunt Epiſ
copi,quidam Preſbyteri,quidam vero Diaconi.Epiſ-
2 copi†autem ſunt ſex ſcilicet Hoſtien. & Velitren. qui
eſt Decanus Cardinalium,Portuen. Tuſcula. Sabien.
& Præneſtin.Albanen.Martinus Lauden.de Card. q.
88.Pauin.vbi ſupra nu.15.
3 Presbyterorum†autem numerus, ac Diaconorum
fuit diuerſus retroactis temporibus,vt per Manfr.dic.
trac.c.4.hodie vero ex conſtit.50. Sixti.V. Poſtquam
ex anno,2.preſcriptus eſt numerus, vt presbyteri ſint
4 50.Diaconi†vero 14.quibus omnibus aſſignati ſunt
certi tituli,vt patet ex alia conſtit. eiuſdem Papæ 56.
inci. religioſa ſanctorum.anno etiam 2. His breuiter
prefatis diſtinguo,& conſtituo tria capita.
Quorum primum erit in ſex Cardinalibus Epiſco-
pis qui poſſunt recipere reſignationes beneficiorum
5 exiſtentium in ſuis diœceſibus,namq.in dictis†diœceſi
bus habent ius conferendi beneficia ibi vacantia,vt*
communiter tota die ſeruari videmus in vrbe;tum vi
gore facultatis ordinariæ;tum etiam ratione conceſ-
ſionis factæ per Papam in adeptione illius Eccleſiæ,
** vt*quotidie ſeruatur,& eſt cõmunis *opinio,vt per
Cardin.Alban.in tract.de Card.q.46.Ac ibidem ha-
6 bent ius†deſtituẽdi,vt late tradidit Mandoſ. in reg.7.
Cancel.q.1.nu.5.& eſt communis opin.omniũ doct.
7 ergo,& pariter ad ipſos ſpectat*ius admittendi ſeu re-
cipiendi reſignationes illorum beneficiorum cum re
gula communis ſit ad illum ſpectare admiſſionem re
ſignationis ad quem ſpectat ius inſtituendi, & deſti-
tuendi,vt ſupra late probaui,& hæc concluſio nullam
habet difficultatem,nam ita communiter tenetur ,ac
practicatur,nam ſi alij Epiſcopi habent hanc faculta-
tem,vt infra dicetur, tanto magis iſti.
Secundum caput erit in Cardinalibus presbyteris,
& Diaconis in quibus cõſtituenda eſt concluſio,poſ-
8 ſe recipere reſignationes beneficiorum † exiſtentium
in ſuo titulo,& ratio eſt,quia poſſunt conferre illa be
9 neficia,& poſſunt deſtituere beneficiatos,qod ius †eis
competit ratione titulorum,vt tradit Mandoſ.in regu
la.7.Cancell.q.1.nu.5.vbi allegat. Ioan. And. & Abb.
in c.his quæ de maior.& obed.Zabarel.in clemen.ne
Romani.num.4.de elect.Sarn.regula de trien.q.31.n.
16.cum ſeq.nam Cardinales in ſuis titulis habent cor
10 rectionem†& iura Epiſcopalia dic.cap.his q̃ de maior.
& obed.Abb.in c.dilectus ſub nu.12.verſ. nec obſtat
de Capp.Monach.vbi dicit hanc opin.eſſe*quaſi com
munem Iacobac.de conc.lib.2.art.2.n.11.Gundiſ. Vil
ladie.de orig.Card.num.7.Manfred.de Cardin. deciſ.
106.Eneas de Falcon.de reſeru.benef.q.2.princ.num.
10.Director.elect.par.2.cap.35.num.8. ſiue ſint diaco
ni, ſiue presbyteri Arnul.Ru.de iur.regal.priuileg.13.
num.14.& ideo Cardinales poſſunt viſitare perſonas.
11 ſubiectas†ratione titulorum,vt voluit Pauin. de viſit.
part.1.q.2.num.16.& ideo Vicarius vrbis non cogno
12 ſcit de cauſis ſub titulis † Cardinalium Manfred. de
13 Card.q.106.& hac ratione Cardinales tenentur†reſide
re in vrbe Abb.in c. 2.nu.2.verſ.not.13.&c.de cler.nõ
reſid.Card Alex.in c.a filium veſtrum nu.2.1.q.5.Ho-
ſtien.



ſtien.in c.bonæ memoriæ.num.1.de poſtul.prælat.Gã
bar.de author.lega.a Later.lib.5.tit.an legatus poſſ.plu
14 ra benef.vni conferre,num.227.& etiam quia†aſſiſtũt
Papę illum coadiuuando in officio,vt per Ioan.Hug.
de off.præla.1.par.tit.de pap.ſuper nu.3.& ob id dicũ
15 tur pars†corporis Papæ Coraſ.de benef.par.4. c.2.nu.
13.Bellencin.tit.de chari.ſubſid.q.66,nu.5.Iacoba.de
conc.lib.7.art.55.Gig.de penſ.q.59.nu.12.& cardines
16 orbis,Manfr.de Card.deci.45.col.†Eccleſiæ Mant.de
conc.nu.69.fratres Papæ.Ioan.Hug.loco cit. Mem-
bra Papę.Barbat.de præſtan.Card.2.q.Baſil.1.part.nu.
25.Senatores†Eccleſię.Marſil.de eccleſ.redd.c. 13.n.
18 nu.17.& ideo dicuntur reges†Iacob.de conc lib. 1.ar.
1.Redoan.de ſpol.Eccleſiæ.q.3.§.& in hac materia n.
11.ac Diui Manfred.dic.tract.deciſ.70.lucernæ ardẽ
tes,Manfr.deciſ.69.lumina Eccleſiæ, Manfred. deciſ.
19 54. † Maximi, Manfr. deciſ.53. Patres Spirituales,
Manfred. deciſ. 43. Principes , Manfred. deciſ.49.
&c.
Tertium caput erit in Cardinalibus habentibus Ar
20 chiepiſc.Epiſc.ac Abbatias,vel Prioratus†in commen
dam ex diſpenſatione Papæ,& conſuetudine,vt decen
tius viuant,iuxta ea quæ tradunt Mart.Laud. de Card.
q.5.Barba.de præſt.Card.q.12. Gundiſ.de orig.Card.
q.5.Gamb.de auth.lega.a Later.lib.5.nu.230. Alſon.
Hoied.de Incomp.benef.par.1.c.17.nu.29.
In his enim conſtituenda eſt concluſio poſſe reci-
21 pere reſignationes beneficiorum,† vt videtur firmare
22 Gabr.conſ.187.n.2.lib.1.nam poſſunt†conferre bene
ficia vacantia ratione Archiepiſcopatus,Epiſcopatus,
Abbatiæ,Prioratus , vt eſt communis omnium doc.
ſnĩa.ergo & recipere reſignationes,iux.communes re
gulas ſup.traditas.Accedit quia,ſi hmõi facultas com
petit Epiſcopis,vt infra dicetur , ergo, & his qui non
minorem poteſtatem habent,& hinc poſſunt , vt alij
viſitare,vt voluit Io.And.quem refert,& ſequitur Pa-
uin.de viſit.par.1.q.2.num.17.immo maiorem, nam*
23 communiter omnes Card.expediunt†indulta conferẽ
di beneficia, ibi vacantia non ſolum in ſex menſibus
auctoritate ordinaria,ſed etiam in omnibus, nam Pa
pa eis concedit menſes ſuos,& ita*quotidie fieri pra-
cticamur,& adſunt multæ deciſiones Rotę,vt p Put.
& Caputaq.licet videre & egregie totam proſequitur
materiam D.Anaſta.de indult.
Et ſi tales Card.qui habent Epiſcopatus in com-
24 mendam renunciant†dictos Epiſcopatus ſolet eis cõ
cedi indultum conferendi beneficia in menſibus ſpe-
ctantibus ad Papam namq.in alijs menſibus Epiſcop.
conferunt,& ita fieri, & practicari tota die videmus.
Dubium tamen eſt.an d.Cardinales qui habent in-
dulta in eorum Epiſcopatibus renunciatis poſſint re
cipere reſignationes beneficiorum ibi exiſtentium,&
25 quidem†in menſibus Epiſcopi clara,& communis eſt
ſnĩa non poſſe,quia nulam habent in his auctoritatem
nam per renunciationem fuit abdicata,iuxta commu
nes regulas de quib.ſupra.In menſibus autem ſuis, in
quibus poteſt conferre dubium eſt,ſed vera conclu-
ſio eſt non poſſe, etiam hoc caſu recipere reſignatio
nem,ſed hoc ſpectare ad Epiſcopum, vt in terminis
conſuluit Gabr.conſ. 187. ſub num.5.verſ.cum igi-
tur Cardinalis,& num.6.verſ.itaque lib.1.
Et ratio eſt,quia ad Epiſcopum ſpectat deſtitutio,
ergo ad ipſum receptio reſignationis Card. Zaba.in
clem.1.q.7.de rerum permu.Eoq.magis hoc ꝓcedit
in his,qui habent indulta in Eccleſijs Metropolita-
nis,vel cathedralibus abſq.cauſa,vt quia ſcilicet illa ha
buerunt non ex cauſa ceſſionis,exemplum in indultis
conceſſis triennio elapſo pluribus Cardinalibus a Six-
26 to V.Nam talia indulta†ſunt minoris authoritatis Put.
deciſ.93.lib.3. vbi refert derogationem indultorum
27 int elligi de indulto extraord.non autem†de ordina-
rio,ita fuiſſe deciſum in vna Tole.Canonicatus, & p̃-
bendæ coram Peregrino 26. Martij.1548.Limitatur
tamen hæc nõ procedere, ſi in indulto cõceſſa fuerit
huiuſmodi facultas,namque eſſemus in claris &c.
Dubium tamen eſt notabile,quia vt dictum eſt ex
communi*opi.reſignatio eſt facienda coram Epiſco
po,& non coram Cardinal. habente indultum, non
ſolum in menſibus, in quibus Epiſcopal. poteſt
conferre,ſed etiam in alijs ſpectantibus ad Cardinalẽ.
Si reſignatio beneficij fuerit facta coram Epiſc.in mẽ
ſibus,in quib.habebat conferendi poteſtatem Cardi
nalis,an debeat conferre illud beneficium reſignatum
Epiſcopus, recipiens reſignationem , an Cardinalis
omiſſis quę hinc inde adduci poſſent,vera eſt conclu
28 ſio collationem†ſpectare ad Card.quam opi.tenuit cõ
ſulendo Gabr.d.conſ.179.li. 1.in quæſtione,quæ erat
inter Cardinalem Vrbin.habentem indultum ſuper
Archiepiſcopatũ Vrbinatem.& inter Archiepiſ.& ſul
citur Primo,quia communis doct.ſnĩa eſt,quod ſi re-
nunciatio fiat coram Ordinarijs in menſibus reſerua
29 tis Papæ†collatio ſpectat ad Papã,& nõ ad Epiſcopũ
recipientem ipſam reſignationem, ergo & pariformi
ter dẽt ſpectare ad Cardinalem,qui ſuccedit in iure ip
ſius Sum.Pontificis per indultum ab eo conceſſum,q.
habet ampliſſimam,& abſolutam in beneficialibus au
ctoritatem.c.2.de prę̨b.li.6.cle.1.vt lit. pen.in ſi.Guil.
Laud.in cle.ſi Roma.de præb.
Secundo quia diuerſa ſunt receptio reſignationis,
& collatio beneficiorum reſignatorum,cum collatio
poſſit pertinere ad eum,qui non poteſt deſtituere,re
ſignatio autem ad eum dumtaxat,qui habet auctorita
tem inſtituendi,& deſtituẽdi,vt ſupra latiſſime eſt cõ
probatum.ergo non valet conſequentia, poteſt reci-
30 pere† reſignationem ergo poteſt conferre beneficia
reſignata,Rot.deciſ.1.de renun.vbi ponit exemplum
in Vicario Epiſcopi,Bellam.deciſ.4.Zaba.in clement.
1.q.7.de rerum permut.
Tertio quia ſi poteſt Papa ob maximam,& abſolu
tam poteſtatem,quam in beneficialibus hẽt, auferre
facultatem conferendi competentem Epiſcopo,& al
teri illi dare Sarn.de Grat.expec.num.12.Ergo multo
facilius poteſt prouidere,ne Epiſc.facultatem confe-
rendi adipiſcatur eamq.alteri , antequam Epiſcopus ,
fiat reſeruare arg.l.patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui
vel.al.iuris.
Nec obſtat,quod facultas conferendi non compre
hendat vacantia per reſignationem,nam reſpondetur
quod huic nõ datur de nouo facultas,ſed indulgetur
vt poſſit retinere illam,quam prius habebat.
Secundo reſpondetur in facultate conferendi con
31 tineri vacantia per reſignationem †c.ex parte de off.de
leg.Collec.in cap.pro illorum colum.prima de præb.
glo.in c.ſi propter verb.vocarunt de reſcr.libro ſexto
Bellam deciſi.611.Caſſado.deciſi. quinta de præb.eo
magis,quia in indultis ſolet apponi clauſula , quo-
modocumq.vacauerint, vnde omnis modus vacatio-
nis venit, Felyn. in cap.in noſtro corol.37.de re-
ſcript.
Et hoc eſſe verum patet,quia excipitur in indul-
tis vacantia per reſignationem in curia , ergo aliter
vacantia includuntur ,vt late per Gabr.d.conſilio.187
col.vlt.

QVAE-

## QVAESTIO XIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatorum triplex eſt ſpeties.*
2 *Legati nati qui.*
3 *Archiepiſcopus Eboracen.& Cantuarieu.ſunt legati res.*
4 *Legati miſſi ſunt Nuntij.*
5 *Legati de latere ſunt Cardinales.*
6 *Legati de latere vtuntur inſignijs Apoſtolicæ poteſtatis.*
7 *Legati de latere quando vtuntur his inſignijs.*
8 *Cardinalis monachus Legatus,an vtatur his inſignijs.*
9 *Renũciatio beneficij non poteſt fieri coram legatis natis,& miſſis.*
10 *Legati nati,& miſſi non poßunt inſtituere,& deſtituere.*
11 *Nuntijs Hiſpanis aliquando conceditur facultas conferendi vſque &c.*
12 *Atteſtatio Nuntij de actu renunciationis,quando faciat fidem.*
13 *Facultas data Nuntio conferendi,non includit Canonicatus.*
14 *Facultas data Nuntio reſeruandi penſionem,non includit recipiendi renunciationem in fauorem.*
15 *Legati de latere poſſunt recipere renunciationem.*
16 *Legati de latere recipiunt permutationes.*
17 *Legati de latere non poſſunt recipere reſignationem in fauorem.*
18 *Legatus de latere non poteſt committere receptionem reſignationis,& collationis.*

QVæro 13. principaliter an legati
poſſint recipere reſignationem
beneficiorum? prẹmittendum
1 eſt triplicem eſſe ſpeciem legatorum,
vt ſcribit gl. communiter
recepta in c.1.de of.legat.in
in c.1.eo.tit.lib.6.Spec.eo.tit.§.
ſequitur,Gamb.in tract. de aucto.leg.a
later.in exordio.nu.7.& 8.Gundiſ.in cod.
2 trac.q.3.Nam quidam dñr legati†nati,quibus eſt annexus
perpetuus legationis honor,cum inhæreat dignitati,
quæ perpetua eſt c.quoniam Abbas,& ibi* communiter
doc.de off. deleg.exemplum in Archiepiſc.
3 Cantuarien.†& Eboracen.qui cum primum Achiepiſcopi
facti ſunt,Legati eſſe dicuntur,ca.1. de offic.leg.
& ideo morte Papæ eorum poteſtas,& honor non expirat
c.præſenti.§.finitur hoc tit.lib.6.
4 Quidam vero ſunt†qui appellantur miſſi, nam a Sede
Apoſtolica mittuntur ſpecialiter, Cardinalatus tamen
honore non fulgent,ſunt tamen prælati,& viri experti,
exemplum in Nuntijs Hiſpaniarum,Franciẹ,Poloniæ,
Venetiarum,Neapolit.Sabaudiẹ,& Florentiẹ.Quidam
autem dicuntur Legati de Latere,& hi ſunt Car
5 dinales†conſtituti Legati a Sede Apoſtolica, & a Summo
Põtifice,qui ſimiliter dicunt miſſi, ſed ſpecialiter
de latere,cum ſint pars corporis Papæ c.Eccleſia Sena
6 tum habet* 16.q.1.& hi vtuntur inſignijs† Apoſtolicæ
dignitatis.c.antiqua.dẹ priuileg.quæ ſunt Palafrenus
albus,frenum,& calcaria deaurata,vt tradũt docto. in
dic.c.antiqua,Hoſtien.nu.12.Abb.nu.4.Ant.de Butr.
nu.10.qui dicit hẹc eſſe inſignia Papalia. Card.Iacob.
de conc.lib.1.art.1.num.184.Barba.de Card.leg.q.1.
nu.4.Gamb.in cod.tract.lib.2.§.illud.num.21.Gundiſal.
in cod.tract.c.5.num.1.vbi addit,quod proceſſionaliter
intrant ciuitates,& oppida ſub palio.& quam
7 uis†Hoſtien.& Abb.locis citatis dicãt vti his inſignijs
cum tranſeunt mare Iacob.d.art.1.nu 238. tamen hodie
vtuntur etiam ſi non tranſeant mare, Gamb.dic.
trac.lib.1.nu.4.vbi atteſtatur, ita vidiſſe ſeruari * plu
8 ries,verum ſi Cardinalis Monachus mittatur†trãs mare
poterit vti his inſignijs,Cardina.in dict.c. antiqua,
ſequitur Gamb.dic.tracta.lib.2.§. illud. num. 24. His
præmiſſis duæ concluſiones ſunt conſtituendæ.

Prima concluſio coram legatis natis,vel miſſis non
9 poſſe fieri renunciationem beneficiorum †vt eſt communis*
opin.omnium docto.quam tenent omnes citandi
in ſequenti concluſione,& probatur,quia hi nõ
10 habent facultatem inſtituendi,†& deſtituendi vt egregie
videtur probare tex.in c.1.de off.leg.lib.6.ibi.*Proinde
præſenci decreto ſtatuimus,vt Eccleſiæ Romanæ
legati,quandocumque plenam legationem obtineant,
ſiue a nobis miſſi fuerint,ſiue ſuarum prætextu Eccleſiarum
legationis,ſibi vendicent dignitatem ex ipſius
legationis munere conferendi beneficia, nullam habeant
poteſtatem,niſi hoc alicui ſpecialiter duxerimus
indulgendum.*ergo minus habebunt facultatẽ recipiendi
reſignationes ex regulis communibus ſupra
* poſitis,& ita *practicari videmus.

Limita tamẽ,niſi habuerint ſpecialem facultatem,
nam legati miſſi ſolent habere huiuſmodi facultatẽ
11 in beneficijs,vſque ad certam ſummam,vel alias † nam
hoc caſu poſſent recipere reſignationes, & conferre,
vnde in Nuncio Hiſpaniarum habemus deciſio.Rot.
Moedan.178.vacante.vt lit.penden.& alias fuit * reſolutum
in Rota in vna Leodicen. Coram Qui roga
6. Martij prouiſionem Nuntij, in qua dicebatur
12 per reſignationem in manibus noſtris factam †cum ſide
Notarij a tergo prouiſionis, quod N. conſenſit
per procuratorem , & quod conſtet de mandato,
facere fidem,& eſſe Canonizandam, vt habetur
lib.diuerſ.deciſ.118.vbi atteſtatur eſſe de ſtilo Rotæ,
* & alias in Rot.in vna* Vlisbonen.beneficij 12.Aprilis
1562.coram Capizucco fuit tentum credi litteris Nũtij
de prouiſione facta in prẹiudicium prouiſi Apoſto
13 lici teſte Caput.deciſ.151.lib.1. Et alias † coram Ptolom.
vt habetur deciſ.49.in manuſcr.fuit reſolutum facultatem
datam Legato conferendi,& recipiendi reſignationem
non includere Canonicatus in Cathedrali,
limita niſi facultas hõmi fuiſſet data per verba q̃cumque,
& qualiacumque,nam hoc caſu veniunt dignitates,
vt fuit reſolutum in vna Barchinon.præceptoriæ
teſte Creſcent.deciſ. 32. incip. an facultas in
14 manuſcr.vt alias†fuit reſolutum, quod facultas Nũciorum,
vt poſſint reſeruare pẽſiones ex cauſa reſignationis
cedentibus,vel alijs perſonis non includit, vt poſſint
admittere reſignationes in fauorem teſte Put. deciſ.24.
de reſign.in manuſcr.

15 Secunda concluſio coram Legatis†de latere poſſe
fieri renunciationem vt ſcribunt Io. And.in c. deliberatione
num.1.de off.lega.lib.6.Abb.in c.vlt.nu.4. de
renunc.vbi damnat opin.Hoſtien.Petri de Anchar.in
c.dilecti num.2.de præben.Boer.de lega.q.2.Rebuff.
in ſua prax.tit.de reſignat.condit.nu.5. Gamb.de aucto.leg.
a late.lib.6.de penſ.nu.163. cum ſeq. Anchar.
Gemin.Franc.& alij communiter in c.ſi Abbatem de
elec.lib.6.

Idque probatur in d.c.ſi Abbatem vbi loquitur de
Abbate exempto electo in Epiſcopum,& quæritur,a
quo ei debeat dari licentia tranſeundi in Epiſcopatũ.
Reſp.*& tamen ab alio quam a nobis,vel ab Apoſtolicæ
ſedis*



*licæ ſedis Legato, ſi ſit in prouincia de latere noſtro
miſſus,dari non poteſt licentia ſuum deſerendi monaſterium,
& ad veſtram.Eccleſiam tranſeundi &c.*Legati
ergo a latere recipere poſſunt reſignationes beneficiorum.

Secundo probatur ex d.c.1.de off.leg.lib.6.vbi poſt
quam dixit legatos natos,& miſſos non poſſe conferre
ſubdit,quod *confratribus noſtris legatione fungen
gentibus nolumus obſeruari,quia ſicut honoris prærogatiua
lætantur,ſic eos auctoritate volumus fungi ampliori*,
& tradit Io.Brun.de poteſta.lega.14.
* Tertio, quia huiuſmodi facultas ſolet eis dari,vt *
practicari videmus in quibuſdam beneficijs certæ
quantitatis.
16 Hinc eſt,quod poſſint†auctoritatem præſtare permutationibus
beneficiorum,Bellam.tract.de permut.
par.2.q.6.Federi.quem refert,& ſequitur.Gamb.lib.5.
de aucto.lega.a lat.tit.de permut.nu.2.cum ſequen.
Declara primo, vt poſſint recipere reſignationem
17 beneficiorum ſimpliciter,non autem poſſunt†in fauorem,
vel cum penſione Rebuff. de reſign. cond. nu.5.
* Gamb.loco cit.& communiter * docto. Dicit etiam
Rebuff.quod ſi fiat in fauorem coram legato, poteſt
legatus reijcere conditionem,& admittere ſimpliciter
de qua re ſuo loco dicetur.
18 Declara†ſecundo,vt legatus nõ poſſit committere
receptionem reſignationis,& collationem ipſius , Io.
And.in rub.de renun.n.7.per c.penul.de offic.deleg.
de qua re vide Imol.in clem.1.nu.4.de probat.& dicã
in vlt.q.limitatur etiam alijs modis, vt per Gundiſal.
de leg.q.11.per Gamb.loco cita.

## QVAESTIO XIIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Coram Epiſcopis,Archiepiſc.poteſt fieri renunc.*
2 *Epiſcopus eſt Ordinarius collator.*
3 *Epiſcopus inſtituit non obſtante &c.*
4 *Epiſcopus poteſt deſtituere.*
5 *Clerici ſunt ſubiecti Epiſcopo.*
6 *Beneficia reſeruata poſſunt reſignari coram Epiſcopis.*
7 *Beneficia reſeruata poſſunt permutari corã Epiſcopis.*
8 *Beneficia iuriſpatronatus poßunt coram Epiſcopis renunciari.*
9 *Renunciatio beneficij iuriſpat.debet fieri cum conſenſu patroni.*
10 *Beneficia electiua poßunt renunciari coram Epiſc.*
11 *In renunciatione beneficij electiui requiritur conſenſus eligentium.*
12 *Renunciatio ſit coram confirmante.*
13 *Epiſcopus poteſt recipere renunciationem,etiam beneficij ſpectantis ad collationem Cardinalis ratione indulti.*
14 *Epiſc.non poteſt conferre,niſi in menſibus ſuis.*
15 *Renunciatio debet fieri coram Epiſcopo,quamuis inſtitutio ſpectet ad inferiorem.*
16 *Sub facultate inſtituendi non includitur facultas deſtituendi.*
17 *Inferior habens ius inſtituendi confert beneficium renunciatum coram Epiſcopo.*
18 *Inferior poteſt conferre,non autem recipere renunciationem.*
19 *Inferior poteſt recipere renunciationem cum habet ius deſtituendi.*
20 *Deſtitutio competit Epiſcopis.*
21 *Ius inſtituendi , & deſtituendi colligitur ex vltimo ſtatu.*
22 *Habentes iura Epiſc.poſſunt facere,quæ Epiſ.poteſt.*
23 *Epiſc.poteſt recipere renunciationem benefi. etiam in curia.*
24 *Beneficia,quæ vacant in Curia,conferuntur per Papã.*
25 *Epiſcopus non poteſt conferre beneficium renunciatũ coram ipſo in Curia.*
26 *Epiſcopus poteſt conferre beneficia etiam in Curia.*
27 *Epiſc.poteſt conferre benefi.volentium intrare religionem.*
28 *Profeſſio inducit renunciationem benefic.*
29 *Epiſcopus poteſt recipere renunciationem ſibi ſubiecti abſque capitulo.*
30 *Epiſcopus poteſt recipere renunciationem beneficij obtenti per alium Epiſcopum.*

QVæro 14. An coram Epiſc.vel
Archiep.poſſit fieri reſignatio
beneficiorum. communis omnium
1 doc.ſententia eſt†affirmatiua,
quam tenuit Cardin.Zabar.
in c.dilecti num.1.de prẹb.
Abb.Imol.nu.2. Ant. de Butr.
num.9.verſ.opp. in c.admonet
de renun.Idem Imol.in c.ſignificatum.num.5. de p̃b.
Rebuſſ.de pacif.poſſ.nu.104.Fuſc.de viſit.lib. 2.c. 10.
num.19.&c.28.num.11.Lamber. de iur.patr.5.art.5.
q.princ.3.lib.2.& in 2.ar.q.9.princ.1.p.1.lib.num.40.
& paſſim alij ſcribentes.Idque probatur in d.c. admonet
de renun.ibi.*Abſq.aſſenſu tuo intrare audeant,detinere,
inconſulto.&c.*& in cle.multorum de pœn.ibi,
*ſane reſignationes beneficiorum modo ſupraſcripto extortas,
licet a reſignantium ipſorum prælatis recepta
&c.*& in c.1.de rer.permut.lib.6.ibi.*libere ſine fraude
ĩ manibus tuis ipſa reſignent.*& alibi ĩ ĩfinitis locis.
2 Et ratio eſt,†quia eo ipſo,quod quis eſt Epiſc. eſt
etiam ordinarius collator c.omnes baſilicẹ,&c.nullus
16.q.7.cum olim de præſcr.Card.Zaba.in cle.1.q.14.
in fi.vt lit.pen.omnium beneficiorum in tota ſua diœceſi,
& vniuerſa ſpiritualia exercet,atq. in his dicitur
habere fundatam intentionem de iure communi c.cũ
ex iniuncto in fi.de hære.Feder.de Sen.conſ.234.ſuper
1.col.vlt.verſi.ſed quaſi.caſu p̃nti, Dec.conſ.117.
& pro tenui num.1.& conſ.152.in prin.cum alijs , vt
per Mand.reg.14.Cancel.q.5.num.2.Achil. de Graſſ.
* deciſ.85.Accorambo.deciſ.44.& communiter* doc.
quod procedit etiam ſi fundator ordinaret,quod in
4 ſtitutio†non ſpectet ad Epiſc.c.ſic quidam,&c. nouerit
10.q.1.Inn.in c.in Lateran.in fi.de præb.Abb.in c.
requiſiuiſti.col.pen.num.27.de teſta.Feli.in c. cum venerab.
n.33.de except.vbi alia adducit, Dec. conſ.135.
col.2.in prin.ac etiam Epiſcopus in ſua diœceſi non
4 ſolum habet facultatem inſtituendi,vt probatum†eſt,
ſed etiam deſtituendi.c.1.verſ.vt ex ſolius Epiſcopi.de
Cap.monach.c. cum ex iniuncto in fi.de hæret.c.multis
diſtin.16.c.decretum cum ſeq.10.q.1.c.ex frequentibus
de inſtit.Chriſtoph.Roſſiniac.de beneſ.c.14. n.
43.Mand.reg.13.Canc.q.4.num.verſ.eſt etiam Epiſc.
conſ.121.in cauſa in princi.& ita communiter tenetur
5 Quando quidem receptum ſit omnes clericos † eſſe
ſubiectos Epiſc.c.cum venerab.& ibi omnes de exce
pt.ca.1.de off.ord.c.cum Epiſc.eod.tit.lib.6.ergo Epiſcopi
poterunt recipere reſignationes beneficiorum,
cum poſſint inſtituere.& deſtituere,Inno.in c.cum in
dubijs ſub num.3.de renun.Zabarell.conſi. 112. in 5.
dub.

* dub.Card.Alex.in c.denique nu.4.6.q.3.& communi
ter docto.vt ſupra dictum eſt.
6 Amplia primo,vt beneficia reſeruata†poſſint reſi-
gnari coram Epiſc.qui poterunt reſignationes dicto
rum beneficiorum recipere,non autem illa conferre,
Lap.in add.ad trac.Feder.de rer.permut.q.38.ſub nu.
62.in fin.Rot.deciſ.4.de renun.per Biſignet.Rota de
rer.permuta.in nou.Caſſad.deciſ.4.n.9.de præben.ex
dicta autem reſignatione vacat beneficium, & debet
per ſummum Pontificem conferri,ita ſi permutatio
7 †beneficiorum reſeruatorum fiat coram ordinariis p
mutantes debent recurrere ad Papam pro perfectio-
ne reſignationis Ro.dec.1.de rerum permuta.in no-
uis,Caputaq.dec.78.par.3.de qua re vide dec.45.p.1.
eiuſdem Caput.
8 Secundo Amplia,vt etiam beneficia iuriſpatrona-
tus poſſint coram Epiſc.reſignari accedente conſen-
ſu patronorum,Ant.de But.in c.quod in dubijs nu.7.
ver ſed nunquid & in c.vlt.nu.5.de ren.Abb.ſub nu.
3.Idem Abb.in c.quod in dubiis.n.6.de renu. Anan.
in c.ex inquiſitione de ſim.Zabarel.in clem.1.nu.18.
de renun.Boniſ.Vital.ibid.num.37.Fran.in c.1.nu.7.
de rer.perm.li.6.Put.dec.412.num.2.li.1.& communi
* ter*omn.Docto.vt ſupra dixi.
Quod probatur in c.in Lateran. de præ. & in c.ad
hæc §.vlt.de off.Archid.Turr.Cremat. in c. deniq.n.
2.6.q.3.Hoſt.in ſum.de renunc.num.8.
Ex quo infertur,quod ſi ad Abbatem aliquem,vel
9 alium in maiori dignitate conſtitutũ†ſpectet præſen-
tatio in tali beneficio,& ad epiſcopum loci confirma
tio,& inſtitutio,renunciatio debet fieri coram epiſco
po accedente conſenſu Abbatis,vt in terminis volue
runt Inno.in c.vlt.ſub num.2.verſ.Abbas de renunc.
Card.Zabarell.in clem.1.nu.18.verſ.vnde,eo.tit.& ibi
Anch.Ant.de Butr.in dict.c.vlt.nu.5.Abb.nu.3. verſ.
quæro de presbytero.de renun.Car.Alexan.in c.deni
que ſub nu.5.6.q.3.& communiter Docto.
Amplia tertio in beneficijs electiuis,in quibus pro
ceditur per viam electionis,quæ exigunt confirmatio
10 nem†ſuperioris Zabarell.in clem.quia cõtingit §.vt au
tem num.2.de relig.dom. horum autem beneficiorũ
11 Epiſcopus reſignationem†recipit cum conſenſu eligẽ
tium,Paul.quem refert,& ſequitur Card.Zabarell. in
dic.clem.1.nu.18.verſ.dicit etiam & ibi Boniſ. de Vi
tall.num.37.de ren.Ant.de Butr.in dic.c.quod in du-
biis.num.6.Franc. in cap.1.num.7. de renun.permut.
lib.6.Præpoſ.dic.c.denique num.5.6.q.3. nam regula
12 riter†renunciatio fit coram confirmante gl.in clem.1.
verb.manibus,de renunc.Hoſt.in c.vlt.nu.2. eod.tit.
extr.& eſt communis Doct.ſententia.
Amplia quarto etiam ſi ad Cardinalem ratione in-
dulti conceſſi a ſummo Pontifice ſpectet Inſtitutio,
13 nam nihilominus poteſt recipere reſignationem †Ga
briel.con.187.lib.1.Epiſcopus enim in menſibus ſuis
poteſt recipere reſignationes,& cõferre, in menſibus
vero,in quibus collatio ſpectat ad Cardinalem ratio
ne indulti,epiſcopus poteſt etiam recipere reſignatio
nem,non tamen conferre,ſed Cardinalis habebit col
lationem,Gabriel.d.conſ.187.& dixi ſupra,& eſt com
14 munis opinio,vt epiſcopus habens alternatiuam† ad
ſex menſes,vt in alijs non poſſit cõferre,vt fuit reſolu
tum in vna Corduben.10.Decemb.1546.coram Ant.
Auguſt.teſte Put.deciſ.107.lib.2.
Amplia quinto pari rationi etiam ſi ad inferiorem
15 ſpectet inſtitutio,nam nihilominus†reſignatio bene-
ficiorum debet fieri coram epiſcopo Fed.de Sen. &
Inn.quos refert & ſequitur Fran.in c.1.num.8. & nu.
11.de rer.perm.Card.Zabarell.in clem.1.n.18.de ren.
vbi allegat.Arch.in c.deliberatione de of.le.li.6.Abb.
in c.quod in dubijs ſub.nu.6.de renunc.& eſt com-
munis Doct.ſententia.
Nam epiſcopus,vt ſupra dictum eſt,habet fundatã
intentionem,& ille inferior habet dumtaxat faculta-
16 tem inſtituendi,ſub qua non includitur † facultas de-
ſtituendi,cum hæc ſint diuerſa, Rot.dec.5.de renun.
in antiq.Gabr.d.conſ.187.col.2.li.1.ſed eſt penes epi-
ſcopum,qua ratione coram ipſo debet fieri renunc.
Rot.deciſ.8.de renunc.in antiq.
17 Collatio autem † debet fieri ab ipſo inferiore ha-
bente ius inſtituendi,vel ab epiſcopo cum illius con-
ſenſu Card.Zabarel.in clem vnica.nu.18.de rer.perm.
Fran.in d.c.1.num.11.eo. tit.li.6.arg.c.ad hæc §.vlt. de
off.Archidi.cum alijs allegatis per Zabarel. Ad quod
accedat quod dictum eſt in ſuperiore ampliatione ex
con.Gab.187.li.1.Vlterius comprobatur,quia permu
tatio quoq.beneficiorum ſpectantium ad collationẽ
inferioris fit corã epiſcopo cum cõſenſu ipſorum ha
bentium conferre.Hoſtien.in c.quęſitũ,quem refert,
& ſequitur Franc.d.c.1.ſub.nu.8.Feder.de Sen. de per
mut.benefi.q.22.
18 Vnde conſtituenda †eſt concluſio inferiorem epĩ
ſcopo poſſe conferre,non autẽ recipere reſignationes
& auctorizare permutationem, nam hæc ſpectant ad
epiſcopum,Hoſt.in ſum.de rer.permut.verſ. ſed nun-
quid & verſ.ſeq.Archid.Io.Monac.Gem.nu.18.Fran.
num.8.& alij communiter in d.c.1.de rerum permut.
gl.penult.in clemen.1.eo.tit.Cald.conſ.7.eod.tit.Abb.
in c.quæſitum num 4.eod.tit. vbi atteſtatur de com-
muni,vt epiſcopus habeat duntaxat facultatem deſti
tuendi.Fed.de Sen.in trac.de perm.benef.q.22. qui &
ſi dicat eſſe mirabile vt hoc caſu conferat epiſcopus,
cum vacent beneficia per reſignationem,licet ad ipsũ
non ſpectet collatio,tamen hoc dictum debet intelli-
gi de conſenſu inferioris,per ea,quæ ſup.dic.ſunt
19 Limita primo niſi†iſte inferior cum facultate inſti-
tuendi habeat quoq.ius deſtituendi,nam hoc caſu poſ
ſet recipere reſignationes illorum beneficiorũ ita in
terminis Inn.in d.c.quod in dubiis nu.3.verſ. niſi de
* renunc.Abb.num.6.verſ.ſed eſt dubium,&*eſt com-
munis opinio iux.ea, quæ ſupra dicta ſunt abunde.
20 Nam licet deſtitutio competat †dumtaxat epiſcopis,
vt eſt communis opi. teſte Abb.in d.quæſitum. nu.4.
de rerum permut.tamen poteſt alijs competere,& ius
21 inſtituendi†colligi ex vlt.ſtatu tenuit*Rota in vna Se-
gobien.benef.coram Cotta 30.martij 1576.& in alia
* *placentin.Archid.de Medellin.coram R.P.D.Blan
chetto die veneris 3.Maij.1576.ita & ius deſtituendi.
Limita ſecundo, niſi inferior prælatus haberet ius
epiſcopale in reſignandis beneficijs,ſeu permutandis,
vt colligitur ex his,quæ ſcribit Abb.d. c. quæſitum n.
5.verſ.idem tamen intelligas de rerum permut.Franc.
in d.c.1.num.8.verſ.hoc limitat & nu.9.ver.quod in-
tellige eod.tit.lib.6.Fed.de Sen.de permu.benef.q.23.
& q.26.& communiter doct.
Et ratio eſt, quia tales habent ius epiſcopale & iuriſ
22 dictionem epiſcopalem,ac ideo exercent†omnia iura
epiſcopalia,quæ ſunt iuriſdictionis,Inn.in c.2.de tran
ſact.Abb.c.quęſitum.num.4.
Tertio,limita niſi inferior acquiſiuiſſet hanc facul
tatem recipiendi reſignationes ex priuilegio,ſeu con
ſuetudine,nam tunc poſſet etiam,ſi ad illum non ſpe-
ctaret deſtitutio vt ſcribit Io.And. in c. ſignificatum
in verb.dimittere de præb.quam ad hoc refert,& ſeq-
tur Abb.in d.c.quod in dubiis ſub num.6. ꝓpe fi.ver.
de



de conſuetudine,Boniſ.de vital.in cle.multorum. nu.
60.de pœn.vbi dicit, quod ita practicatur.
Amplia 6.vt Epiſcopus poſſit recipere reſignatio-
23 nem benefi.exiſtentium†in ſua diœceſi etiam in Cu-
ria,Gabriel.conſ.187 nu.4.li.1.alleg.dec.Rot.23.col.
2.in nou.quæ eſt.1.de rerum permut.quamuis con-
trarium voluerit Gam.in c.1.n.131.de rerum permut.
li.6.adducit rõm,quia id eſt voluntariæ iuriſdictionis.
Sed tunc beneficia dicuntur vacare in Curia per reſi-
gnationem,vt eſt communis opinio, de qua dicetur
ſuo loco,& per conſequens collatio ſpectat ad Papã,
24 cui ſunt ſpecialiter reſeruata beneficia†vacantia in Cu
ria c.2.de præb.lib.6.vbi omnes Doct. Sarn. de trien.
q.31.nu.19.cum ſeq.cum alijs,vt per Mandoſ.reg. 5.
Canc.q.1.vel ad Card.habentem indultum,in quo ſo
let dari facultas cõferendi omnia beneficia vacantia
ꝓterquam per reſignationem in Curia coram ſumm.
Pontifice,videtur conceſſa facultas conferendi vacan
tia per reſignationem in Curia coram Epiſcopo, ita
arguit,& concludit Gabriel.dic.conſ.187.col.vlt.lib.
25 1.Ex quo patet†Epiſcopum tali caſu non poſſe con-
ferre beneficium reſignatum corã ipſo, vnde melius
eſſet admittere reſignationẽ,extra curiam in ſua dio-
cœſi, vel in alterius, nam tunc poſſet conferre bene-
26 ficia coram eo reſignata,†etiam in Curia ipſo Epiſco
* po degente,vt fuit*reſolutum in Rot.coram Put.te-
ſte eod.deciſ.167.lib.1.
27 Septimo Amplia†procedere etiam in benef.volen-
tium intrare religionem,Imol.in c.admonet nu.7. de
renun.Maiol.de irreg.li. 3.c.6.vbi etiam dicit.num.4.
28 quod eorum profeſſio†ẽt incõſulto ſuperiore inducit
renunc.& vacationem beneficij,Sylu verb. religio.2.
q.8.Abb.in c.quod Dei de ſtat.monac.D. T.2.2.q.vl.
ar.7.Abb.in c.Admonet 2.lectu.col.vlt.verſ.oppono,
quod de renunc.& eſt communis opinio.
Octauo amplia,vt poſſit Epiſcopus ſolus recipere
29 renunc.inferioris prælati ſibi ſubiecti†& honorabilis
membri abſq. conſenſu capituli,vt notat Abb. ex illo
tex.in c.lecte.nu.3.not.etiam.3.de renun. & ibi Ant.
de Butr.*& eſt communis opinio.
Nono amplia vt poſſit Epiſcopus,recipere renun-
30 ciationes beneficiorum obtentorum†per alium Epi-
ſcopum Abb.in c.ad ſupplicationem nu. 5. de renun.
vbi notat caſum ſingularem,quod propter beneficiũ
receptum par in parem habet poteſtatem contra l.nã
& magiſtratus ff.de arbitris,c.innotuit de elec. Ripa
in l.ſi conſtate nu.78.ff.ſol.mat.quod poteſt vendica
re ſibi locum,vel quia Epiſcopus habeat retentionem
beneficiorum in adeptione Epiſcopatus, quæ datur
quandoq.a ſum.Pont.in Conſiſtorio *vt tota die vi-
demus,vel quia relicto Epiſcopatu habeat beneficiũ
vt viuat,vt tradit Abb.in dict.c.ad ſupplicationem n.
6.& nu.9. de renunc.

## QVAESTIONIS XV.

### SVMMARIVM.

1 *Abbas non exemptus non poteſt recipere renunciationem.*
2 *Inſtituti ab Abbate non adminiſtrant niſi de licentia diæceſani.*
3 *Abbas exemptus poteſt renunciationem beneficij recipere.*
4 *Abbas exemptus habet eccleſiam pleno iure ſibi ſubiectam.*
5 *Abbas exemptus habet magnam Iuriſdictionem.*
6 *Abbatia,& Epiſcopatus æquiparantur.*
7 *Abbatia,quæ.*
8 *Abbas exemptus poteſt deſtituere.*
9 *Abbas exemptus poteſt viſitare.*
10 *Abbas exemptus habet correctionem.*
11 *Abbas exemptus maiorem poteſtatem habet in monachos,quam Epiſcopus in clericos.*
12 *Epiſcopi ſunt Ordinarij.*
13 *Abbas eſt,prælatus,& Ordinarius.*
14 *Epiſcopus non poteſt ſe intromittere in eccleſiis ſubiectis Abbati.*
15 *Habere eccleſiam pleno iure quid importet.*
16 *Abbas poteſt præſtare conſenſum alenationi.*
17 *Abbas poteſt recipere permutationes.*
18 *Renuncio facta coram Abbate habente temporalia eſt nulla.*
19 *Abbas non poteſt renunciare in manibus ſubditorũ.*

QVæro.15.principaliter an coram Abbati-
bus poſſit fieri reſignatio beneficiorum?
diſtinguendum eſt,& duo capita conſti-
ta de præſc.Abb.in c. extranſmiſ.2. colu.verſ.tertius
Caſus.
Tertio declara,vt in caſibus in quibus Capitulum
Sede vacante poteſt recipere reſignationes benef.& il
la conferre,debeat hoc facere ante prouiſionem fa-
46 ciendam†in Conciſtorio de prælato,quia tunc vacat
ſedes,facta autem huiuſmodi prouiſione nequaquam
poteſt,& hæc eſt*communis opinio ab omnibus rece
47 cepta,etiam antequam capiat poſſeſſionem †vt fuit re
ſolutum in ſimilibus terminis in Rot.in vna Burg.Ca
nonicatus die veneris 28.Ian.1583.coram R.P.D.Sci
pione Lancelotto tunc Auditore Rotę nũc Car. Am
48 pliſſ.nam vacatio†durat vſq.ad confirmationem,gl.in
clem.1.verbo collato,vt lite pend.Fel.in c.cum Bertol
49 dus num.3.de iudic.& prouiſio†Apoſt.habet vim ele
ctionis& confirmationis,Cal.con.4.de elec. Fel. in c.
2.col.de reſcrip.

## QVAESTIO XXIIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vicarius Epiſcopi non poteſt recipere reſignationes
beneſi.*
2 *Facultas admittendi renunciationem debet ſpeciali-
ter committi*
3 *Epiſcopus poteſt dare vic.facultatem recepiẽdi renu.*
4 *Vic.non poteſt virtute generalis mandati recipere re-
nunciationes.*
5 *Vicarius non põt vigore generalis mandati conferre.*
6 *Vicarius habens facultatem adminiſtrandi ſpiritua-
lia & temporalia non poteſt recipere reſignationẽ.*
7 *Vicarius ex facultate omnia faciendi , vt epiſcopus
non poteſt conferre.*
8 *Conferre plus eſt,quem admittere renunciationes.*
9 *Commiſſio vic.interpretanda,quatenus ſonat.*
10 *Vicarius ex facultate generali non poteſt priuare.*
11 *Qui non poteſt deſtituere non poteſt recipere, renũc.*
12 *Mandatum habere cum libera,& in ſpecie æquipara-
tur.*
13 *Vicarij receptio reſignationis ſuſtinetur,ſi prædeceſ-
ſor id fecit cum ſimili mandato.*
14 *Interpretatio,vt actus ſuſtineatur.*
15 *Vicario data faculate conferendi,non venit recipien-
di renunciationes beneficiorum.*
16 *Conferre,& recipere renunciationes differunt .*
17 *Habens ius inſtituendi de iure ſpeciali non poteſt de-
ſtituere.*
18 *Iuris dictio voluntaria non includit contentioſam.*
19 *In facultate data vic.etiam deſtituendi, non venit fa-
cultas recipiendi renuciationes.*
20 *Deſtituere,& recipere renunciationes,differunt.*
21 *Habens ius deſtituendi de Iure ſpeciali,non poteſt re
cipere renunciationes.*
22 *Epiſcopus poteſt dare vic.facultatem recipiendi renũ
ciationes.*
23 *Papa dat adminiſtratoribus Eccleſiarum facultatem
recipiendi reſignationes.*
24 *Papa dat vic.Apoſt.facultatem recipiendi renunc.*
25 *Vicarius dicitur Ordinarius.*
26 *Adminiſtrator habet Ordinariam iuriſdictionem.*
27 *Iuriſdictio ſimpliciter data facit quem delegatum.*
28 *Vicarius poteſt recipere reſignationes beneficiorum
electiuorum,& iuriſpatr.*
29 *Vicarius ſine ſpeciali mandato inſtituit præſentatos.*
30 *Vicarius cum ſpeciali mandato poteſt recipere renun
ciationes beneſi.reſeruatorum.*
31 *Reſeruata non ſpectant ad Epiſcopum.*
32 *Vicarius extra diœceſim poteſt conferre.*
33 *Reſignatio recepta per vicarium valet etiam mortuo
Epiſcopo,eo tamen inſcio.*
34 *Valent geſta legati poſt reuocationem,ante quam fue
rit certioratus.*
35 *Epiſcopo mortuo expirat Iuriſdictio Vicarij.*
36 *Reuocatio per mortem operatur effectum abſque inti-
matione.*
37 *Epiſcopo mortuo in longinquis valet prouiſio vicarij.*
38 *Reſignatio recepta per vicarium valet etiam poſtre-
nunc.aut translationem Epiſcopo inſcio*
39 *Sententia lata a reuocatis valet ante ſcientiam reuo-
cationis.*
40 *An ſententia vicarij poſt renunc.Epiſcopi valeat.*
41 *Reſignatio recepta per vicarium tenet ante ſcientiã.*
42 *l.ſi forte.ff.de off.pref.an procedat in beneficialibus.*
43 *Reuocationis ignorantia in dubio præſumitur.*
44 *Reſignatio recepta per vicarium tenet, etiam ſi ipſe
eſſet irregularis inhabilis.*
45 *Sufficit quem reputari habilem communi hominum
reprobatione.*
46 *Inſtrumenta facta per Notarium inhabilem valent,
ſi reputabatur habilis.*
47 *Communis reputatio an ſufficiat quo ad ſpiritualia.*
48 *Renuncians ſcienter coram inhabili, nulliter renun-
ciat.*
49 *Spoliato reſtitutio danda.*
50 *Vicarius non poteſt conferre beneficia reſignata corã
ipſo niſi habuerit hanc facultatem.*
51 *Vbi requiruntur verba ſpecialia,non ſufficiunt genera
lia.*
52 *Collatio requirit ſpeciale mandatum.*
53 *Plus conferre quam recipere reſignationes.*
54 *Receptio reſignationis eſt præparatorium ad reſigna-
tionem.*
55 *Ex præparatorijs infertur ad præparatum.*
56 *Mulier amittit dotem propter adulterium.*
57 *Mulier amittit dotem propter oſculum impudicum.*
58 *In materia ſtrictiſſima ex præparationis non infertur
ad præparata.*
59 *Mandatum ad renunciandum non extenditur ad pe-
tendam*

*tendam tranſlationem.*
60 *Mandatum ad locandum, non ſe extendit ad exigendum penſionem.*
61 *Mandatum ad petẽdum iudicem, non eſt ſufficiens ad perſequendam litem.*
62 *Vicarius poteſt conferre ex cauſa permutationis.*
63 *Vicarius, habens facultatem conferendi, non poteſt conferre reſeruata.*
64 *Vicarius, habens facultatem conferendi, non poteſt cõferre ea, quæ epiſcopus confert auctoritate Apoſt.*
65 *Vicarius habens facultatem conferendi, poteſt conferre beneficia, vacantia ante datam commiſſionis*
66 *Vicarius non poteſt recipere reſignationem beneficiorum obtentorum per Epiſcopum &c.*
67 *Epiſcopi, & Vicarij idem eſt tribunal.*
68 *Nemo poteſt renunciare in manibus inferioris.*
69 *Epiſcopus in cuius manibus debeat renunciare beneficia, quę obtinet.*
70 *Vicarius Generalis nõ poteſt alium vicarium facere.*
71 *Ius prohibet infinitatem.*
72 *Vicarius poteſt alium deputare ad recipiendum renunc.*
73 *Vicarius poteſt committere vices ſuas ad vnam cauſam.*
74 *Adminiſtrator poteſt conſtituere vicarium generalem.*
75 *Locum tenens alium locum tenentem deputare poſſit.*
76 *Facultas recipiendi reſignationem data vicario non tranſit ad eius ſucceſſorem.*
77 *Delegatio non tranſit ad ſucceſſorem.*
78 *Cauſa commiſſa vicario non tranſit ad ſucceſſorem.*
79 *Vicarius etiam in choro præcedit Archidiaconum.*

QVæro XXIIII. An Vicarius epi-
ſcopi poſſit beneficiorum reſi
gnationes recipere, regula com
munis & recepta communiter
a docto. eſt negatiua non poſſe
vicarium recipere reſignatio-
1 nem†beneficiorum, niſi fuerit
ei data ab epiſcopo huiuſmodi
facultas, Cal. conſ. 3. de renun. Fran. in c. vnico num. 9.
de rer. perm. Rebuff. in prax. benef. tit. Form. vic. num.
104. cum ſeq. Io. Paul. Ptolom. deciſi. 141. alias 233. in
manuſcrip.
Et ratio eſt, quia neceſſe eſt, vt ſpecialiter commit-
2 tatur facultas admittendi†reſignationem, cap. dudum
de pręb. libr. 6. cap. quæſitum de rer. permut. Calder.
dic. conſ. 3. Rot. deciſ. 13. verſ. & dic. de renu. in antiq.
vbi dicit requiri ſpeciale mandatum ad hoc, & poſſe
3 epiſcopum committere, & dare †generali ſuo vicario
hanc facultatem recipiendi reſignationem, fuit deci-
ſum in rota, vt habetur dec. 1. de off. vic. in antiq. arg.
c. vlt. eo. tit. lib. 6. Rot. etiam dec. 5. eo. tit. in nou. & eſt
communis* docto. ſententia.
Amplia primo, vt non poſſit vicarius etiam virtute
4 generalis mandati admittere†reſignationes beneficio
* rum vt* communiter doct. ſupra allegati volunt, & ꝓ
batur, quia ex vi mandati generalis vicarius n poteſt
5 †conferre beneficia c. vlt. de off. vic. lib. 6. vbi Archid.
* Io. Mon. Io. An. Gem. Franc. & alij * omnes Ant. de
Butr. in c. 2. eo. tit. lib. 6. Abb. in c. conſtitutus ſub nu.
5. de conceſſ. præb. Decius conſ. 127. ſub. nu. 3. Card.
Pariſ. conſ. 80. nu. 17. & 18. vol. 4. Roland. a vall. conſi.
47. nu. 19. lib. 1.
Amplia ſecundo procedere etiam ſi Epiſcopus cõ
6 ſtituit vicarium generalem cum poteſtate†adminiſt-
randi in ſpiritualibus, & temporalibus, & cum ſtipen-
dijs, honoribus, & præeminentijs datis alijs vicarijs,
& cum plena, & omnimoda poteſtate de omnibus co
gnoſcendi, nam nihilominus iſte Vicarius non pote-
rit admittere reſignationes, etiam ſi adſint in manda-
to alia verba generalia & pręgnantia, inamque debet
fieri ſpecifica mentio de hoc, quam ampliationem pri
mo probo, quia vicarius non poteſt conferre benefi-
7 cia ex commiſſione†ampliſſima ei data ab epiſc. etiam
ſi in commiſſione dictum fuerit, vt poſſit omnia face
re, quæ ipſe poteſt, vt late probat Ant. de Butr. conſi.
19. col. 2. 3. 4. Pauin. de off. & poteſt. c. ſede vacan. 2. p.
9. 10. in terminis egregie, Dec. conſ. 128. col. 1. & ta-
8 men nemini dubium eſt plus eſſe conferre † quam ad
mittere reſignationes, arg. Glo. in c. relatum de præb.
ex quo ſatis colligimus, & ex alijs exemplis allatis a
Rebuff. in prax. tit. form. vic. commiſſionem vicarij
9 ſtricte, & †quatenus verba ſonant eſſe interpretandam
de qua re dicetur latius opportuniori loco. Accedit
10 quia ex dicta facultate non venit poteſtas†priuandi ali
* quem *communis opin. vt reſoluit Rebuff. dic. prax. in
11 tit. for. vic. & tamen qui non poteſt deſtituere non po
teſt†admittere reſignationes Inn. in c. quod in dubijs
in fi. de renun. Card. in clem. 1. nu. 16. eod. tit.
* Nec obſtat deciſio* Rotæ facta in quadam cauſa
coram Io. Paulo. 12. maij. 1538. teſte eod. Io. Paulo de
ciſ. 233. Moedan. deciſ. 320. Epiſcopus ſub tit. de off.
Vic. in manuſcr. dum concluſit ſubſiſtere reſignatio-
nem receptam a Vicario Sibien. vigore facultatis ſibi
datæ, vt ſupra, nam reſpondetur, quod Rota non ſe
12 mouit ex eo, quia habere mandatum†cum libera, & in
ſpecie æquiparantur l. procurator cum libera l. man-
dato vbi gloſſ. & Bart. ff. de procur. Dec. conſ. 493. nu.
2. Curt. iunior conſ. 178. num. 20. Grat. conſ. 159. nu.
7. lib. 2. Afflict. deciſ. 305. nu. 6. ſed, quia probatum fue
rat pleniſſime per plures teſtes prædeceſſores illius Vi
13 carij per ſimilia mandata ſolitos fuiſſe admittere†reſi-
gnationes, & cõferre beneficia reſignata. Vnde ne tot
reſignationes, controuerterentur, & ne tot lites o-
riantur, ob publicam vtilitatem fuit ita concluſum, vt
dicit Moedan. dict. dec. 320. Epiſcopus col. vlt. ad qđ
14 †accedat, quia ſemper fit interpretratio pro validitate
actus l. quoties ff. de regul. iur.
Amplia tertio etiam ſi Vicario fuerit data in com
15 miſſione facultas conferendi omnia†& ſingula bene
ficia vacantia, nam nihilominus vigore huius faculta
tis non poteſt recipere reſignationes beneficiorum ſi
ne ſpeciali mandato, Rot. deciſ. 1. de renun. in antiq.
& deciſ. 5. & 13. eod. tit. & lib. Card. Zabarell. in clem.
vnica n. 14. de rer. perm. Bell. & Rebuf. quos refert &
ſequitur Roffiniac. trac. benef. c. 14. in fi. Ratio, quia
hæc duo ſcilicet conferre, & recipere reſignationem
16 inter ſe differunt†vt per Archid. in c. ſicut ſub verbo
cedentium de verbo ſign. lib. 6. & late per Gabr. conſ.
187. col. 2. lib. 1. & diximus ſupra late, vnde ex conceſ-
ſione vnius, nõ venit alter. arg. l. Papiniãus ff. de minor
Accedit, quia ex huiuſmodi facultate conferendi
non poteſt deſtituere Vicarius, cum habeat ius inſti-
tuendi de iure ſpeciali dict. c. vlt. de offi. Vic. lib. 6. & q
17 habet ius inſtituendi de iure ſpeciali non poteſt †deſti
tuere Hoſtien. in c. cum ex iniuncto de hæret. nam vo
17 luntaria Iuriſdictio†non includit cõtentioſam, Felin.
in c. auditis num. 12. de procur. Comprobatur, quia in
reſignatione poſſunt euenire multa, in quibus ꝑpter
factum reſignantis poſſet damnificari ille, ad quem ꝑ
tinet collatio, Rot. dict. deciſ. 5. de renunc. in antiq. &
hæc opinio mihi videtur verior, quamuis Put. deciſio
76. num.



76. num. quarto. libro tertio teneat contrarium.
Amplia quarto procedere etiam, ſi in commiſſione
19 Vicarij adſit facultas deſtituendi† omnes, & ſingulos
beneficiatos iuxta Conſ. Anchar. duplici, nã nihil omi
nus non poterit recipere reſignationes, niſi fuerit ex-
20 preſſe dictum: nam hæc duo priuare & †recipere reſig-
nationes differunt, vt tradit Rebuf. in prax. benef. tit.
de volutiuę num. 96.
Nec obſtat regula communis, vt qui poteſt deſtitue
re poteſt conferre, de qua ſupra ſæpe locuti fuimus,
nam procedit, in eo, qui habet ius deſtituendi de iure
21 communi†& non de eo, qui habet ius deſtituendi de
iure ſpeciali, vt in caſu noſtro, ita declarant communi
ter Docto. quia iuriſdictio contentioſa non includit,
voluntariam Abb. in c. accepta col. vlt. de reſt. ſpoliat.
Si autem in commiſſione fuerit data huiuſmodi fa
22 cultas recipiendi reſignationes quæ datur†vel ab Epi-
ſcopo, Archiepiſcopo, Patriarchia, vel Primate, q poſ
ſunt hoc facere vt fuit deciſum* in Rot. vt habetur de
ciſ. 1. & deciſ. 4. de off. Vic. in antiq. deciſi. 5. eod. tit. in
nou. Abb. in c. conſtitutus ſub nu. 5. verſ. in genere de
Conceſſione præb. Io. Selu. de benef. 2. p. q. 21. & com
muniter Docto. vel a Papa, qui ſolet quandoq. deputa
re adminiſtratorem, quem mittit ad regendas eccle-
23 ſias cathedrales, & Metropolitanas † donec Epiſcopi
perueniant ad ętatem legitimũ, vt in caſu Put. deciſio
223. lib. 2. & quandoq. Vicarium Apoſtolicum, quem
24 mittit cum Breui†de Conſilio Illuſtriſſimorum Car-
dinalium ſuper negotijs Epiſcoporum ad gubernan-
dam eccleſiam, donec cauſa Epiſcopi inquiſiti cogno
ſcatur & decidatur, vel ſuſpenſio tollatur, vt tota die*
experimur & dicitur habere ordinariam iuriſdictio-
25 nem, & ipſi dicuntur†ordinarij, iuxta ea, quæ ſcribũt
Bartol. in l. 1. §. ab eo num. 1. verſ. quod poteſt ff. quis &
a quo appell. Rot. dec. 1. de offic. Vicar. in nou. Rolãd.
conſ. 46. n. 26. lib. 1. cum alijs, vt per Alexan. in rubr. ff.
de offic. eius num. 15. Iaſ. nu. 2. communis* teſte Abb.
26 in c. ſi quis contra nu. 29. de for. compet. Ita & †etiam
adminiſtrator, nam & ſi aliqui voluerint habere dele-
gatam iuriſdictionem, ex his, quę dicit Bald. in l. 1. q. 1.
ff. de off. conſ. dum vult quod iuriſdictio ſimpliciter
27 data, faciat†quem delegatum Docto in l. more ff. de iu
ris dic. omn. iud. tamen in contrarium eſt veritas, vt or
dinarius talis adminiſtrator, vt concluſit Rota in vna
Aſtoricen. 23. Ianuarij. 1545. coram domino Aquen.
teſte Put. deciſ. 223. lib. 2.
Vicarius enim Apoſtolicus & Adminiſtrator poſ-
ſunt recipere reſignationes beneficiorum inſpectis
verbis, quæ ſolent apponi in conceſſionibus, & ita pra
* cticari* in vicario Apoſtolico videmus, namque datur
huiuſmodi facultas.
Vnde regula eſt conſtituenda vicarium habentem
facultatem recipiẽdi reſignationes beneficiorum, poſ
ſe illas recipere, vt ſupra dictum eſt.
Amplia primo, vt poſſit recipere reſignationes om
28 nium beneficiorum, ſicuti poterat†epiſcopus, qui ei
conceſſit huiuſmodi facultatẽ etiam ſi beneficia ſint
iuris patronatus, & electiua, nam in his quoque requi-
ri ſpeciale mandatum ſcribit Calder. conſ. 3. num. 2. de
renun. cum adſit eadem ratio, quod eſt notandum, cũ
29 vicarius ſine ſpeciali mandato inſtituat † præſentatos
Archid. in c. vlt. eo off. vic. li. 6. Rot. dec. 1. de renun. in
antiq. Abb. in cap. ex frequenti n. 7. de inſtit. Roman.
ſingul. 601. Bellam. deciſ. 98. Duaren. in tract. benef. li.
3. c. 7. Roland. a Vall. conſ. 47. n. 47. lib. 1. vbi atteſtatur
de communi.
30 Amplia ſecundo, vt Vicarius cum ſpeciali manda-
to dato poſſit reſignationes beneficiorum etiam re
ſeruatorum admittere Lap. in addic. ad tract. Feder. de
Sen. de permut. benef. q. 36. in fin. ſub nu. 62. Rot. dec.
4. de renunc. per Biſignet. & deciſ. 10. eo. tit. in antiq.
Caſſad. deciſ. 8. nu. 9. de præben. Hieron. Gabriel. cõſ.
189. num. 6. lib. primo &* communiter docto. vt ſupra
ſcripſi.
Limita non procedere, quoties facultas conceſſa vi
cario eſſet reſtricta ad beneficia ſpectantia ad colla-
tionem Epiſcopi dumtaxat, nam hoc caſu non poſſet
vicarius recipere reſignationes beneficiorum reſerua
torum, vt fuit reſolutum in vna Salamantin. beneficij
coram Card. de Sancta Cruce de anno 1355. teſte Ca
31 puta. deciſi. 357. lib. 1. in manuſcr. & ratio eſt, quia†re-
ſeruata non ſpectant ad collationem Epiſcopi pro vt
loquitur conceſſio. Caſſado. deciſ. 8. nu. 9. de pręben.
& commun. docto.
Amplia tertio, vt Vicarius habens talem facultatẽ
poſſit recipere reſignationes beneficiorum etiam ex-
tra diœceſim, namque etiam extra diæceſim, & ſic vbi
32 que poteſt vicarius conferre† quoties habet ſpeciale
mandatum conferendi, vt reſoluit* Rot. vt habetur in
dec. vlt. incip. numquid vicarius de off. Arch. in anti-
quior. per Biſign. Gemin. in ca. vlt. num. 10. de off. vic.
li. 6. ſecundum quam opinionem fuit alias* iudicatum
teſte Boerio deci. 30. per totam quamuis Bal. in l. 2. n.
1. ff. de off. proconſ. tenuerit contrarium.
Amplia quarto vt reſignatio recepta ꝑ vicarium ha
bentem ad hoc ſpeciale mandatum valeat, & ſubſiſtat,
33 etiam ſi Epiſcopus, qui ei dedit hanc facultatem† erat
mortuus ante receptionẽ reſignationis, ſi obitus Epi
ſcopi non peruenit ad ipſius notitiam, vt tenuit Rot.
die 27. Ianuarij 1546. in vna Iacen. ſeu Oſſcen. Canoni
catus & pręben dæ coram Antonio Auguſtino teſte
Put. deciſ. 370. lib. 2. & Moedan. deciſ. 313. fuit dubita
tum in tit. de renun. Sant. Cruc. deciſ. 132. in manuſcr.
propter communem errorem & publicam vtilitatem
l. Barbarius ff. de off. præto. l. 1. Cod. de teſti. Alex. conſ.
138. col. 1. & ſeq. lib. 1. Cuman. conſ. 62. Card. Pariſ. cõ
ſio 136. col. 2. vol. 4. Hinc valent geſta legati reuocati
34 †expreſſe in conciſtorio, antequam certioretur Cal-
der. conſ. 4. de off. leg. ex quo non obſtat, quod mor-
35 tuo Epiſcopo†expirat omnis Iuriſdictio, vicarij Abb.
in c. penul. de off. vicar. Rebuff. in prax. form. vic. & cõ
muniter docto.
36 Immo reuocatio†per mortem operatur effectum
etiam non intimata, Felin. communiter receptus in c.
ex parte decani. num. 18. verſ. fallit octauo de reſcr. qa
reſpondetur valere geſta ob communem, vtilitatem,
vt dictum eſt ſupra.
Et hæc concluſio ampliatur procedere etiam ſi vi-
carius potuit ſcire obitum Epiſcopi, nam ſi nihilomi
nus conſtat non ſciuiſſe, reſignatio, & in his terminis
procedit deciſio Rotæ ſupra allegata Put. dict. deciſ.
370. lib. 2. quod eo magis vendicat ſibi locum, ſi Epi-
37 ſcopus mortuus†eſt in longinquis Card. Sanctæ Cru.
dic. deciſ. 132. in manuſcr.
Amplia quinto, vt reſignatio recepta per Vicarium
38 habentem ad hoc facultatem ſubſiſtat†ſi ante renun-
ciationem epiſcopus renunciauerat in vrbe, vel fuerat
tranſlatus ad alium Epiſcopatum, ſi hoc ad notitiam
vicarij non peruenit prout fuit reſolutum in Rot
* in vna*. Oueten. Canonicatus, & præbendæ coram*
Pelegrimo, teſte eod. Peleg. deciſ. 157. lib. 2. alias 33. lib.
2. alias 158. ex eo, quod dicitur delegato reuocato an
te ſcientiam reuocationis valere geſta per eum Cald.
conſ. 4. de off. leg. Put. deciſ. 370. num. 1. lib. 2. & valida
eſt etiam

39 eſt etiam ſnīa lata a Iudicibus reuocatis† ante ſcien-
tiam reuocationis ad not.in c.audita de reſt.ſpol. Bal.
in l.1.in fin.C.vt lite pend.& in l.mandatum.num. 17.
Cod.mand.nec obſtat conſ.Cald.vlt.de re iud. vt non
40 valeat ſententia†vicarij poſt renunciationem Epiſco-
pi,etiam ſi ignoret; quia communiter reprobatur ex
relatis.

Amplia ſexto,validam eſſe reſignationem receptam
41 a vicario,etiam poſt reuocationem † expreſſe factam,
ſi ignoret illā,vt colligitur ex his quæ ſcribit Roman.
ſing.57.& ſing.566.Iaſ.in l.more maiorum num.8.ff.
de iuriſp.omn.Iud.Reb.in prax.*tit.de ſimo. in reſig.
num.34.in terminis Put.deciſ.370.num.1.lib.2.nam-
que diſpoſitio legis.l.ſi forte ff.de off.præſid.procedit
42 †etiam in beneficialibus,Glo.in l.tribunus ff.de teſ.mi
lit.quam ad hoc allegat.Roman. & Rebuff.loc. citat.
Boer.late deciſ.347.num.17. & cōmuniter ſequuntur
omnes doctores.

43 Et in dubio præſumitur†reuocationis ignorantia
Felin.in c.cæterum col.8.verſ.valet proceſſus de reſc-
rip.quem refert,& ſequitur Rebuff.loc.cit. nume.37.
Rot.deciſ.21 de conceſ.præben.in nou.Crauett. cōſ.
203.num.5.

Amplia ſeptimo,vt reſignatio recepta per vicarium
44 habentem hanc facultatem valeat†& ſubſiſtat etiam,
ipſe vicarius tempore receptionis eſſet irregularis aut
alias inhabilis,ſi communiter reputabatur habilis , vt
* fuit reſolutum*in Rot.coram card. de Sancta Cruce
de anno.1555.teſte Caputaq.deciſ.356.lib.1.in manu
ſc.& ratio eſt,quia ſufficit quem reputari habilem cō
45 muni hominum†reputatione,licet ſit inhabilis l. Bar-
barius Philippus ff.de off.pręt.vbi Bart.& alij Soc.late
conſ.32.num.29.lib. cum alijs , vt per Gabriell. com.
concl.tit.de probat.concl.8.num.1.cum ſeq.Felin.plu
ra adducens in c.ad probandum colu.1.2.& 3. de re
iud.& ſicuti valet reſignatio recepta per Epiſcopum
inhabilem,qui communiter reputabatur habilis, Feli.
in dic.c.ad probandum,ita reſignatio facta coram vi
cario cum eadem præſumptio,quæ oritur pro Epiſco
po,oriatur pro vicario,nam habet iuriſdictionem or
dinariam,& idem tribunal.& per hanc rationem Rot.
reſoluit notabilem caſum die veneris 22.Martij.1585.
in vna Reginen.Hoſpitalis coram Bubalo. Hinc valet
46 inſtrumentū factum per Notarium†inhabilem ſi repu
tabatur communiter habilis Spec.in tit.de inſtrum.
edit.§.reſtat col.ante penul.verſ.ex pręmiſſis Inno.in
cap.veniens de verb.ſignif.Ant.de Butr.in cap. veniēs
de verb.ſignif.Ant.de Butr.in cap.ſignificauit de te-
ſtib.magis**communis opinio teſte Gabr.dic.concl.
8.num.25.& de nuntio ſcribit Card. Pariſ. 17.colu.2.
volum.4.

47 Nec obſtat,quod†communis reputatio non ſuffi-
cit quo ad ſpiritualia,Bal.in l.mutat C.de li.cauſ.Abb.
in c.ſi vero circa fin.de ſent.excō.Felin.in c.Rodulfus
col.2.de reſcr.Socc.ſenior regul.227.in fall.5.Sarn.de
pub.q.3.Card.Pariſ.conſ.136.col.2.vol.4.nam reſpon
deo hoc non eſſe verum,quia nulla eſt differentia quo
ad hoc inter ſpiritualia & temporalia Innoc.in cap.1.
de ſciſmat.& in cap.veritatis de dol.& contum.Glo.in
c.Dudū el.2.de elect.cum alijs per Gabriell.dic.cōcl.
8.num.36.procedit tantum quod dicunt dicti docto
in ſacramentalibus,Felin.in dic.cap.Rodulfus & dic.
48 c.pbandū.Requitur tamen†vt ipſe reſignans ignoret
inhabilitatem Socc.de reg.277.fall.vlt.Butr.in c.ſuſci
tatus de reſcr.Gemin.in.cap.ſi ſacerdotes 2.q.7. cum
alijs vt per Gabriell,d.concl.8.num,32 nam tunc ſub-
ſiſtit reſignatio.

49 Et hinc alias†fuit pulchrum dubium reſolutum in
Rot.16.Iunij 154. corā Ptolomeo in vna Imolen.pa
rochialis, nā vicarius qui receperat reſignationē,erat
inhabilis ex capite iuriſdictionis , quia non habebat
mandatum,contulit tamen illud beneficium Titio
qui Titius illud reſignauit in curia ad fauorem N. q
N.ſuit ſpoliatus,quærebatur,an eſſet reſtituendus. &
dubium faciebat,quia reſignans habuit beneficium†
49 ab eo qui non habebat ius,contrarium tamē firmauit
Rot.teſte eod.Ptolomeo deciſ.141.in manuſcr. quia
id ſufficit pro titulo colorato.

Limita primo,vt non poſſit Vicarius beneficia re
50 ſignata coram ipſo conferre,niſi habuerit etiam†vltra
facultatem recipiendi reſignationes conferendi itidē
Rot.deciſ.1.de renunc.in antiq.vbi dicit,ita* commu
niter teneri in Rota Cal.conſ.3.eod.tit.Roman.conſ.
330.circa primom col.2.in fin.Io.Selu.de beneſ. p.3.
q.14.num.9.verſ.contrarium Felin.in c.auditis num.
13.verſ.ſicut de præſcr.Rebuff.in prax.tit. for. Vic.n.
105.& in reg.13.Cancel.verſ.item Vicarius,Roland.
a vall.conſ.47.nu.20.vol.4.& communiter Docto.

Et probatur,quia quoties requiruntur,verba ſpe-
51 cialia ad concedendum aliquid, non ſufficiunt † alia
quocumque nomine ſint prolata l.ſi quando §. & ge
neraliter C.de non num.pecu.c.1.de præbe.in 6. gl.in
c.inquiſitores verb.expreſſe de hæret.in 6.gl.in clem.
dudum verb.pacta de ſepult.& in clem. 1. verbo ſpe
cialiter de iudic.Io.And.in c.1.de reſcr.in 6.Alexan.
conſ.122.num.13.lib.4.Card.Pariſ. in addit. ad Barr.
52 in l.vlt.§.omnem.ff.de admini.tuto,ſed collatio†requi
rit ſpeciale mandatum,alias non poteſt fieri a Vicario
Rot.deciſ.1.de off.Vicar.in antiq.& deciſ.4. eod.tit.
& li.& dec.7.eod.tit.in nou.Io.Monac.Anchar.Gem.
& alij omnes per illum tex.in c.vlt.de off. Vic. lib.6.
Dec.conſ.128.num.3.Car.Pari.con.80.num.17.& 18.
vol.4.Roland.conſ.47.num.19.lib.1.ergo ex verbis ge
neralibus non videtur data huiuſmodi facultas.

Secundo accedat,quia aliud eſt recipere reſignatio
53 nem,& aliud conferre immo plus eſt†vltimum conſi
ſtit in acquiſitione hoc in amiſſione glo.in c.relatum
de præben.& tamen in commiſſione quantumuis ge-
54 nerali†non veniunt maiora expreſſis c.qui ad agendū
de procur.in 6.Bart.in l.1.ff.ſi quis ius dic. non obt.
Alex.conſ.23.lib.3.Card.Pariſ.cōſ.41.col.1.lib.4.

55 Nec obſtat quod receptio †reſignationis ſit prępa
ratorium ad collationem,vt colligitur ex his,quæ ſcri
bit Io.Selu.d.p.3.q.14.ſub num.18.& ex pręparatoriis
56 †infertur ad præparatum l.2.C.de do.prom.l.quiſquis
C.de agric.& cenſ.li.11.l. qui procurator. ff. de proc.
57 Et ob id mulier,ſicut†amittit dotem propter adulte-
rium.c.plerunq.de don.int.vir.& vxo. communis opi
nio teſte Vice.li.com.opin.verb. vxor. perdit Clar.li.
5.recep.ſent.§.Adulterium verſ.ſcias, Menoch. de ar
58 bit.Iud.cæſ.287.ita propter oſculū†impudicum Bald.
* in c.tuæ de procur.communis*opin.teſte Couar.lib.
4.decret.2.part.c.7.§.6.num.3.& Iudex in cauſa præ
paratoria eſt iudex in cauſa præparata Cald.conſ.2.de
Iud. communis opinio teſte Felin. in c.1.num. 34 de
de ſponſal.& late ſcripſi in rubr.de iud.Namque re-
ſpondetur hoc ſibi non vendicare locum in hac ma-
59 teria,inqua ſtrictiſſima fit†interpretatio Burſat. conſ.
406.num.5.cum ſeq.lib.4.& ideo mandatum ad petē
dam abſolutionem a vinculo,quo quis tenetur alicui
60 eccleſiæ,non extenditur,vt poſſit eundem†transferre
61 ad aliam eccleſiam,Roman.conſ.330.num.5.colu.2.
Hinc habens mandatum ad locandum,quod eſt exi-
gendæ poſſeſſionis,præparatorium, non cenſetur ha-
bere



bere mandatum ad penſionem ex locatione debitam
exigendam,quę eſt ipſius locationis exequutio l.1.§.
igitur ff.de exerc.act.Hinc habens mandatum ad iudi
62 cem impetrandum†quod eſt inchoandę litis præpara
torium,non cenſetur habere mandatum ad proſequē
dum c.Nicolao de appel.& plura huius generis exem
pla adducit Roman.dict.conſ.330.col.2.

63 Limita primo niſi fieret†collatio ex cauſa permu-
tationis,Bellam.dec.94.col.2.Gem.dict.c.vlt. nu. 10.
de off.vic.lib.6.Io.Selu.de beneſ.p.3.q.14.ſub.num.9.
& eſt ratio,quia huiuſmodi collatio neceſſe debet fie
ri permutantibus clemen.vnica de rer.permutat.

Et quoties Vicarius habuit facultatem conferendi
64 reſignata beneficia coram†ipſo,non poteſt conferre
reſeruata,Caſſad.deciſ.8.nu.9. de præben. & diximus
ſupra.ſecundo,non poteſt conferre ea,quæ Epiſco-
65 pus†confert auctoritate Apoſtolica Rebuff. dict.tit.
form.Vica.num.98.Tertio non poteſt conferre Epi-
ſcopo,qui ei dedit commiſſionem Abb.in c.vlt.num.
* 6.verſicu.aut tranſtulit vbi dicit hanc * communem
opinionem de Inſtit.Felin.in c.ſanæ 2.num.4. de off.
delegat.Rebuff.in prax.form.Vicar.num.82.& hic nō
eſt omittendus caſus notabilis vt Vicarius habens fa-
cultatem conferendi,poſſit conferre beneficia , quæ
65 vacabant†ante datam commiſſionis, vt fuit reſolutū
* in Rot.Mediola.*præpoſituræ coram Cardinali ſan-
ctæ Cruc.de ann.1555.teſte Caputaq.deciſ.363.lib.1.
manuſcr.ex gloſſ. in clemen.1.verbo notitia de con-
ceſſ.præbend.

Secundo Limita,vt Vicarius habens facultatem re
66 cipiendi reſignationem quorumcūque†beneficiorū,
non poſſit recipere reſignationem beneficiorium ob
tentorum per Epiſcopum,qui ei dedit huiuſmodi fa-
cultatem & ſic Epiſcopus non poteſt reſignare bene-
ficium in manibus ſui Vicarij prout * fuit reſolutum
in Rot.in vna Salamant.de menſe martij 1541. teſte
Put.deciſ.84.ſuit tentum.lib.1.

Idque probatur,tum quia cedere in manibus Vica
67 rij,eſſet cedere in manibus † ſui ipſius cum ſui & Vi-
carij idem ſit tribu.& Conſiſtorium c.Rom.de appel.
in 6.c.2.de conſuet.eod.lib.tum etiam quia†quis non
poteſt renunciare in manib.inferioris,& maxime ſibi
ſubditi,Inno.in c.quod in dubijs nu.3.Hoſt.nu.etiam
3.& alij omnes de renunc.

Debet igitur Epiſcopus renunciare in manibus ſu
perioris,Put.d.deciſ.94.lib.1.vbi ampliat etiam ſi fue
68 rit data facultas prouidendi beneficia † quæ tenebat
ipſe Epiſcopus,& ſic debebit renunciare in manibus
Papæ,vel in manibus Epiſcopi,in cuius diœceſi ſitū
eſt beneficium,Abb.in c.ad ſupplicationem de renu.
num.5.vbi notat caſum ſpecialem,quod propter bene
ficium receptum par in parem habebit poteſtatem.

Tertio limita vt Vicarius Generalis habens facul-
69 tatem recipiendi reſignationes non poſſit alium †Vi-
carium generalem deputare Hoſt.in cap. clericos de
off.Vic.Inn.in c.Romana in fin.eod.tit.lib.6.& illum
refert & ſequitur Card.in clemen.1.num.1.eo.tit. de
Vic.& in clem.2.num.4.de reſcr.glo.in clem.1. verbo
locum aliorum de regul.Bal.in l.aliquando num.3.ff.
* de off.procon.*communis†opinio,de qua atteſtatur
70 Car.Pariſ.conſ.80.nu.15.vol.4.quod ſatis probatur ī
d.c.clericos,vt ibi Doct.communiter ponderant , &
71 ad vitandam†etiam infinitatem a iure prohibitam c.
cum in multis de reſcr.li.6.c.quoniam 11.3.l.fidei cō
miſſa §.ſi quis alicui ff.de leg.3.l.inter ſocerum §. vlt.
ff.de pact.dot.cum alijs,vt per Card.Pariſ.conſ. 92.n.
4.vol.3.per Port.Imol.conſ.110.nu.3.& hęc conclu-
ſio nullam habet difficultatem,facit,quod ſcribit Put.
deciſ.224.nu.9.lib.2.& per conſequens deputatus nō
poterit recipere reſignationes.

72 Poteſt tamen†talis Vicarius deputare alium Vica-
rium ad recipiendum reſignationem omnium bene-
ficiorum Rot.dec.7.de off. Vic.in nou. Put.dec. 224.
lib.2.& conſuluit Rebuff.conſ.86. num.2.nam quam
uis Vicarius non poſſit alium ex toto deputare,tamē
73 bene poterit committere vices ſuas ad vnum † articu
lum,ſeu vnam cauſam. Abb.d.c.clericos num. 2. verſ.
ſed obſtat prædictis Bald.in l.aliquando nu.3.de off.
pro conſ.glo.in c.Roman.verb.ipſius de off. Vic.in 6.
Car.in clem. 1.num.1.in princ.eod.tit.Hinc fuit reſo
lutum in Rot.in*vna Aſtoricen.coram D. Aquen.4.
74 Februarij.1545.quod†adminiſtrator,de quo ſupra po
teſt conſtituere Vicarium generalem cum poteſtate
conferendi beneficia,& recipiendi reſignationes Be-
neficiorum,vt atteſtatur Put.d.dec.224.lib.2.Nec ob
75 ſtat,quod locum tenens†alium locum tenentem de-
putare non poſſi Bald. in l.1.§.a præfectis ff.de leg.3.
quia Reſpondetur hoc procedere ei dando totam iu
riſdictionem,& ſic illam a ſe in omnibus abdicando,
& illum ordinarium faciendo. Ita Alex.in l. a Iudice
col.2.verſ.recipit,& ibi Iaſ.col.3.ver.7.fallit C.de iud.
* &*communiter Doct.ſed hoc caſu non abdicat a ſe
totam poteſtatem cum penes illum remaneat cogni-
tio cauſarum ciuilium,& criminalium,ac collatio be-
neficiorum,ergo ceſſat argumentum c.cum ceſſante
de adpell.

Quarto declara, vt huiuſmodi facultas recipiendi
76 reſignationes beneficiorum non tranſeat†ad Vicariū
ſucceſſorem ipſo mortuo ciuiliter,vel naturaliter , &
* ita*cōmuniter practicatur ac tenetur ſicuti dicimus
77 de delegatione †vt habetur in c. quoniam Abbas de
78 off.deleg.nam cauſa commiſſa Vicario†ſimpliciter nō
tranſit ad ſucceſſorem , Simon. de Rolano, qui legit
in ſtudio Patauino,Bario.in leg.quod principi in fin.
ff.de leg.2.Gem.in capi.ſtatutum in princ.col.2.verſ.
* & per hoc de reſcr.lib.6.communis*opin. teſte Dec.
in d.c.quoniam Abbas num.61.& hanc eſſe commu
nem legiſtarum,& Canoniſtarum atteſtatur Bero. n.
100.& ita reperio*fuiſſe reſolutum in vna Neapoli-
tan.teſte Caput.deciſ.389.lib.1.in manuſcri.vide ta-
men Put.limitantem deciſ.487.lib.2.& late ſcripſi in
d.c.quoniam Abbas.

Vicarius enim habet dignitatem, ſeu præeminen-
79 tiam,dum eſt Vicarius,†& ideo tunc etiam in choro
ſi incedat,vt Vicarius,præcedit Archidiaconum, ſeu
Archipresbyterum habentem primam dignitatē poſt
Pontificalem,ſecus ſi ibi incedat,vt Canonicus , vt*
fuit deciſum in Ro.9.Maij.1557 coram Oradino,vt
habetur lib.diuerſarum deciſ.280.in manuſcrip.

## QVAESTIO XXV.

### SVMMARIVM.

1 *Notarius non poteſt recipere reſignationes beneſi.*
2 *Renunciatio facta coram Notario eſt nulla.*
3 *Renunciatio facta coram Notario tenet quoad præiudicium renunciantis.*
4 *Notarius poteſt recipere renunciationes nomine ſuperioris.*
5 *Notarij Cameræ,vel Cancel.recipiunt conſenſus.*
6 *Renunciatio iuſta corā Notario ratificatur in Bullis.*
7 *Ceſſio litis poteſt fieri coram Notario cauſæ.*

Quæro

QVæro 25.an Notarius poſſit re-
cipere reſignationem benefi-
1 ciorum regula eſt † negatiua,
quam firmant cõmuniter doct.
tam ſi ſit Notarius Imperialis,
quã ſi ſit Notarius Apoſt.Rot.
deciſ.8.num.1.de renun. in an-
tiq,& facta coram eo eſt nulla
2 †vt reſpondit Nauar.conſ.1.num.2.de renun.Amplia
2.tam in Romana curia,quam extra,Et facta renun-
ciatione coram Notario vacat beneficium,quo ad p̃-
3 iudicium†reſignantis,non autem ſuperioris,Rebuf.in
prax.form.ſign.col.13.fo.100.
Declara primo, niſi recipiat nomine ſuperioris.
Boer.dec.348.verſ.quia Notarius Menoch.de recup.
poſ.1.remed.num.277.Guid.Papa conſ.172.Creſent.
deciſ.64.lib.1.in manuſcr.
4 Declara 2.vt†in curia Notarij Cameræ vel Cancel
lariæ recipiant conſenſus, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra.
Declara tertio,vt renunciatio facta extra curiam in
* manibus Notarij ratificetur,ita* communiter ſerua-
5 tur,namq.in bullis prouiſionis beneficiorum † ſolet
apponi,etiam ſi vacent extra curiam p̱ reſignationẽ,
* coram Notario,vt docet*communis ſtylus, & dictũ
fuit in vna Leodicenſi Canonicatus coram Ant.An
guſtino 2.Febr.1548.teſte Put. deciſ.12. de renun.in
6 manuſcr.Declara,vt ceſſio†litis facta coram Notario
cãę in abſentia iudicis extinguat litem vt fuit*deciſum
coram Thom.de Tanis in vna Palenti.15. Nouemb.
1546.teſte Put.deciſ.16.de renun.in manuſcr.

## QVAESTIO XXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Renunciatio beneficij,non poteſt fieri coram iudice,
limi.in ceſſione.*

QVæro 26.an poſſit fieri coram iudice reſponde
1 negatiue,vt ſupra dixi de Auditore†Rotæ,li-
mita,vt poſſit fieri renunciatio litis, & cauſæ,
Prout ſuperius deductum eſt.

## QVAESTIO XXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Principis latiſſime interpretatur in ſui
præiudicium.*
2 *In facultate recipiendi renunciationes beneficiorum,
non veniunt reſeruata.*
3 *Data facultate recipiendi renunciationes beneficiorũ
non veniunt reſeruata.*
4 *In facult ate conferendi non veniunt vacantia in cu-
ria.*
5 *Reſignatio debet exprimi.*

QVæro 27.an data facultate recipien
di reſignationes beneficiorum,poſ
ſit ille recipere reſignationem be-
neficiorum reſeruatorum,quidam
Rober.tenebat,quod ſic propter
generalitatem cõceſſionis, & quia
priuilegium Principis eſt latiſſime
1 †interpretandum in ſui præiudicium c.olim de verb.
ſign.c.cum dilecti de donat. In contrarium ſe habere
veritas,vt tenet Fede.de Sen.quem refert, & ſequitur
2 †Gemin.in c.ſi cui nulla.nu.8.de præben.in 6.Rot.de
off.legat.in 6.& deciſ.4.eo.tit.in antiq.
3 Hinc data facultate conferendi beneficia † non in-
cluduntur reſeruata.Fran.in c.2.ſub.n.3.col.2.de p̃b.
*4 in 6.Gemi.loc.cit.& eſt communis*opin.ſicuti† neq.
vacantia in curia,Lap.alleg.84.Eneas de Falcon.de re
ſerua eſt.6.num.1.& fuit*reſolutum in vna Valenti.
16.Martij.1543.coram Io.Paulo teſte Put.deciſ.344.
5 nu.3.lib.1.Reſeruatio enim,†regulare eſt,vt exprima-
tur,vt reſoluit*Rot.in vna Florentin. ſanctæ Felicitæ
coram Fabio die 23.Decembris.1547.
Limitarem tamen hanc cõcluſionem, niſi adeſſent
verba prĝgnantia,& multum generalia,nam tunc ceſ
ſaret,quod dictum eſt ſup.& in caſu,vt ſupra quę.24.
Ampl.2.num.30.

## QVAESTIONIS XXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Renuncians habetur pro mortuo.*
2 *Clem.vlt.de procu.habet locum etiam in morte ciuili.*
3 *Iura loquentia de morte naturali,habent locum in ci-
uili.*
4 *Regula de impter.benef.vac.per obit.famil.Card. non
habet locum in beneficijs vacantibus per renuncia
tionem familiaris Card.*
5 *Expreſſo non modo vacandi non venit alter.*
6 *Renuncians habetur pro mortuo ficte.*
7 *Cardinales,ex qua cauſa habent priuilegia.*

QVæro 28.an in reſigna
tione beneficij, quæ
fit in vrbe habeat lo-
cũ regula de impetr.
benef.vacãtia per obi
tum familiaris Cardi-
nalium, vt impetrans
beneficium vacans p̱
obitum familiaris Car
dinalis teneatur expri
mere nomen,& titu-
lum ipſius Cardinalis
& ſi ille in curia fuerit,eius ad id accedat cõſenſus a-
lias gratia ſit nulla.affirmatiua opinio probatur, quia
1 renuncians† beneficium, quoad illud habeatur pro
mortuo Doct.omnes in c.ſuſceptum de reſcr.li.6.fa-
2 cit clem.vlt.de procu.quę†ex ſnĩa*Rotæ habet locum
etiam in morte ciuili,& ſic in renunciatione, Caſſad.
3 deciſ.2.n.2.de appell.& quia iura†loquentia de morte
naturali habent locum in morte ciuil.l.Gallus §.& q̃d
ſi tantum.ff.de lib.& poſt.
* His tamen non obſtan.contraria opin.eſt verior,
4 & *communis,vt dicta regula Cancellariæ non ha-
beat†locum,ſi beneficium vacet per renunciationem
familiaris Card.quam opinionem tenuit Gloſator ibi
* & Sarn.ibid.q.4.vbi refert ita tenuiſſe*curiam tempo
re Sixti IIII.& pro expedito fuiſſe dictum in vna*Se-
gobien. Archidiaconatus,idem Sarn.in regu. de in-
firm.q.4.Caſſad.deciſ.vlt.verum reſeruatio.nu.6.& 8.
de præben.Mandoſ.in ea.regu.de impetran.benef.va
can.per obit.famil.Card.q.5.num.4.verſi.contraria o
pin.Namq.dicta regula exprimit vacationem per obi
tum,quæ diuerſa eſt ab ea,quæ fit per reſignationem
5 ergo p̱ expreſſionem vnius†modi excluditur alius di-
* uerſus c.ſuſceptum,vbi communiter*doctores, de re
ſcri.lib.6.



ſcri.lib.6.eo magis cum regula ſit exorbitans.& odio
ſa,Bellam.deciſ.626 ſuppoſita.col.2.circa med. barb.
conſ.82.col.5.vol.4.ſarn.q.1.nu.2.& q.3.n. 3.& q.11.
ante fin.& q.15.nu.3.late Mand.q.1.nu.5.verſ.contra
rium,cum ſit cõtra libertatem publicam implicãs.etiã
ſpeciem reſeruationis,ſeu ſeruitutis Pe.de Anch.con.
297.in princ.Cald.con.10.in fi.ti.de præben.Bellam.
cõſ.34.col.antepe.Ene. de Falcon.de reſeruat.q.4.ant
fin.eff.17.Nec obſtat,quod cedens habetur pro mor-
6 tuo,nam illud non procedit vere,ſed ficte,Calca. cõſ.
7 78.dubium nu.6.Accedit,quia†Card.habent hanc p̃-
rogatiuam, primo propter pondus,quod ſuſtinent.
Bellam.deciſ.632.in princ.ſecundo propter onera, q̃
ſubeunt in alendis ſuis familiaribus,tertio vt ſpes be-
ne ſeruientium tali priuilegio ſuſtineatur.Rom.conſ.
498.& late proſequitur Anaſta.de indul.§.tibi quoad
vixeris.col.1.vt habeat hoc ſolatium,cum eo priuetur
Mand.late d.q.5.nu.6. quæ vltima ratio ceſſat, quia
cum reſign.familiaris remanet in domo ipſius Car-
din.ideo &c.
Limita niſi Papa contrarium concedat,vt idẽ Sar.
d.q.4.tradit,ad quod facit in ſimili,quod dicit Reb.
cõſ.4.in prin.& nu.20.Quod ſi fuit datum priuilegiũ
q̃d de beneficijs talis loci non prouideatur,niſi de cõ
ſenſu talis,vt dicta beneficia non poſſint reſignari ſi-
ne dicto conſenſu.

## QVAESTIO XXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Habens facultatem recipiendi reſignationes non po-
teſt hoc alteri committere,& collationem.*
2 *Habens facultatem recipiendi reſignationes, poteſt
committere hoc tantum.*
3 *Epiſcopus põt committere receptionem reſignationis*
4 *Collatio probatur per famam.*
5 *Clericatus probatur per communem reputationem.*
6 *Legitimatio probatur per communem reputationem.*
7 *Prouiſus ab habente facultatem conferendi præfer-
tur alteri.*
8 *Præſentatus ab eo qui eſt in quaſi poſſeſſione præfert̃*
9 *Quaſi poſſeſſio ex vnico actu acquiritur.*
10 *Pertinentia collationis poteſt per priuilegiũ probari.*
11 *Ordinarius poteſt prorogare tempus conceſſum patro
nis ad præſentandum.*

QVęro.29.an inferiores a Papa habentes facul-
tatem conferendi,& recipiendi reſignationes
beneficiorum, poſſint committere receptio-
nem reſignationis,& collationem gl. in clem. literis
1 verb.commiſiſſe de proba.tenet †negatiuam opinio-
nem,& ibi Gard.Zabarell. n.8.adquod facit c.delibe-
ratione §.prohibemus de off.legat.lib.6.vbi dicitur le
gatum non poſſe committere N.quod recipiat reſi-
gnationem beneficij,& poſtea illud conferat ne ape-
riatur via contra cõc. Lateranẽ.ad beneficia vacatura
& ibi Gemin.nu.4.verſ.quæro aſſerit illum tex.habe-
re locum in alijs collatoribus.
2 Declara tamen primo,vt†prædicti poſſint commit
tere receptionem reſignationis dumtaxat, qua rece-
pta,cum beneficium vacat poſſunt cõmittere collatio
nem,ita Gloſſ.communiter recepta in dic.cap.delibe
ratione §.prohibemus verb.cuicunque verſ.puto ta-
men de off.legat.lib.6.& ibi Io.Andr.Gemin.col.vlt.
ſub num.6.Franc.ſub n.2.& eſt communis *omnium
Doctorum ſententia.
3 Declara ſecundo non†procedere in Epiſcopis,qui
poſſunt committere vicario,aut officiali generali po
teſtatem conferendi beneficia vacatura,& recipiendi
reſignationes c.vlt.vbi omnes DD.de off.vic.li.6.nõ
tamen committere ſingulari perſonæ,& de ſingulari
beneficio,ne aperiatur via ad vacatura cõtra dict.§.p̱
hibemus,ita fuit*deciſum in Rot.vt habetur deciſ.1.
& 4.de off.vic.in antiq.Io.Andr.Io.Monac. Archid.
Hoſtienſ.Innoc.quos refert,& ſequitur Oldrad. cõſ.
77.Quod Epiſcopus,vbi atteſtatur de cõi,Gloſ.dict.
§.prohibemus verb.cuicunque in fine,Franc.num. 2.
Et huic materiæ non eſt omittendum quod per fa
4 mam probatur collationem†talis beneficij pertinere
ad aliquem Mil.in repert.in verb.probatio Lap.alleg.
89.Rot.dec.4.47.& 123.in nou.& 449.in antiq.cum
alijs allegatis a Maſcard.de probat.conc.173.n.1.vol.
* 1.& fuit pluries deciſum in*Rota vt Card.S.Cruc.de
ciſ.27.& nouiſſime in vna Eluen.*prioratus die vene
ris.27.Ianuarij 1584.coram R.P. D.Hippolito Aldo
brandino nunc S.R.E.Cardinali meritiſſimo, in qua
ad ſuſtinendum collationem factam ab Abb.N.cum
dubitaretur,an haberet facultatem conferendi vel ne
fuit concluſum ſufficere famã,& quaſi poſſeſſionem
conferendi,Dec.in c.1.col.4.de appell.& eſt commu
* nis opinio*omnium DD.a qua in iudicando nõ erit
5 recedendũ.Ita clericatus†probatur per cõmmunẽ re-
putationem Card.S.Cruc.dec.23.manuſc.& legitima
6 tio†etiam probatur per communem reputationem,vt
idem Card.S.Crucis ſcribit dec.76.& ob id prouiſus
7 ab habente poſſeſſionem conferẽdi†præfertur ei, cui
ille,ad quem de iure pertinet contuliſſet Abb.in c.cũ
olim in 3.not.nu.4.quem refert & ſeqtur Maſcard.d.
conc.183.n.7.Dec.cõſ.134.n.1. & cõiter alii.Ita†præ
8 ſentatus ab illo, qui eſt in quaſi poſſeſſione pręfertur
omnibus alijs c.conſultationibus de iur.patron.c.que
relam de elect.Oldrad.coſ.312.Fed.de Sen.conſ.394.
Calde.conſ.23.de præb.& cõſ.vlt.de iur.patron. Rot.
dec.4.de iur.patron.in antiquis,& eſt communis*opi
9 nio.Et huiuſmodi†quaſi poſſeſſionem ex vnico actu
acquiri reſpondit Oldrad.conſ.312.Thema quęſtio-
nis circa fi.Dec.d.conſ.134.in princ.Maſcard.d. cõc.
173.n.8.Abb.conſ.14.li.1.Cald.cõſ.12.de iur.patron.
10 Poteſt etiam pertinentia collationis probari†p̱ pri
* uilegium,& per teſtes,vt fuit deciſum*in Rota teſte
Maſcard.loc.cit.num.10.
Et ſcias,quod ordinarius in ſui præiudicium põt
11 prorogare†tempus conceſſum patronis ad præſentan
dum,ad quatuor menſes,vel ſex menſes,vt fuit deci-
ſum in Rota teſte Creſcent.deciſ.148.in manuſcr.

*Finis Septimi Libri,& Primi voluminis.*

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R.

Omnes ſunt quaterniones.